dicit hypostases differre nūero nō natura ℑn eo q nō differre natura ait. verissime ⁊ sine scrupulo loquit̄.Q vero dicit differre numero:cauēdū ē quō intelligat̄. Biūsis em̄ modis dicunt̄ aliq̄ differre numero.

Quibus modis dicantur differre numero.⁊ ꝑm quē modum possit ꝯuenire psonis. q

Dicuntur enī ali-

qua differre numero: qñ ita differūt. vt ℔ nō sit illud nec aliq̄d quod illud ē: vl i ipo est.qualiter differūt Socrates et plato. et hmōi:que apud plos dicūtur indiuidua vl ꝑticularia. Juxta quē modū nō possūt dici tres psone differre numero. Dicūtur q̄ differre numero:que i enumeratiōe siue computatiōe nō sibi adiūgunt̄:sed a se inuicem discernūtur. vt cuz de aliq̄bus reb⁹ loquētes dicim⁹. vna. due. tres. ⁊ ꝑm hūc modū forte dixit Johānes:hypostases.i. psonas differre numero. ℙossum⁹ em̄ dicere.pater ē vnus.⁊ pater ⁊ fili⁹ sūt duo.⁊ pater ⁊ filius ⁊ spūssāctus sūt tres. Et itē. ℍec psōa ē vna.⁊ ℔ ⁊ illa sūt due.⁊ ℔ ⁊ illa ⁊ alia sūt tres. Cōueniētius tñ tres ille psone ℘prietatibus tñ distigui dicunt̄. de quarū distinctiōe ꝑm ꝑprietates i sequēti tractabit̄. Nūc ꝛo ad inceptū redeamus: que dicta sūt repetētes: vt sepius ꝛsando familiarius innotescāt.

Q vna psona nō ē maior alia. nec nec tres simul q̄ vna.⁊ hoc ratiōe ostēdit catholica. r

Sciendus est ergo

tantā equalitatē esse i trinitate: vt ait aug. i. viij.li. de trini. vt nō solū pater nō sit maior q̄ fili⁹.sed nec pr̄ ⁊ filius simul maiꝰ aliquid sunt q̄ spūssāct⁹. aut quelibet psona minus aliq̄d sit q̄ ipsa trinitas. Q aūt ita sit :aliquo mō si fieri pōt demonstrandū ē Quantū ḡ ipse creator adiuuat attēdam⁹ Inquit Aug. i eodē. quomodo in hac trinitate due vel tres psone:non sunt maius aliquid q̄ vna earum.

Augusti.

Ratione vtiḋ subtilissima ad ostẽ dendũ q̄ ita sit. s

Quod ibi magnũ

dicit: aliunde magnũ nõ est. q̄ eo quo ve/re est. ḋa ibi magnitudo ipsa veritas ẽ. et ꝟitas eẽntia. Nõ ḡ ibi maius ẽ quod veri us nõ ẽ. Non autẽ verius est pater ⁊ filius simul q̄ pater solus vel filiꝰ. Nõ ergo maius aliq̄d vtrũq; simul q̄ singulis eoꝝ. Et qꝛ eque vere est etiã spũssanctus. ideo pater ⁊ filius simul nõ sunt aliq̄d maiꝰ q̄ ipse qꝛ nec verius sunt. Itẽ in essentia verita/tis hoc est veꝝ esse quod ẽ esse. ⁊ hoc ẽ esse quod ẽ magnũ esse. Hoc est ergo magnuꝫ esse quod veꝝ esse. Quod igiṫ ibi eque ve rũ est: ⁊ eque magnũ est. Quod ḡ ibi plus veritatis nõ habet. nõ habet plus magnitudinis. Plus aũt veritatis nõ habet: qõ verius nõ ẽ. Nõ est aũt verius vna perso-na q̄ alia. vel due q̄ vna. vel tres simul q̄ singula. Nõ ḡ plus veritatis habet vna q̄ alia. vel due q̄ vna. vl̃ tres simul q̄ singu la. Sic ḡ ⁊ ipsa trinitas nõ est maius aliq̄d q̄ vnaquecꝫ ibi ꝓsona. ꝫ tã magnũ q̄ sin/gula. Nõ em̃ ibi maioꝛ est que verioꝛ nõ ẽ vbi ipsa veritas est magnitudo. Ecce mo-do ꝙueniẽti ⁊ ratione catholica ostensum ẽ: quõ indifferens sit magnitudo triũ ꝓso-na ꝙ. qꝛ nec vna maioꝛ ẽ alia. nec due vna nec tres simul maius aliq̄d q̄ singula.

Iterũ aliter idem ꝓbat.

Qꝛ deus nõ est dicendus triplex sꝫ trinus. t

Preterea cũ deus

dicatur trinus. non tamen debet dici tri/plex. Ibi em̃ non est triplicitas vbi sum/ma est vnitas. ⁊ indifferẽs equalitas. Un de Augustinus in lib. vj. de trini. ait. Nõ quoniã deus trinitas est: ideo triplex pu/tandus est. alioquin mioꝛ esset pater solus vel filius solus q̄ simul pater ⁊ filius. Cũ ita q̄ tantus est pater solus: vel solus fili/us. vel solus spiritussanctus: quantus ẽ si mul pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus. nullo modo triplex dicẽdus ẽ deus. Nõ em̃ pa-ter cum filio ⁊ spũsancto maioꝛ deus est q̄ singuli eoꝝ. quia nõ est quo crescat illa perfectio. Perfectus autẽ ẽ ⁊ pater et fili-us ⁊ spũssanctus. ⁊ ꝓfectus dicit deus sin gulus coꝝ. Et ideo trinitas potius q̄ tri-plex dici debet.

Augusti.

Qꝛ nõ est ita in rebus coꝛporeis vt in trinitate. v

In rebus coꝛpoꝛe

is nõ tãtũ ẽ vna quantũ tres simul. ⁊ plus sunt due q̄ vna res. In trinitate ꝙ sũma tantũ ẽ vna ꝓsona q̃ntũ tres simul. et tan-tũ sunt due quantuꝫ vna. et i se infinite sũt qꝛ nõ ẽ finis magnitudinis eaꝝ. Ac ꝙ hoc apiṫ quod supius dictũ ẽ. quõ singula sũt i singul. ⁊ oia i singul. ⁊ singla i oibꝰ ⁊ oia i oibꝰ. et vnũ i oñibus est: ⁊ vnũ oia. Ecce iaꝫ ostẽdimus sufficiẽter: qualiṫ i trinitate aliã ꝓsona aliã nõ supet magnitudine.

Jsta est distinctio decianona. In

qua magister postq̄ egit de diuinaꝝ ꝓsonarũ distinctione ⁊ oꝛigine. hic incipit agere de earundẽ equalitate. Et tria circa hoc facit. Nã primo ostendit q̃d req̄raṫ ad equalitatẽ in cõmuni. Secũdo subdit ap plicationes illoꝝ ad ꝓsonas diuinas. Tertio infert ex illis conclusionem intentam. Primũ facit a princi pio vsq; ibi. Sed iam nunc ad ꝓpositum. Secundũ ab inde vsq; ibi. Sciendum est ergo. Tertiuꝫ ab in-de vsq; ad finẽ distinctionis. In spãli ꝙ sniã magi-stri stat in tribus ꝓpositionibus. quaꝝ prima ẽ hec Persone diuine quo ad eternitatẽ. magnitudinez ⁊ potentiam sunt equales. Et ꝓbaṫ sic. In illis ꝓsone diuine sunt eq̃les i q̃bus se inuicẽ nullatenus sũt ex-cedẽtes. hmõi sunt eternitates. magnitudo ⁊ potẽ-tia. ergo in his tribus sibi persone diuine sunt eq̃les vt dicit ꝓpositio. Argumentũ ẽ euidẽs ⁊ maioꝛ. sed minoꝛẽ. ſ. q̄ i his tribus: eternitate. magnitudine et potentia: persone diuine nõ sunt se inuicem exceden tes: ꝓbat per hoc. ſ. q̄ ista tria. ſ. eternitas ⁊c. sunt in diuinis personis vna essentia. licet sint diuersimo de nominata. ꝓpter quã etiã vnitatem ⁊ consubstã tialitatem vna persona dicit esse in alia. vt magister ꝓbat diuersis sanctoꝝ autoꝛitatibus. igiṫ. Secun-da ꝓpositio est hec. Diuine persone sunt nulliꝰ essen tialis diuersitatis. Quã ꝓbat sic. Persone diuine sic sunt idem in diuina essentia: q̄ nec differũt situa-liter vt partes integrales in toto integrali. nec loca liter vt partes subiectiue in toto vniuersali. nec ma-terialiter: sicut diuerse aque ꝙmunicãt in vna mate ria. Nec foꝛmaliter: sicut que ꝙueniunt i foꝛma. igiṫ nulla est inter eas essentialis diuersitas seu differẽ-tia. ꝙsequentia tenet ex sufficiẽti diuisione. Sed ma gister ãcedens in textu ꝓbat ꝓ oꝛdinẽ. Et ꝑmo q̄ i diuinis nõ sit diuersitas partiũ sicut i toto integra-li: ꝓbat per hoc q̄ i diuinis est summe nature vni tas: cui repugnat qualiscunq; partiũ diuersitas. Se cundo ꝓbat q̄ ibi nõ sit diuersitas pluriuꝫ sicut i ali quo toto vniuersali. Nam si talis diuersitas eẽt ibi. illa attenderet penes compationẽ essentie ad perso nas. vt si essentia esset quasi quoddã totuꝫ vniuersa le respectu personaꝝ. quod nõ est veꝝ. Quod ꝓba tur sic. Nã vbi est totũ vniuersale: pluraliṫ ꝑdicãt de pluribus partibꝰ suis. ⁊ nõ ẽ idẽ numero i eis. Naꝫ bõ ẽ quoddã vniuersale totũ respectu sortis ⁊ plato nis. ⁊ ꝑdicãt pluraliṫ de eis dicẽdo. Sortes ⁊ plato sunt boies. ⁊ etiã hũanitas nõ est eadẽ numero i sor te ⁊ platone. Cũ ergo eẽntia diuina nõ ꝑdicãt plura liṫ de diuinis personis. qꝛ hec ẽ falsa. pater ⁊ filius sũt eẽntie. Nõ ẽ. qꝛ eẽntia ẽ vna ⁊ eadẽ i eis ambo-

bus. ideo essentia diuina nō habet se vt totū vniuersale i diuis. Tertio ꝓbat q tres ꝓsone diuie nō ꝓueniūt i vna eētia sicut i toto materiali. ita q vna eētia sit materia triū ꝓsonaꝝ: sicut auꝝ multoꝝ vasoꝝ Et arguit sic. Illa q̄ ꝓueniūt i vna matia: plus ē de materia i pluribus eoꝝ q̄ i vno. sicut plus ē in anulis q̄nq̄ de auro q̄ vno: saltē si anuli sunt i pondere eq̄les. Cū ergo nō plus sit de essentia diuina in trib⁹ personis q̄ i vna tm̄. patet q eētia nō hz se ad ꝓsonas sicut totū materiale. Quarto oñdit q due persone nō ꝓueniūt i eētia sicut i ꝓprietate formali. sicut ꝓueniūt multi hoīes i vna cōplexione. q̄ etiā propter hoc dicunt vnius nature. Nā in tali ꝓprietate formali duo sunt aliq̄d magis q̄ vnū. z tres q̄ duo. In diuinis aūt tres persone i eētia ꝓueniētes: non sunt aliq̄d magis q̄ due. z due nō magis aliquid q̄ vna. z p ꝓsequēs nō ꝓueniūt in eētia vt plura. Cōtra hec postea obiecit autoritate Damas. di. q diuia essentia ē vniuersalis z ꝓmunis. sed tres persone sūt tria particularia. Postea rñdet magister ad hoc. et dicit q verba Damas. nō ꝓprie sed similitudinarie sūt intelligēda. sunt em̄ aliqua ibi q̄ similitudinē tenent rei ꝓmunis. z aliq̄ rei particularis. Similitudinē q̄ dē rei ꝓmunis tenet eētia. z rei particularis similitudinē tenēt persone. vñ dicit ꝓsonas numero differre sicut particularia alicuius nature cōmunis. Ad qō rñdendū est: q aliqua differūt numero dupl'r. Uno mō sic q vnū nō sit aliud. seu aliq̄d aliud ab alio. sicut sortes z plato dicunt numero differre. qz sortes nō est illud qō est plato. Et taliter diuine ꝓsone nō dicunt differre numero. q̄a vna est illud quod alia. Alio mō dicunt differre numero que in enumeratione seu cōputatione a se inuicē discernunt. vt cū nūeram⁹ aliq̄s res dicim⁹: vna. due. tres. z sm̄ hūc modū diuine ꝓsone dicunt differre numero. qz possum⁹ catholice dicere. pater ē vnus. z pater z filius sunt duo. z pater z filius z spūssanctus sunt tres. Tertia ꝓpositio ē hec. Qz omnes persone diuine simul non sunt maioris deitatis q̄ vna. z vna non maioris nec minoris q̄ oēs. Et ꝓbat sic. Oēs persone diuine sunt eq̄lis magnitudis z veritatis. ita q oēs tres nō sunt maioris magnitudinis nec minoris veritatis q̄ vna. ex quo magnū esse z vex esse in diuinis sūt idē Patet qz sicut oēs ꝓsone diuine sunt equal' magnitudinis z veritatis. ita etiā sūt equalis deitat̄. Nō ꝓbat magister autoritate. b. Augustini. que etiā vlterius ꝓcludit: q̄ q̄uis deus sit trinus. nō tm̄ pōt dici triplex. eo q triplicitas ineq̄litatē pādit. Nā vbi ē triplicitas: ibi tria sūt aliq̄d magis q̄ duo. z duo aliq̄d magis q̄ vnū. hec Aug. igit̄ z̄c.

Ostenso q̄ aliqua personaruꝝ aliam nō superat magnitudine. nūc ostendit q̄ alia non excedit aliā potentia. a

DI. XX

Nunc ostēde re restat quomō aliqua harū ꝓsonaꝝ aliā nō excellat potētia. vt sicut vna et indifferēs ē magnitudo triū. ita vna z indifferēs mō stretur potentia trium. Sciendū est ergo qz non ē potētior pater filio. nec filius vel pater spūsancto. Nec maiorē potentiam habent duo vel tres simul q̄ singulus eoꝝ.

quia nec plus pōt pater simul z filius q̄ solus spūssanctus. Nec hi tres simul pl⁹ possunt q̄ singulus eoꝝ. quia omnipotentiaz quā habet pater. z filius accepit nascēdo. z spūssanctus ꝓcedendo. Quod Aug. rōnibus z autoritatibus ꝓbabiliē astruit i libro ꝓtra Maximinū. q̄ dicebat patrē meliorē ac potentiorē filio. Augusti.

Q̄ nō pōt minus filio q̄ pr̄. b

Nihil iquit patre minus habet ille qui dicit. Oia que habet pater mea sunt. Nam si minus habet i potestate aliq̄d q̄ pater. nō sunt eius oia que habet pater. Sz eius sunt omnia que habet pater. tantā ergo habet potestatē filius quantā pater. Equalis ergo ē pr̄i. Nō em̄ pōt qui accipit inequalis esse ei qui dedit. Tu autē hoc de potentia sapis: q̄ potens sit filius. sed potētior pater. vt ꝑm doctrinam vestram potens potentē potuerit generare vel gignere. z nō omnipotēs omnipotentē. Habet g̃ pater omnipotentiaz quā nō habet filius. z si hoc ē: falsū est qō ait filius. oia que habet pater mea sunt. Vic pōt sam tradi nē hereti.

Hoc vex fatebat heretic⁹ ex quo ꝓgrediebat ad falsa. c

Sedinquis. pater a nemine potentiā accepit. filius aūt a pr̄e Fatemur z nos filiū accepisse potentiam ab illo de quo natus est potēs. patri vero potentiā nullus dedit. qz nullus eū genuit. Gignēdo em̄ dedit pr̄ potentiā filio. Sicut oia q̄ hz in suba sua: gignendo dedit ei quē genuit de suba.

Si autez pr̄ nō potuit vt nō voluit gignere eq̄lē filiū: infirmus vel inuid⁹ inuenitur. Augusti.

Questio August. qua arguat hereticum. d

Vic solut obiectionem.

Bz queritur vtrū ei tantam: quanta ipsi est potētia pater filio dederit an minorē? Si tm̄ nō solū potētem. sed etiam omnipotentē genuisse omnipotēs intelligit. Si no minorē. quomō omnia que habet pater filij sunt? Si patri omnipotētia filij nō ē. nō oia ꝓculdubio q̄ habet pater filij sunt. At oia filij sunt. omnipotentia g̃ patris etiā est filij. Nō est g̃ pater potentior filio.

Aliter ꝓbat filiū equalē patri. e

Itē alio modo ꝓbat filiū equalē patri ꝓtra Maximinū ita dicēs. Tu dicis q̄ pater genuit filiū minorē seipso. i quo ꝛ patri derogas. q̄ si filium vnicū minorez genuit. aut nō potuit. aut nō voluit gignere equalem. Si dicis q̄ nō voluit. eū inuidū esse dixisti. Si aūt nō potuit: vbi ē omnipotētia dei patris. Prorsus ad hunc articulū res colligit. vt deus pater equalē sibi gignere filiū: aut nō potuerit aut noluerit. Si nō potuit: infirm⁹. Si noluit. inuidus inuenit. Sed vtrunq̄ hoc falsū est. Patri q̄ filius verus equalis ē. Genuit q̄ pat sibi equalē filiū. ꝛ ab vtroq̄ ꝓcedit vtriq̄ equalis spūssanct⁹. Si. n. formā suā: vt ait Aug. ꝓtra eundē. pater i vnico filio plenā gignere potuit. nec tamē plenā genuit: sed minorē. cogimi pīez inuidū dicere. Plenū q̄ deuz: ꝛ equalē sibi genuit filium.

Si autez pr nō potuit vl nō voluit gignere eqlē filiū: infirmus vel inuid⁹ inuenitur.

Augusti.

Per simile ostēdit q̄ nō minorez pater filium genuit. f

Hoc autē per similitudinē humanā ita esse demōstrat: inquiens. Hō pater si potuisset: equalē filiū genuisset. Quis q̄ audeat dicere: q̄ hoc omipotēs nō potuit. Addo etiā. Si posset homo maiorem meliorēq̄ seipso gigneret filium. Sz maius vel melius deo quicq̄ esse nō potest. deus q̄ cur nō equalē vt ais filium genuit. cui nec anni necessarij fuerunt. q̄ quos adimplet equalitas. nec omipotētia defuit. An forte noluit: q̄: qđ abfit: inuidit. Sz nō inuidit. equalē q̄ genuit filiū. Credamus ergo filiū ei esse equalē.

Opinionem heretici ponit vt destruat. g

Dic soluit obiectionem.

Sed forte dices eo ipso pater ē maior filio. q̄ de nullo genit⁹. genuit tamen equalē. Ad quod cito respō debo. immo ideo non est pater maior filio quia equalē genuit. Originis em̄ questio est ista. q̄s de quo sit: Equalitas autē qualis aut quātus sit. quod est dicere. Ad originē ptinet questio qua querit. q̄s de quo sit. ad equalitatē vo illa qua querit. qual aut quātus q̄s sit. Nec cū dicit filius a patre genitus: ostendit inēqlitas substātie: sz ordo natute. nō quo alter prior eēt altero. sz quo alter est ex altero. Nō ergo sm hoc q̄ pater genuit: ꝛ filius genitus ē. vl spūssanctus ab vtroq̄ ꝓcedit: equalitas vl inequalitas ibi existit. q̄ nō sm hoc alia pso na alij equalis vel inequal dicit. Ecce eqlitas trinitatis: ꝛ vna eadēq̄ suba. quātū breuiter potuimus demōstrata est in supiorib⁹. qualiter. s. aliqua triū psonaꝝ quā libet aliā nec eternitate. nec magnitudine. nec potētia excellat.

Ista est distinctio vicesima. In q̄ magister ostensa equalitate magnitudinis diuinarū personaꝝ in eēndo: ostendit equalitatē ptātis earūdē in operādo. Et diuidit in tres ptes sm tres rationes quibus ꝓbat intentuz. Prima pars est a principio distinctionis vsq̄ ibi. Item alio modo ꝓbat. Secundū ab inde vsq̄ ibi. Hoc autē per similitudinem Tertium ꝺo vsq̄ ad finem distinctionis. In specialissima magistri stat in vnica ꝓpositione. Patrem ꝛ filium ꝛ spūmsanctū in omnipotētia coequari tribus rationibus potest catholice ꝓbari. Quarū rationū prima fundat sup autoritate euangelica. Secūda super diuina diuisione immediata. Tertia super similitudine in generatione humana. Prima ratio fūdatur super autoritate Johannis. xvij. vbi dicit. Omnia dedit mihi pater. i. quicquid pater habet dedit mihi. sed pater habet omnipotentiā. igit dedit eam filio. ꝛ per ꝓsequens persone sunt equalis potentie ita q̄ omnes tres nō sunt plus q̄ quelibet earū per se. Secunda ratio fundatur super diuisione imediata sic. Si pater non generasset filium sibi equalez in omni potentia. aut ergo hoc esset. q̄ potuit: sed noluit. aut q̄ voluit: sed nō potuit. sed vtrūq̄ istoruz ē falsum. igitur illud ex quo seq̄tur. Et hoc est oppositū ꝓpositionis p̄misse. igit ꝓpositio p̄missa ē vera. Tenet argumentum ꝛ maior. Sed minorem ꝓbat magister in textu sic. Nam si deus potuit filiuz genera re sibi equalem ꝛ noluit: tunc inuidus fuit nō dando filio quod naturalis ꝓprietas requisiuit. si voluit ꝛ non potuit: tunc ipse pater infirmus fuisset ꝛ nō omnipotens. sequitur ergo q̄ pater voluit ꝛ potuit immo generauit filium in omnipotentia sibi equalē Tertia ratio fundat sup similitudine in generatiōe naturali reperta. ꝛ est ista. Deus pater est. ꝛ non minus cōmunicatiuus generando filium deū q̄ homo generando filiū hominē. sed hō pater si potuisz: eq̄lem sibi filium genuisset. igitur deus qui summe potuit: equalē sibi filiū genuit. igit ꝛc.

Querit quō posset dici sol⁹ pater vel sol⁹ filius. vl solus spūssanct⁹ cū sint inseparabiles. a

DI. XXI

Hic oritur questio trahens originem ex predictis. Dictum est em̄ supra q̄ tātus est solus pater. vel solus filius. vel solus spūssanctus: quantū simlilli tres. ꝛ q̄

Augusti. dueꝝ trés pſone ſimul nō ſunt maiꝰ aliq̄d q̄ vna pſona ſola. Jō querit augl. i. vj. li. de trin. Quō hec ſane dici poſſint. cū nec pr̄ ſit ſolus. nec filius. nec ſpūſſāctꝰ. Sz ſp ⁊ inſepabiliter. ⁊ filius cū pr̄e. ⁊ pr̄ cū filio ⁊ ſpūſſanctus cū vtroq̄. Jnſepabiles em̄ ſunt he tres pſone. Ad quod ita rn̄det aug. in eodē. Solū deū patrē dicimus. nō qz ſepaꝝ a filio vel a ſpūſctō. ſed hoc dicentes ſignificamꝰ. qz illi ſimul cū eo nō ſūt pr̄ Soluſ. n. pr̄ pr̄ ē. qō nō dr̄ qz ipe ſit ſolꝰ. i. ſine filio vel ſpūſancto. ſed p hoc filius vel ſpūſanctꝰ a pr̄nitatis ꝓſortio excludūtur. Jta ⁊ cuz dr̄. ſolus filius filiꝰ eſt. vel ſolus ſpūſanctꝰ ſpūſanctꝰ ē. nō diuidiꝝ filiꝰ a patre. vel ſpūſanctus ab vtroq̄. ſed a cōſortio filialis ꝓprietatis excludunꝝ pr̄ ⁊ ſpūſanctꝰ. ⁊ a ꝓſortio ꝓceſſibilis ꝓprietatꝫ: pr̄ ⁊ filiꝰ. Cū ḡ dicit. tātus ē ſolus pr̄: quātū ſimul illi tres. ꝑ hoc q dr̄ ſolus: nō ſeparaꝝ pr̄ ab alijs. ſed hic ē ſenſus. Solꝰ pr̄ id ē pr̄ q̄ ita pr̄ ē. q nec filius nec ſpūſāctꝰ tātus ē ⁊c. Sil'r intellige cū dr̄. ſolus ē filius. vel ſolus ē ſpūſanctꝰ. Solus ḡ paꝝ dicit| vt ait aug. in eodē. qz nō niſi ipſe ibi pater ē. ⁊ ſolus filius. qz nō niſi ipſe ibi filius ē. et ſolus ſpūſanctus. qz non niſi ipſe ibi ſpūſanctus eſt.

Reſpōſio Auguſti.

Utꝝ poſſit dici. ſolus pr̄ eſt deus ſolus filius ē deus. vel ſolus ſpūſāctꝰ ē deus. vel pr̄ eſt ſolus deus vel filius ē ſolus deus. vel ſpūſſā/ctus ē ſolus deus. b

Poſt hec queritur

Utꝝ ſicut dicit. ſolus pr̄ eſt pr̄. vel ſolus filius ē filius. ita poſſit dici. ſolus pr̄ ē deus vel ſolus filiꝰ ē deꝰ. ita et de ſpūſācto. Aut pr̄ ē ſolus deꝰ. filius ē ſolus deꝰ? Ad qō dicimus. qz pr̄ ⁊ filius ⁊ ſpūſanctꝰ dicit etiā vnꝰ deus. ⁊ hec trinitas ſil' ꝓprie dicit eſſe ſolus deus: ſicut ſolꝰ ſapiēs. ſolus potens Sed nō videt debere dici a nobis verbis nr̄is vtētibꝰ: niſi vbi ſermo autoritatibꝰ occurrit. ſolus pr̄ ē deus. vel pr̄ ē ſolus deꝰ. ita de filio ⁊ ſpūſancto dicimꝰ. Añ aug. in vij. li. de tri. ait. Añ oſtēdimus quō poſſz dici ſolus pr̄ vl' ſolus filius: ꝓſideranda eſt illa ſnia qua dicit. Nō eſſe ſolū patrē deū vez ſolū. ſed patrē ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ſanctū. Ecce hēs qz nō ſolus pater dicēdus ē eſſe verus deꝰ. Jtē in eodē. Si q̄s interrogat. pr̄ ſolꝰ vtꝝ ſit deꝰ? Quō rn̄debimus nō eē. ni ſi fortе dicamꝰ ita eſſe quidē pr̄em deū. ſed nō eū eſſe ſolū deū. Eſſe aūt ſolū deū dicamus pr̄em ⁊ filium ⁊ ſpūmſanctū. Ecce ⁊ hic habes. qz pater nō debet dici ſolꝰ deus atq̄ hoc ſolū in ꝓte ſubiecti tm̄ accipe qui dā volunt. Jn ꝓte ꝙo ꝓdicati ſi ſic ꝙcedūt q pater ē ſolus deꝰ. Sed ex ꝙbis augl. videt oſtendi: q ꝓprie ſolus deꝰ dici debeat tota trinitas. Et hec trinitas vt ait auguſ. ꝙtra Maximinū. intelligiꝝ cū apl's dicit. Beatus ⁊ ſolus potēs. et ibi. Soli ſapiēti deo. ⁊ ibi. Jnuiſibili ſoli deo. Nō em̄ ꝺ ſolo pr̄e hec accipiēda ſunt. vt ꝙtēdebat maximinus ⁊ alij heretici. ꝑ de trinitate. Sic̄ ⁊ illud. Solus habet immortalitatē. quia ꝑm rectā fidē ipſa trinitas ē vnus ſolus deus. btūs. potens. ſapiens. inuiſibilis. Añ aug. in eodē. Cū vnus deꝰ ſit trinitas. hec ſit nobis ſolutio queſtiōis: vt intelligamꝰ ſolū deū ſapientē. ſolum potentē. pr̄ez ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ſanctū. q̄ ē vnus ⁊ ſolus deus. Auguſti

Augusti.

Qz nō dr̄ ſolus pr̄ deꝰ ē.

Qz pr̄ nō eſt idē ſolꝰ deus ſz trinitas.

Quō dicit trinitas ſolus deꝰ. cuz ipa ſit cum ſpiritibus ⁊ animabus ſanctis. c

Sed iterum queritur

quō ipſa trinitatē dicimus ſolū deum cū ſit cū ſpiritibꝰ ⁊ animabꝰ ſāctis? Ad qō rn̄det aug. in. vj. lib. de tri. ita dicens. Trinitatē dicimꝰ deū ſolū: q̄uis ſp ſit cū ſpiritibus ⁊ animabus ſanctis. ſed ſolū dicimꝰ qz nō aliud q̄ ipſa trinitas deꝰ ē. Nō em̄ illi cū illa deus ſūt vel aliq̄ alia. ſed ipſa trinitas tm̄. nō illi vel alia deus ē. Auguſti

Et ſi de pr̄e ſolo ꝓdicta dicerētur. nō tamen excluderet filius ⁊ ſpiritus ſāctus. d

Verūtamē vt ait

aug. ⁊ ſi de ſolo patre ꝓdicta dicerent: nō tamē excluderet filius vel ſpūſſanctus. qz hi tres vnū ſunt. ſicut in Apocal'. de filio legit. q habet nomen ſcriptuz qō nemo ſcit niſi ipſe. Nō em̄ inde ſepaꝝ pater vel ſpūſanctus. Et cū dicit. Nemo nouit patrem niſi filius. non inde ſepaꝝ pater ⁊ ſpūſanctus: qz inſepabiles ſunt. Aliquādo etiaz nominātur pater ⁊ filius. ⁊ tacet ſpūſanctus. vt veritas ad patrē loquens ait. Vt cognoſcant te ⁊ quē miſiſti Jeſuz xp̄m eſſe vnū vez deum. Cur ergo inquit auguſti- Auguſti

Augusti. mus: tacuit d spūsancto? Quia consequēs est vt vbicūq; nominat vn⁹: sicut pr̄ ⁊ filius. tanta pace vni adherens intelligat etiam ip̄a pax. q̄uis nō ꝯmēoret. vno ḡ isto rū noiato etiā reliqui intelligunt. qd̄ i pluribus scp̄ture locis occurrit.

Ista est distinctio vicesima prima

In qua quidē distinctione magister postq̄ declarauit equalitatē magnitudinis diuinaꝝ personarū i essendo. ⁊ similiter equalitatez potestatis in opando. Cōsequēter declarat qualiter dictiones exclusiue dicunt de deo. Et tria circa hoc facit. Nam primo inq̄rit an termini ꝑsonales de ꝑsonalibus cuz dictiōe exclusiua dicant. Scd̄o an termini essentiales de ꝑsonalibus cū exclusione vere dicant. Tertio dat quendā modū generalē: quō p̄dicta sanius intelligantur Primuz facit vsq; ibi. Post hec querit. Scd̄m vsq; ibi. Uerūtamē vt ait Aug⁹. Tertium vsq; ad finem distinctionis In speciali sn̄ia mgr̄i stat in tribus ꝓpositionibus. quaꝝ prima est. Cōcedende sunt ꝓpositiones in q̄bus termini ꝑsonales de personalibus termīs cū dictione exclusiua sumptis p̄dicant. Istaz ꝓpositionē mgr̄ ꝓbando inq̄rit. Cum dictū sit q̄ tātus sit solus pater vel solus filius: quāti sūt illi tres. quomō est intelligendū cū dicit solus pater. vel sol⁹ filius. cū nō sit pater sine filio. nec filius sine patre. Rn̄detur q̄ ꝑ hoc nō excludit vna ꝑsona ab alia. sz ꝓprietas relatiua notat ibi ꝯuenire vni. ita q̄ nō alteri. Uñ sensus est. Solus pater. i. qui ita ē pater q̄ nō filius. Similiter solus filius. i. q̄ ita ē fili⁹ q̄ nulli alteri ꝯuenit filiatio diuina. Secūda ꝓpositio ē hec Negāde sunt ꝓpositiones ī quibus de terminis ꝑsonalibus termini essentiales cū exclusione affirmant. Hanc ꝓbans querit de istis ꝓpositionib⁹. solus pr̄ est deus. vel spūssanctus ē solus deus. nec etiaz ista est concedēda. Pater ē sol⁹ de⁹. vel filius ē solus deus. qz esse solū deū toti cōuenit trinitati. ⁊ nō solum vni ꝑsone. Tertia ꝓpositio est hec. Persone diuine sunt tāte coherētie q̄ vna eaꝝ nō exprimit: nisi alie cointelligant. Hanc ꝓpositionē ꝓbat mgr̄ autoritate. b. Augstini. igit ⁊c.

De noīm dr̄ntia quib⁹ vtimur loquentes de deo. a

DI. XXII

Post predicta nobis disserendū videt d nominū diuersitate: quibus loquētes de vnitate ac trinitate ineffabili vtimur. Deinde demonstrandū est quibus modis de ea aliquid dicat. Illud ergo p̄cipue teneamus: quedam esse nomina distincte ad singulas ꝑsonas ꝑtinentia. vt ait aug. in. ix. lib. de trini. que de singulis tm̄ dicunt personis. Quedaz vero vnitatem essentie significantia sūt: que ⁊ de singulis singilatim. ⁊ de omnibus cōmuniter dicunt. Alia vero sunt que trāslatiue ac ꝑ similitudinez de deo dicunt. Uñ ambros. in. ij. lib. de trini. ait. Quo puri⁹ niteat fides: triptita videt deriuāda distinctio. Sunt em̄ nomina quedā que euidenter ꝓprietatē ꝑsonamq; deitatis ostendūt Et sūt quedā que ꝑspicuā diuine maiestatis exp̄mūt veritatē. Alia vero sunt q̄ trāslatiue ⁊ ꝑ similitudinē de deo dicunt. Proprietatis itaq; indicia sunt: generatio. fili⁹ verbū. ⁊ hmōi. Unitatis vero eterne sapia. virt⁹. vitas ⁊ hmōi. Sil̄itudinis vero splēdor. character. speculū. ⁊ hmōi.

Augusti: Ambros.

Premissis addit q̄dā esse nomīa que tēporaliter deo conueniunt ⁊ relatiue dicūtur. b

His adijciendum

est quedā etiā nomina esse: vt aug. ait. i. v. li. de tri. que ex tpe deo ꝯueniūt. ⁊ relatiue ad creaturā dicunt. quoꝝ quedā de omnibus dicunt ꝑsonis. vt dn̄s. creator. refugiū. Quedā autē nō de omnibus. vt donatus. datus. missus.

Augusti.

De hoc nomīe trinitas addit. c

Preterea ē vnum

nomen quod de nulla ꝑsona singilatim dicit. sed de om̄ibus simul. i. trinitas. quod nō dicit s̄m sub̄am. sed quasi collectiuum pluralitatē designat ꝑsonaꝝ.

De alijs nominibus que temporaliter deo congruunt. ⁊ nō relatiue dicunt. d

Sunt etiā quedaz

nomina que ex tpe deo ꝯueniūt. nec relatiue dicūtur. vt humanatus. incarnatus. et hmōi. Ecce sex nominū dr̄ntias assignauimus: quib⁹ vtimur loquētes de deo. de q̄bus singulis agendū est.

Q illa nomina que ad singulas ꝑtinet ꝑsonas ꝓprie relatiue dicūtur ea vero que vnitatē essētie significāt ad se dicunt. ⁊ de singulis ⁊ d omnib⁹ cōmuniter dicunt personis. et singulariter nō pluraliter ī summa accipiunt. e

Scienduz est ergo q illa que ꝓprie ad singulas ꝑsonas pertinēr: relatiue ad inuicez dicunt. sicut pater ⁊ filius. et vtriusq donum spūssanct⁹. Ea ꝙo que vnitatem essentie significant ad se dicunt. ⁊ ea que ad se dicunt: substātialiter vtiq dicunt. ⁊ de oībus cōmuniter. ⁊ de singulis singilatim dicunt ꝑsonis. et singulariter nō pluraliter accipiunt i summa. vt deus. bonus. potens. magn⁹. ⁊ huiusmodi. Que aūt relatiue dicunt: substā-
Augusti. tialiter nō dicunt. Ūñ Aug. in. v. li. de trini. ait. Quicquid ad se dicit: ꝑstantissima illa ⁊ diuina sublimitas substātialiter dicitur. Quod aūt ad aliq̄d dicit nō substātialiter dicit sed relatiue. Tāta q̄ est vis eius dē substantie i patre ⁊ filio ⁊ spūsancto. vt quicq̄d ō singulis ad seipsos dicit: nō pluraliter in summa: sed singulariter accipiatur. Dicimus em̄. pater est deus. ⁊ filius ē deus. ⁊ spūssanctus ē deus. quod ꝑm substantiā dici nemo dubitat. Nō tamen dicimus hanc trinitatē esse tres deos: sed vnū deū. Ita dicit pater magn⁹. filius magn⁹. ⁊ spūssanctus magnus. nō tres magni sed vnus magnus. Ita etiā omnipotēs pater omnipotēs filius. oīnipotens spūssanct⁹. Nō tñ tres oīnipotētes: sed vnus oīnipotēs. Quicq̄d ergo ad seip̄m dicit deus. et de singulis ꝑsonis similiter dicit. et simul de ipsa trinitate: nō pluraliter ꝟ singulariter dicit. Et qm̄ non ē aliud deo esse. ⁊ aliud magnū esse. sed hoc idē ē illi esse: quod ē magnū esse. Ꝓpterea sicut nō dicimus tres eēntias: sic nō dicim⁹ tres magnitudines. ꝟ vnā essentiā ⁊ vnā magnitudinē.

Q⁹ de⁹ magn⁹ ē ea magnitudine q̄ de⁹ ē. sic de bonitate ⁊ de oīb⁹ que ꝑm substātiā dicūtur. f

Deus enīz non est magnus ea magnitudine que nō ē qđ ipse vt q̄si ꝑticeps eius sit. alioq̄n maior eēt illa magnitudo q̄ deus Deo aūt nō ē aliq̄d maius. ea ģ magnitudine magnus ē q̄ ipse ē. Ideoq̄ nec tres magnitudines dicim⁹: ꝟ vnā magnitudinē. nec tres magnos: sed vnū magnū q⁹ nō ꝑticipatōe magnitudis de⁹ magn⁹ ē. ꝟ seip̄o mag̃ magn⁹ ē. q⁹ ipse ē sua magnitudo. Ita ⁊ de bonitate ⁊ eēnitate ⁊ oīpotētia dei dicēdū ē. ⁊ de oīb⁹ oīno q̄ de deo pñt ꝓnūciari substātialiter. q̄bus ad seip̄m dicit. nō trāslatiue ac ꝑ similitudinē. ꝟ ꝓprie. si tñ de illo ꝓprie aliq̄d ore hois dici pōt. Ecce apte docuit q⁹ noīa vnitatē diuine maiestatis significātia. ⁊ ad se dicunt de deo. i sine relatione. ⁊ de oīnibus ꝑsonis ꝯmuniter. ⁊ de singulis diuisim dicuntur. nec pluraliter sed singulariter i summa accipiunt. Illa ꝙo noīa que ꝓprie ad singulas ꝑtinēt ꝑsonas: relatiue nō substātialiter dicunt. Q⁹ em̄ ꝓprie singula in trinitate ꝑsona dicit. vt ait aug. in eodē. nullo mō ad seipsam. sed ad aliā inuicē vl ad creaturā dicit. Et ideo relatiue: nō substātialiter dici manifestū est. Augusti.

Jsta est distinctio vicesima secunda. In qua mgr̄ pacto tractatu de diuis rebus: incipit agere de diuis nomibus. Et circa hoc duo facit Nā ꝓmo ponit dñtias diuinoꝝ noīm. Secundo subdit regulas ꝓdicationis eoꝝ. Primū facit a ꝓncipio distinctōis vsq ibi. Sciendū ē ergo. Scōm ab inde vsq ad finē distinctionis. In speciali ꝙo sīia magistri stat i vna ꝓpositiōe. cui mgr̄ annectit duas regulas. Propositio ē hec. Noīa de deo dicta inueniunt in septuplici dñtia. Hanc mgr̄ deducit exemplarit dicēs. q⁹ quedā sunt noīa notionalia: seu ꝓprietates ꝑsonales exꝑmētia. vt generatio. verbū. donū. pat. filius. spūssanctus. Quedā eēntialia seu vnitatē eēntie referentia. vt deus. deitas. sapīa. potētia. bonitas. magnitudo. ẋtus ⁊ substātia. Quedā transsūptiua. i. ꝑm similitudinē de deo ꝓdicata. vt splēdoꝝ. cādoꝝ. lux. speculū. leo. agnus. ⁊ similia. Quedā tpalia seu deo solū ex tpe ꝙueniētia. ⁊ hoc duplr. vel in respectu ad creaturā relatōne extrinseca. vt dominꝰ creatoꝝ. refugiū. redemptoꝝ. saluatoꝝ. ⁊ huiusmodi Vel in respectu ad creaturas. relatione tamē intrinseca. vt incarnatus. humanatus. Et est aliud nomē quod solū de oīnibus ꝑsonis simul ⁊ ō nulla singulatim dicit. quod ꝑm relationē dicit intrinsecā. q⁹ iusse claudit terminos sue relatiōis. vt hoc nomen trinitas. Hmōi nominū diuinoꝝ septuplicē dñtiaz ponit mgr̄ in textu. vt dicit ꝓpositio ꝓdicta. quā veraz esse repyto Prima haꝝ regulaꝝ est q⁹ nomīa ꝓpria ad singulas personas pertinētia: nō substātialit sed relatiue dicunt. Patet. q⁹ nō potest dici. pater est filius. aut filius est pater. aut pater ⁊ filius sunt spūssanctus. ⁊ ecōuerso. que ē ꝓdicatio absolute eēntial⁹ ⁊ substātiua. Sed bñ dicit. pater est filij pater. filiꝰ est patris filius. que ē ꝓdicatio relatiua. Scōa regula est. q⁹ nomina ad vnitatez essentie spectātia. vt sapientia. bonitas. potentia. virtus. magnitudo. et hmōi. de singulis ꝑsonis singillatim. ⁊ de omnibus simul. nō relatiue sed substātialiter in singulari ⁊ nō in plurali affirmantur. Nam bene dicitur. Pater ē deus. sapientia. potentia. bonitas. magnitudo. virtus. Et similiter de filio ⁊ spiritu sancto. et de omnibus simul. Unde bene dicitur. Pater. filius et spiritussanctus sunt de⁹. sapientia. potentia ⁊c. Non autem pluraliter dici potest. Pater ⁊ filius et spiritussāctus sunt dij. sapientie. potētie. bonitates. virtutes igit ⁊c.

De hoc nomine quod est persona quod cum ꝑm substantiā dicatur tamē pluraliter nō singulariter in summa accipit. a

DI. XXIII.

Predictis ad ꝺicienꝺum est: q cū oia noīa q̄ ꝑm substam de deo dicunt. singulariter ⁊ nō pluraliter de oibus i summa dicant psonis: vt supra ostē sū ē. Est tñ vnū nomē. s. psona. qđ ꝑm substantiā dicit de singul' psonis. ⁊ pluraliter nō singulariter i summa accipit. Dicim⁹ em pater est psona. filius ē psona. spūssanct⁹ ē persona. ⁊ hoc ꝑm substantiaz dicit. Nec tñ dicit. pater ⁊ filius ⁊ spūssanct⁹ sunt vna psona: sed tres psone. Hoc ergo nomē excipit a p̄dicta regla nominū: que ꝑm substantiā de deo dicunt. qz cum hoc ad se dicat. ⁊ ꝑm substam. pluraliter tñ nō singulariter in summa accipit.

Augus

Autoritas q psona ad se dicat. et ꝑm substātiā. b

Q autem persona ꝑm substam dicat Aug. ostendit in. vij. li. ꝺ trini. dicēs. Nō est aliud deo esse. aliud psona esse. sed omnino idē. Itē in hac trinitate cū dicimus psonā patris: nō aliud dicim⁹ q̄ substam p̄ris. Quocirca vt substa tris ipse pater est. nō quo p̄ est. ꝑ quo est. Ita ⁊ psona patris nō aliud q̄ ipse p̄ est Ad se q̄pe dicit psona. nō ad filiū vl' spūm sanctū. sicut ad se deus dicit. ⁊ magnus. ⁊ bonus. ⁊ iustus ⁊ hmōi. Et quēadmodū hoc illi est esse quod deū esse. qđ magnū eē qđ bonū esse. ita hoc est illi esse qđ psonaz esse. Ecce exp̄esse habes q psona ꝑm substantiā dicit. vt cum dicit. p̄r ē psona. hic sit sensus. Pater ē diuina eēntia. Silr cuz dicit. filius ē psona. spūssanctus est psona id ē essentia diuina.

Augusti.

Q ꝑ nō co ⁊ p̄r quo est.

Cur p̄r ⁊ filius ⁊ spūssāctus nō dicātur vna psona ⁊ vna substātia ⁊ vnus deus. c

Jō oritur hic questio difficil' quidē: ꝑ nō inutil'. qua queritur. Cur nō dicant hi tres vna psona sicut vna eēntia: ⁊ vn⁹ deus: Quā questionē Augl. diligēter tractat atq; grue explicat i. vij. li. de tri. ita di. Cur nō hec tria simul vnaz psonā dicim⁹ sicut vnā essentiā ⁊ vnū deū ꝑ dicim⁹ tres psonas: cū tñ tres deos: aut tres eēntias nō dicam⁹. Quia volum⁹ vel vnū aliquod vocabulū seruare huic significatiōi q̄ intelligit trinitas. ne oino tacēm⁹ interrogāti: qđ tres eēnt. cū tres eē fateamur. Cū g̃ queritur qđ tres. vt ait Aug. i v. li. de trini. Magna. p. sus inopia hūanū laborat eloquiū. dictū est tñ tres psone nō vt illud diceret. ꝑ ne taceret oino. Nō em rei ineffabil' eminētia h̄ vocabulo explicari valet. Ecce oñdit q necitate dicat pluraliter psone. vicz vt hoc vno noīe querē/tibus de tribus respondeamus.

Augusti.

Solutio.

Qua necessitate dictū sit tres psone a latinis. ⁊ a grecis tres hypostases vel substātie. d

Qua necessitate nō solū a latinis ꝑmo: sed etiā grecus eadē pene sup hac re laborās nominū penuria coartat. Un Augl. quid a grecis vel latinis necessitate de ineffabili trinitate dictuz sit: apiens in. vij. li. de tri. ait. Loquēdi cā de ineffabilibus vt fari aliquo mō possemus dictuz est a grecis. vna eēntia: tres sube. i. vna vsia: tres hypostases. Aliter em greci accipiūt substam q̄ latini. A latinis aūt dictū ē vna essentia vel substātia: tres psone qz nō aliter in sermone nostro. i. latino eēntia q̄ suba solet intelligi. Et vt intelligat saltē in enigmate: placuit ita dici. vt cū q̄reret qđ tria sint. aliqđ diceret: q̄ tria eē fides vera pnūciat. Cū ⁊ patrē nō dicit eē filiū: ⁊ spūmsctm. s. donū dei. nec p̄ez dicit eē nec filiū. Cū g̃ queritur qđ tria vel qđ tres? ferimus nos ad inueniendū aliqđ nomē quo cōplectamur hec tria. Neq; occurrit aīo. qz supeminētia diuinitatis vsitati eloquij facultatē excedit. Verius em cogitat deus q̄ dicit. ⁊ verius ē q̄ cogitat.

Augusti.

Q deꝰ verius cogitat q̄ dicat. ⁊ verius ē q̄ cogitat.

Quid hoc noīe tres significat. e

Pater ergo et filius ⁊ spiritussanctus. s. quoniaz tres sunt. quid tres sunt queramus. qđ cōmune habeāt: Non em possunt dici tres patres. qz tantum pater ibi pater est. nec tres filij: cū nec pater ibi sit filius nec spūssanctus. nec tres spūssancti. quia spūssct⁹ ppria significatiōe qua ⁊ donū dei dicit. nec pater est nec filius. Quid g̃ tres: Si tres psone esse dicunt. cōmune ē eis id qđ psona ē. Certe em quia pater ē psona. ⁊ filius ē psona. et

spũssanctus est ꝑsona. ideo tres ꝑsone di/
cunt̃. Propterea ḡ dicimus tres ꝑsonas.
qꝛ cõmune est eis id quod ꝑsona ẽ. Ex
p̃dictis apte intelligi potest: qua necessita
te dictũ sit a latinis tres ꝑsone cum ꝑsona
ꝟm subam dicat̃. Uñ et tribus ꝯmune est
id qd̃ ꝑsona est. i. hoc nomen ꝑsona.

Quare nõ dicimus tres deos esse
patrem ⁊ filium ⁊ spiritumsanctũ
vt dicimus tres personas. cum id
quod deus est sit eis ꝯmune. quia
pater est deus. ⁊ filius est deus. et
spũssanctus ẽ deus. f

Sed queritur hic
cum dicamus patrem ⁊ filium ⁊ spũmsan
ctuꝫ esse tres ꝑsonas. qꝛ cõmune est eis qd̃
ꝑsona ẽ. i. quia pater ẽ ꝑsona. ⁊ filius est ꝑ
sona. ⁊ spũssanctus est ꝑsona. cur nõ dica=
mus similiter tres deos. cum ⁊ pater sit de
us. ⁊ filius sit deus. ⁊ spũssanctus sit deꝰ?
Qꝛ. s. illud scriptura cõtradicit. hoc aũt et
Augusti. si nõ dicit. nõ tñ contradicit. Unde Aug.
hanc mouẽs questionẽ atqꝫ diffiniẽs in li.
vij. de trinita. ita ait. Si ideo dicimus pa=
trem ⁊ filium ⁊ spũmsanctũ esse tres perso
nas: quia cõmune est eis id quod ꝑsona ẽ.
cur nõ etiam tres deos dicimus? Certe vt
p̃dictum est: quia pater est ꝑsona. et filius
est ꝑsona. ⁊ spũssanctus est ꝑsona. iõ tres
ꝑsone dicunt̃. Quia ḡ pater est deus. ⁊ fi/
lius deus. ⁊ spũssanctus deus. cur nõ dicã
tur tres dij. Ecce ꝓposuit hanc questionẽ.
Attẽde quid respondeat subdẽs. An ideo
nõ dicuntur tres dij: qꝛ scriptura nõ dicit
tres deos. Sꝫ nec tres ꝑsonas alicubi scri
pture textus ꝯmemorat. An ideo licuit lo=
quẽdi disputãdiue necessitate tres ꝑsõas
dicere. nõ qꝛ scriptura dicit. sed qꝛ scriptu
ra nõ contradicit. Si autẽ diceremus tres
deos: contradiceret scp̃tura dicens. Audi
isrl̃. deus tuus deus vnus est. Ecce abso/
lutõ questionis: quare potius dicamꝰ tres
ꝑsonas q̃ꝫ tres deos. qꝛ. s. illud nõ cõtradi
cit scriptura.

Alia questio cur nõ dicimus tres
essentias vt tres ꝑsonas. cum scri
ptura nõ ꝯtradicat. g

Verum et hic alia
emergit questio quam Aug. consequẽter Augusti.
annectit dicens. Cur inquit ⁊ tres essenti=
as nõ licet dicere. quod sil̃r scriptura sicut
nõ dicit: ita nõ cõtradicit? At si dicis q̃ ꝓ=
pter vnitatẽ trinitatis nõ dicuntur tres es
sentie: sed vna essẽtia. quero: cur nõ ꝓpter
eandẽ vnitatem trinitatis dicat̃ vna ꝑso=
na ⁊ nõ tres ꝑsone? Ut em̃ est illis ꝯmune
nomen essentie. ita vt singulus quisqꝫ dica
tur essentia. sic illis cõmune est ꝑsone vo/
cabulum. Quid igitur restat: vt fateamur
loquendi necessitate a grecis ⁊ latinis par
ta hec vocabula aduersus insidias vel er=
rores hereticoꝝ. Cunqꝫ conaret̃ humana
inopia loquẽdo ꝓferre ad hominũ sensus
quod in secretario mentis de deo tenet. si=
ue ꝑ piam fidem. siue ꝑ qualemcunqꝫ intel
ligentiã: timuit dicere tres essentias. ne in=
telligeretur in illa sũma equalitate vlla di
uersitas. Rursum nõ poterat dicere nõ eẽ
tria quedã. Quod qꝛ dixit sabellius in he
resim lapsus ẽ Quesiuit ergo: quid tria di
ceret? ⁊ dixit tres ꝑsonas: siue tres substã=
tias ꝟm grecos.

Sicut nos dicimꝰ tres ꝑsonas ita
greci tres substantias quas dicũt
hypostases. aliter accipientes sub
stantiam q̃ꝫ nos. h

Quod enĩ de perso
nis ꝟm nostrã. hoc de substãtijs ꝟm ꝯsue/
tudinẽ grecoꝝ oportet intelligi. Sic em̃ il=
li dicunt tres sunstantias vnam essentiam
id est tres hypostases vnam vsiam. quẽ=
admodum nos dicimus tres ꝑsonas vnã
essentiam vel substantiam. Quanq̃ꝫ et illi
si vellent sicut dicunt tres substãtias tres
hypostases. possent dicere tres personas
tria prosopa. Illud autem maluerunt di/
cere. qꝛ fortasse ꝟm lingue sue ꝯsuetudinẽ
aptius dicit̃.

Qꝛ ĩ trinitate nõ est diuersitas nec
singularitas vl̃ solitudo. sed vni
tas ⁊ trinitas ⁊ distinctio ⁊ idem/
ptitas. i

Iam sufficiẽter vt
puto ostẽsum ẽ: q̃ nẽcitate dicamꝰ tres ꝑso
nas. ⁊ quare nõ sil̃r tres deos vel eẽntias.
qꝛ. s. ĩ altero obuiat scp̃tura. ĩ alt̃o diũsita=
tis intelligẽtia. q̃a ibi nulla penitus est di=

uersitas. sicut nec singularitas vel solitu/
Augusti. do. sed vnitas ꝛ trinitas. Unde Augustinus in libro. vij. de trinitate ait. Humana inopia querẽs quid diceret tria. dixit tres psonas vel substantias. Quibus noibus non diuersitatem voluit intelligi. sed singularitatem noluit. vt nõ soluꝫ ibi vnitas intelligatur: ex eo q̃ dicitur vna essentia. sed trinitas ex eo q̃ dicuntur tres persone
Hylarius Hylarius quoq; ī libro. vij. de trinita ait. Dominus dicit. Qui me videt: videt ꝛ patrem. Cum hoc dicitur: excluditur singu/laritas. atq; vnici. id est solitarij intelligentia. Nam nec solitarium sermo significat. ꝛ indifferentem tamen naturam professio docet. Visus est enim in filio pater p natu/re vnitam similitudinem. Unum sunt enim natus ꝛ generans. vnum sunt neq; vnus. Nõ itaq; solitarius filius est. nec singularis. nec dispar. Item in eodẽ. Sicut in patre, ꝛ filio credere duos deos impiũ est. ita patrẽ ꝛ filiũ singularẽ deum predicare sacrilegum est. Nihil in his nouuꝫ. nihil di/uersum. nihil alienũ. nihil separabile est De
Augusti. hoc etiam Augustinus in libro questionũ veteris ac noue legis ait. Unus est deus.
Ambros. sed nõ singularis. Item ambrosius ī libro de trinitate ait. Quod vnius est substantie separari nõ potest. ꝛ si nõ sit singularitatis sed vnitatis deus vnus cum dicitur: nequaq; deitatis trinitatem excludit. Et ideo nõ quod singularitatis: sed quod vnitatis est predicatur. Ecce ex p̃dictis ostenditur: quia nec singularis. nec diuersus. nec vnicus vel solitarius confitendus est deus. quia singularitas vel solitudo psonarum pluralitatẽ excludit. ꝛ diuersitas vnitatẽ essẽtie tollit. Diuersitas inducit separationem diuinitatis. Singularitas admit
Ambros. distinctionẽ trinitatis. Ideo ambro. ī primo libro ꝺ trinitate ait. Nõ est diuersa nec singularis equalitas. Nec iuxta sabellianos patrẽ filiũq; ꝛ confundẽs. Nec iuxta arrianos patrẽ filiũq; ꝛ secernẽs. Pater em ꝛ filius distinctionẽ habent. separationẽ vo nõ hñt. Itẽ in eodẽ. Pater ꝛ filius diuinitate vnũ sunt. nec est ibi substãtie dñtia. nec vlla diuersitas. Alioq̃n quomodo vnum deũ dicimus. diuersitas em plures facit.
Diuerse dicũ tur aliq̃n p̃sone. i. distincte Constat ergo ex p̃dictis: qꝛ ī trinitate nulla ẽ diuersitas. si tamẽ aliq̃n ī scp̃tura inuenit dictũ tres diuerse p̃sone et hmõi. diuꝰsas dicit distinctas.

Qꝛ nõ ꝺz dici deꝰ multiplex. k

Et sicut in trinita=

te nõ est diuersitas. ita nec multiplicitas. ꝛ ideo nõ est dicendus deus multiplex. ꝟ trinus ꝛ simplex. Uñ ambro. ī p̃mo lib. de tri. ait. Est ī patre ꝛ filio nõ discrepãs: sed vna diuitas. nec confusũ quod vnũ ẽ. nec multiplex esse põt qꝺ indifferẽs ẽ. Multiplex itaq; deus nõ est. Ambros.

Jsta est distinctio vicesimatertia

In qua magister postq̃ egit de nomibus diuinis generaliter. agit de hoc nomine p̃sona ꝑ specialiter. Et tria circa hoc facit. Nam p̃mo excipit hoc nomen p̃sona de regula predicta que de his que substantialiter predicantur dabatur. Secundo ostendit q̃ hoc nomen p̃sona nõ singulariter: ꝫ pl'alit ꝺ oiꝰ p̃sonis p̃dicaẽ. Tertio concludit: q̃ ī diuinis nec diuersitas essentialis nec singularitas p̃sonalis. p̃prie dicatur. Primũ facit vsq; ibi. Ideo ozitur. Secunduꝫ ab inde vsq; ibi. Jam sufficienter. Tertiũ ꝟo ab inde vsq; ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus p̃positionibus. quarum prima est hoc nomen persona non p̃sonaliter: sed substantialiter dicitur de diuinis. Probatur sic. Omne nomẽ quod de diuinis predicatur: nõ relatiue sed absolute. hoc est non personaliter: sed substantialiter dicitur. sed hoc nomen persona est huiusmodi. igit̃ p̃predicatur non personaliter sed substantialiter. Tenet argumentũ ꝛ maiꝛ. sed mnoꝛẽ ꝓbat magister in textu: excipiens hoc nomen p̃sona a regula p̃ius dicta. Secunda p̃positio est hec. Hoc nomen p̃sona de omnibus diuinis p̃sonis simul: nõ singulariter. ꝫ pluraliter p̃dicatur. Et per hoc excipitur a regula data superius in p̃cedente distinctione de nominiꝫ que substantialiter dicuntur in diuinis: vbi dicebat q̃ nomina que substantialiter dicuntur in diuis. vel que spectant ad vnitatem essentie. de qualibet persona singilatim: ꝛ de omnibus simul dicuntur in singulari: vt sic dicendo. pater ꝛ filius ꝛ spũssanctꝰ sũt tres persone. que est vera. Sed hec est falsa. pater ꝛ filius ꝛ spũssanctus sunt persona. Tertia p̃positõ est hec. In diuinis nec diuersitas substantialis: nec singularitas personalis est ponenda ꝛ concedenda Et probatur ratione sic. Illa in diuinis non sũt concedenda quibus concessis tolleretur essentie vnitas ꝛ personarum diuersitas. Sed diuersitas substantialis ꝛ singularitas personalis sunt huiusmodi. igitur non sunt in diuinis concedenda: vt dicit p̃positõ ꝓbanda. Argumentum tenet. et p̃missas ꝓbat magister in textu. igitur ꝛc̃.

Quid significet his nomiꝫ vnus vel vna. duo vel due. tres vl' tria. trinꝰ vel trinitas. plures vel pl'alitas. distinctio vel distincte. cũ his vtimur de deo loquẽtes. a

DI. XXIIII.

Hic diligẽter

h inq̃ri oporꝛz. cũ ī trinitate nõ sit diuersitas vl' singularitas. nec mltiplicitas vl' solitudo.

quid significet his nomibus. scz vnus vel vna. duo vel due. tres vel tria. trinus vel trinitas. plures vel pluralitas. distincte vl distinctio. cum dicit vnus deus. due psone vel tres psone. plures psone distincte sunt psone. vel cum dicit distinctio psonarum. pluralitas psonarum. trinitas psonarum. et hmõi: Videmur em hoc dicentes numeroz quantitates z rez multitudinez vel multiplicitatẽ in deo ponere. Quid g ista ibi significẽt: ipso de quo loq̃mur apiente insinuare curemus.

Magis illa dicunt ad excludendum ea que non sunt in deo q̃ ad ponendũ aliqua. b

Si diligenter prẽmissis auctoritatuz verbis intendimus. vt dictoz intelligentiã capiamus. magis videtur horum verboz vsus introduct ratione remouẽdi atq excludẽdi a simplicitate deitatis que ibi non sunt: q̃ ponendi aliqua.

Quid p vnũ significet cum dicit vnus deus. c

Cum enim dicitur vnus deus: multitudo deoz excludit. nec numeri quantitas in diuinitate ponit tanq̃ diceret. deus est. nec multi sunt vel plures dij. Vñ Ambro. i lib. de trini. ait. Cuz vnũ dicimus deũ: vnitas excludit numez deoz. nec quãtitatẽ i deo ponit. q nec numerus nec quantitas ibi est.

Ambros.

Quo sensu dicit vn est pater. vel vnus est filius. d

Similiter cuz dicitur. vnus est pater. vel vnus ẽ filius: z huiusmodi. ratio dicti hec est. q nõ sunt multi patres vel multi filij. ita z de similibus.

Item cũ dicimus plures esse personas: singularitatẽ atq solitudinẽ excludimus nec diuersitatẽ nec multiplicitatẽ ibi ponimus. quasi diceret. Sine solitudine ac singularitate psonas confitemur. Vñ Hylarius in. iiij. lib. de trini. sic ait. Dixit deus Faciamus hominẽ ad imaginẽ z similitudinẽ nostrã. Quero nunc: an solum deum sibi locutũ existimes. an hunc sermonẽ ei intelligas ad altez extitisse: Si solũ fuisse

Ex qua intelligẽtia dicãt psone plures.

Hylarius

dicis: ipsius voce arguueris dicentis. Faciamus et nostrã. Sustulit em singularitatl ac solitudinis intelligentiã pfessio consortij. q aliquod consortiũ esse nõ potest ipsi solitario. neq solitudo solitarij recipit faciamus. nec alieno a se diceret nostrã. Attende lector his verbis z vide. q nomine consortij pluralitatẽ significauit. Professio ergo consortij est pfessio pluralitatis: quã pfessus est dicens. Faciamus z nram pluraliter em vtrũq dicit. Sed hac pfessione pluralitatis nõ diuersitatẽ vel multitudinẽ posuit. sed solitudinẽ z singularitatẽ negauit. Sic ergo cũ dicimus plures psonas vel pluralitatẽ psonaz. singularitatis z solitudis intelligentiã excludimus.

Quid p ternariũ significet cuz dicit tres psone. e

Ita etiam cuz dicimus tres psonas. nomine ternarij nõ quãtitatẽ numeri in deo ponimus: vel aliquã diuersitatẽ sed intelligentiam. non ad alium nisi ad patrẽ z filium z spũmsanctũ dirigendã significamus. vt sit huius dicti intelligentia. Tres psone sunt. vel tres sunt pater z filius et spũssanctus. id est. nec tm pater. nec tm filius. nec tm pater z filius i deitate sunt. sed etiam spũssanctus. et non alius ab his. Similiter non tm est ibi hec psona. vel illa. vel hec z illa. sed hec et illa z illa. z nõ alia. Et hoc fere ita intelligendum Aug. satis ostendit vbi dicit. q illo nomine nõ diuersitatẽ intelligi voluit. sed singularitatẽ noluit.

Augus

Quid p duo cuz dicit due psone. vel pater z filius duo sunt. f

Similiter cum dicitur. duo sunt: pater z filius. nõ dualitatl quantitatem ibi ponimus. sed hoc significamus: q nõ est tm pater. nec tantum filius. sed pater z filius. z hic nõ est ille. ita z de alijs hmõi. Ita etiaz cum dicimus. pater z filius sunt due psone. hoc significam q nõ tantũ pater est psona. nec tm filius ẽ psona. sed pater est psona. z filius est psona. z hec nõ est illa.

Isidorus

Ex quo sensu dr in psonis distinctõ vel psone distincte. g

Cū autez dicimus distincte sunt psone. vel distinctio est in psonis. confusionē atq; pmixtionē excludimus. z hanc nō esse illam significam⁹. Cūq; addimus. distincte sunt psone ppzietatibus: siue differētes ppzietatibus. aliam esse hanc psonam. z aliā illā suis ppzietatibus significam⁹. Et cū dicimus aliā z aliā nō diuersitatem vel alienationez ibi ponimus. ꝫ confusionē sabellianā excludimus.

Quomodo ibi accipiatur discretio. h

Ita etiā dicuntur discrete persone. vel cum dicitur discretō in personis esse: eandem intelligentiam facimus. Eodem em̄ modo ibi accipitur distinctio quo discretio. Et congrue dicitur ibi esse discretio vel distinctio: nō diuersitas vel diuisio siue sepatio. Ūñ ambro. in j. li. de tri. Nō ē ipse pater q̄ filius. ꝫ inē patrē z filiū exp̄ssa distinctio est.

Ambroꝫ.

Quō trinitas ibi accipiat. i

Cum vero dicitur trinitas: id significari videt quod significat cū dicit tres persone. vt sicut non pōt dici. pater ē tres psone: vel filius ē tres psone. ita nō debet dici. pater ē trinitas. vel filius est trinitas.

Aug

Hoc videtur contrarium esse predictis. k

Hic non est pretermittendū. q̄ cū supza dictum sit deum nec singularem. nec multiplicem esse confitendum. id q̄ sanctoz autozitatibus sit confirmatū. In ꝓtrariū videt sentire Isido. dicens. Distinguendum est inter trinitatem z vnitatem. Est em̄ vnitas simplex z singularis. trinitas vero multiplex et numerabilis. quia trinitas est trium vnitas. Ecce vnitatem dicit esse singularem. z trinitatem multiplicem z numerabilem. Sed ad hoc dicim⁹: q̄ singularē accepit sicut z alij accipiunt vnū. multiplicē vo z numerabilē sicut alij dicunt trinū.

Isidoꝛus

esse ꝓscientia dei. vel potuit non esse prescius. ⁊ potuit deus nō ꝓscire aliqua. id ē potuit esse ꝙ nulla futura subiecta essēt eius scientie. ⁊ ita non posset dici prescius vel ꝓscire. vl scientia eius ꝓscientia. nō tamē eo minus ipse esset: vel eius scientia. Sz non posset dici prescius vel prescire vel ꝓscientia. si eius scientie futura nulla forent subiecta. Similiter de dispositiōe ⁊ ꝓdestinatione vel prouidentia. Hec. n. vt dictum ē ad temporalia referunt. et ō temporalib⁹ tm̄ sunt.

Qꝫ scia dei nō tantū est de tpalibus sed etiā de eternis. d

Scientia vero vel sapientia non tantū de temporalibus. sed etiam de eternis est. Ideoqꝫ ⁊ si nulla fuissent futura. esset tamen in deo scientia eadem que modo est. nec minor esset qꝫ modo. nec maior est qꝫ essz. Sciuit ergo deus ab eterno eternū. ⁊ omne quod futurꝫ erat ⁊ sciuit immutabiliter. Scit quoqꝫ non minus preterita ⁊ futura qꝫ ꝓntia. ⁊ sua eterna sapientia ⁊ immutabili: scit ipse omnia que sciuntur. Omnis em̄ ratio superne et eterne sapientie (vt ait Ambrosius) in eo est. quia omnē sapientiam ⁊ scientiam capit sua immensa sapientia.

Quare omnia dicantur esse ī deo ⁊ quod factum est. habet vitā esse in eo. e

Propterea omnia dicūntur esse in deo ⁊ fuisse ab eterno. Un de Auguſt. sup Geñ. Hec visibilia inquit anteqꝫ fierēt non erant. quomodo ergo nota deo erant q̄ non erant? Et rursus. Quo modo ea faceret que sibi nota non erant? non em̄ q̄cqꝫ fecit ignorans. Nota ergo fecit. non facta cognouit. Proinde anteqꝫ fierent ⁊ erant ⁊ non erant. Erant ī dei sciētia. non erant in sua natura. Ipsi autē deo non audeo dicere alio modo innotuisse cū ea fecisset: qꝫ illo quo ea nouerat vt faceret Apud quem non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Ecce hic habes ꝙ hec visibilia anteqꝫ fierent in dei sciētia erant. Ex hoc ergo sensu omnia dicunt eē in deo. ⁊ oñe quod factum ē dicit vita eē in ipso. non ideo ꝙ creatura sit creator. vl

Augusti. sup Geñ.

qꝫ ista tpalia eēntialiter sint in deo. ꝙ quia in eius scia semp sunt q̄ vita ē.

Qꝫ eadē ratōne dicuntur omnia ei pntia. f

Inde est etiam ꝙ omnia dicūtur ei pntia esse. non solum ea que sunt. sed etiam ea que ꝓterierunt. ⁊ ea que futura sunt. ꝟm illud. Qui vocat ea q̄ non sunt tanqꝫ ea que sūt. Quia vt ait ambrosius in libro ō trinitate. Ita cognoscit ea que non sunt vt ea que sunt. ⁊ hac ratione omnia dicunt esse in eo vel apud eum siue ei pntia. Unde Augu. sup illuz locū psal. Et pulcritudo agri mecuz ē. Jō inqt mecum ē. quia apud deum nihil ꝓterit. nihil futurum est. Cum illo sunt omnia futura. ⁊ ei nō detrahunt iam ꝓterita. Cum illo sunt omnia cognitione quadā ineffabili sapiētie dei. Ecce hic apit Aug. ex qua intelligētia accipiēda sunt hmōi ẏba. omnia sunt deo pntia. in deo sunt oia vel cū deo. vel apud deū. vel in eo vita. qꝫ ineffabilis oim cognitio in eo est.

Ambros. Augusti.

Jsta est distinctio triceſima quinta huius primi libri. In qua magister postqꝫ egit de deo ⁊ conditionibus eius que ipsum concernunt in essendo. incipit agere de ipso ꝟm conditiones q̄ ipm respiciunt in operando. Et tria circa hoc facit. Nā primo ostendit quomodo multipliciter accipiat sciētia dei. Secundo inquirit an scientia dei depēdet a rebus scitis. Tertio inquirit que sint a deo scita ⁊ q̄liter. Primum facit a principio vsqꝫ ibi. Hic considerari oportet. Secundū vsqꝫ ibi. Propterea oīa dicunt. Tertium ẋo vsqꝫ ad finē distinctionis. Et hec est sīa magistri in generali. In speciali sentētia magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quarum prima ē hec. Unica ⁊ inuariabilis est dei scientia. que ꝓpter varios rerum status diuersis nominat vocabulis. Hanc magister ꝓbans dicit: ꝙ scientia dei q̄ est vna de attributis essentialibus: specialē requirit tractatum. ⁊ non solum scientia. sed etiaz ꝓscientia. dispositio. ꝓdestinatio ⁊ prouidentia. Prescientia em̄ dicit respectu omniū futuroꝝ: siue bonorum siue malorꝝ Dispositio ẋo respectu fiendorū. Predestinatio est de hominibus saluandis. ⁊ de bonis quib⁹ hic a malo liberant. ⁊ in futuro coronabunt. Prouidentia ē de gubernādis. ⁊ similiter dispositio. sed differunt. qꝫ dispositio ad fieri ⁊ esse rei. prouidentia autē spectat ad bñ habentē ⁊ ad rei conseruationē. Inducz tm̄ prouidentia accipit ꝓ pscientia. Scientia ẋo siue sapientia dicit respectu omniū vniuersaliter: siue ꝓsentiū. ꝓteritoꝝ. futurorum. bonorū ⁊ malorū. ⁊ nō solum respectu tpalium. sed etiam respectu eternoꝝ Secūda ppositio ē hec. Qꝫ si nulla essent futura. tūc respectiue ī deo scīa nō diceret. Hāc ppositiōz mgr inuestigās ꝙrit. Utꝫ si nulla eēnt vel fuissēt futura: an adhuc pscia. dispositio. ꝓdestinatō ī deo fuissent Et arguit primo ꝙ nō. Nā oīa ista dicunt ꝙ respectuz ad futura. ergo si nulla eēnt vel fuissēt futura: ista in deo locū nō habuissēt. Jn ꝙrariū arguit sic. Pre-

destinatio dei dispositio ⁊ ꝓscia sunt idē qꝫ scia dei. sed scia est idē qꝫ essentia. ergo a ꝑmo ad vltimū ꝓ= sciētia dei est idē qꝫ essentia. Sed eēntia dei esset da tꝫ etiā qꝫ nullū futurꝫ esset. ergo ꝓscientia dei fuisset i deo circūscripto omni futuro. Et respondet magi ster. qꝫ si nulla fuissent futura: tolleret ꝓscientia dei ꝙtum ad respectū ⁊ añcessionem quam importat ad futura. sed non ꝙtum ad essentiaz que tali respectu subijcitur. prescientia eñ sciam dicit cum respectu. ablato ꝝo respectu scia manet: q̄ deo ab eterno cō petit. ⁊ ꝓpter creaturarū existentiā vel differentiaz in nullo augeť vel minuiť. Tertia ꝓpositio est hec. Deus omne ꝓteritum ⁊ omne futurū vt sibi ꝓntia in tuetur. Et ꝓbatur sic. Omne illud deus tanꝫ ꝑs intuetur quod in eius essentia actualiter cōtinetur. sed omnia ꝓterita. ꝓntia ⁊ futura sunt ⁊ fuerunt ab eterno in dei eēntia. ergo deus omne ꝓteritū ⁊ futu rū tanꝫ sibi actualiter ꝓntia iutueť. ꝓsequētia tenet sed maior ⁊ minor sunt magistri in textu. ergo ꝓpo sitio vera. Et tñ de sententia ⁊c.

Utrum concedēdū sit omnia esse i dei essentia vel in eo ꝑ essentiam. vt omnia dicunť esse in dei cogni= tione vel ꝓsentia. a

DI.XXX= VI

s Solet hic que ri cū omnia dicanť esse in dei cognitiōe seu ꝓntia vel i deo ꝑ cognitionē. ⁊ eius cognitō vel ꝓntia sit diuina essentia. vtꝫ concedeti duz sit omnia esse in diuina essentia: vel in

Respōsio deo ꝑ essentiam: Ad quod dicimus. qꝛ dei cognitio eius vtiꝫ eēntia ē. ⁊ eius ꝓn tia in qua sunt omnia: ipsius cognitio est. nec tamē omnia que sunt in eius ꝓntia vel cognitione: i eius essentia esse dici debent. Si eñ hoc diceret: intelligerenť esse eiuſ/ dē cū eo eēntie. In deo eñ dicit esse ꝑ eēn tiam quod ē diuina eēntia qō est deꝰ. Ha/ bet ergo deus apud se in ꝓntia sua: que nō

Augº. habet i sui natura. Añ Augus. de verbis apli ita ait. Elegit nos añ mūdi ꝯstitutōꝫ Quis sufficit ꝟ explicare. Eligunť q̄ ñ sūt nec errat q̄ eligit. nec vane eligit Elegit tñ ⁊ habet electos quos creaturus est eligen dos. quos habuit apud semetiꝑm: nō i na tura sua. sed in ꝓntia sua nondū erant qui= bus ꝓmittebať. sed ⁊ ipsi ꝓmissi sunt q̄bus ꝓmittebať. Ecce hic apte dicit deū apud semetiꝑm habere electos añ mundū. nō in natura sua: sed in ꝓntia sua. cū tñ eius ꝓn= tia nō aliud sit q̄ eius natura. qꝛ ipsius ꝓ/ sentia eius est noticia. Potest tamē ad ele ctos referri cū ait. In natura sua. id ē illo= rum: illos quippe habuit ab eterno apō se. nō in natura sua. id est illoꝝ. quia non/ dum erant. sed in sua ꝓsentia. quia eos ita nouit ac si essent.

Utruꝫ mala debeant dici eē i deo vbi sunt omnia bona. cuꝫ vtraqꝫ sint in eius cognitōne ⁊ ꝓntia. om nia .n. cognoscit. b

Que intel gāt eē i de

Qꝛ nō dr ita cogno de⁹ mal bona. q la tñ ꝑ bōa ꝝo ꝑ batiōez placitum.

Ambrosiº

Post ꝓdicta queri tur. cū oia dicanť esse in deo nō ꝑ essentiā nature: sed ꝑ cognitionē sciētie. ⁊ deus sci at bona ⁊ mala. vtꝫ cōcedendū sit simpli= citer mala esse in deo. siue esse in deo ꝑ co/ gnitionē: Scit eñ deus ⁊ sciuit semp oia. tam bona q̄ mala: etiā anteq̄ fierent. ⁊ ꝓ/ sciuit ab eterno ea futura. Ideoq̄ cuz om nia bona diximus esse in deo ꝓpter ꝓsenti am cognitionis. eadē ratione videť dicen dum omnia mala esse in eo: cū ea semp no uerit. ⁊ ꝑ cognitionē ei ꝓntia fuerint. Pre cognouit eñ deus ab eterno quosdā futu ros malos ⁊ eoꝝ malicia (vt ait Aug.) pre sciuit. sed nō ꝓparauit. Cuz ꝙ peccata om niū sciat. nunquid intelligendū ē ea inclu= di in illa generalitate locutiōis. qua dixit apostolus omnia esse in deo. Ex ipō inq̄t. ⁊ ꝑ ipm ⁊ in ipso sunt omnia. Sed quis ni si insanus dixerit mala esse in deo: Illa eñ esse in deo intelligunť: que ex ipso et ꝑ ipsuz sunt. Eaꝝo ꝑ ipm sunt ⁊ ex ipō quo rū auctor est. ꝟ nō est auctor nisi bonorum Non ꝙ ex ipō ⁊ ꝑ ipm sunt nisi bona. ita ꝙ nō in ipō sunt nisi bona. Non ꝙ mala i deo sunt. qꝛ licet ea noscat. nō tamen ita omni/ no nosćit vt bona. mala quasi de longe co gnoscit: vt ait ꝓpheta. Et alta a longe co/ gnoscit. i. supbiā. Et alibi ad deuz loquēs de malis ait. Be absconditi tuis adimple= tus est vēter eoꝝ. Qō exponēs Aug. Ab= scondita inquit pctā sunt: que a lumie tue veritatis abscōdunť. Sed quō peccata a lumine veritatis diuine abscondunť cuz a deo sciank. Si. n. nō sciret. quō de illis iu= dicaret. et ꝑ illis malos dānaret: Alibi ꝓ/ pheta. Quia neq̄ ab oriente neq̄ ab occi/ dente deest. Quod exponens Cassiod: in quit. Neq̄ a bonis neq̄ a malis deest de/ us. sed omnibus ꝓns ⁊ cognitor ē. Cogno scit ergo deus ⁊ bona ⁊ mala ꝑ scientiam. sed bona cognoscit etiam ꝑ approbationē ⁊ ꝑ beneplacitū. mala vero nō. Unde Cas siodorus sup psal. dicit. Peccata abscōdi ta deo sunt. quia nō nouit. i. nō approbat. Et ex eo sensu Augus. dixit ea abscondita a lumine dei. Qui etiā in li. ad Heluidiuz

insinuat cognitionē dei varijs modis accipiendam inquiens. Si ad scientiā referas nō ignorat deus aliquos vel aliqua. q̄ tamē in iudicio q̄busdā dicet. Nō noui vos sed eoꝝ improbatio hoc verbo insinuata ē Ecce nō cognoscere dicit deus que nō approbat. que ei nō placēt. Apparet itaq; verū esse quod diximus. s. qz quodammō cognoscit deus bona quo nō cognoscit mala Pariter quidē vtraq; eodēq; mō nosci q̄tum ad noticiā. sed bona etiā approbatōne z bñplacito cognoscit.

Hic apit quare bona tantū dicantur esse i deo z nō mala. c

Et inde est q̄ bona tm̄ dicunt esse in deo non mala. et illa ppe hec longe. qz licet in deo aliqua dicant eē ppter cognitionis pñtiam. z deus bona z mala cognoscat. mala tm̄ nō cognoscit nisi p noticiam. bona vo nō solū p scientiaz. ꝫ etiā p approbationē z bñplacitū. Et ob talē cognitionē aliqua dicunt esse in deo. scz qz ita ea scit vt etiā approbet et placeant. i. ita scit vt eoꝝ sit auctor.

Q̄ idem est omnia esse ex deo. et p ipsum z i ipso. d

Proinde si diligenter inspiciamus: idē videt esse omnia eē ex deo. z p ipm̄ z in ipso. Unde Ambro. i. ij. li. de spūsancto. Hec tria ex ipso et p ipsuz z in ipso sunt omnia vnum esse supra diximus. Cū dicit p ipsum esse oīa. nō negauit in ipso esse omnia. Eandē vim hñt omnia hec. s. cuz ipso z in ipso z p ipm̄. z vnū in his atq; consimile: nō contrariū intelligitur. Ecce habes qz ex eadē intelligentia scriptura dicit omnia esse in ipso. z p ipm̄. z ex ipso vel cū ipso. Cū ergo ex eadē ratione omnia dicant esse ex deo vel p̄ ipsum. nō solum qz scit: sed etiā quia eoꝝ auctor ē consequit vt eadē ratione ita esse i deo dicant. s. qz scit z eorum auctor esse dicit. q̄a i illo viuimus z mouemur z sumus. q̄a eo auctore sumus. mouemur z viuimus. Cū ergo nō sit auctor nisi bonorū. merito sola bona i eo esse dicunt sicut ex ipso z p ipm̄ Cum ergo in eius cognitione vel presentia sint omnia. s. bona et mala. in eo tamen nō dicunt esse: nisi bona quorū auctor ē. Ambrosi

de Aug. in lib. de natura boni. Cum audimus inquit ex deo z p ipsum z in ipso esse omnia. oīes vtiq; naturas intelligere debemus. z omnia que naturaliter sunt. Ne q; em̄ ex ipso sunt peccata que naturā non seruant. sed viciant que ex voluntate peccantiū nascunt omnia. Hic aperte dicitur q; in illa generalitate locutiōis bona tm̄ cō tinentur. Augusti.

Q̄ omnia ex patre z per patrem z i patre sunt. ita de filio z de spūsancto est dicēdum. licet ppter personas fiat distinctio. e

Preterea sciēdum est. q; licet ibi indicet distinctio psonaz cū dicit ex ipo z p ipm̄ z in ipso. omnia tamē ex patre. z p patrē z in patre sunt. Silr de filio z spūsancto accipiendū est. Vñ Aug. in. j. li. de trini.. Nō cōfuse inquit accipiēdum est qđ ait ap̄lus. ex ipso z p ipm̄ z in ipso. Ex ipso dicens ppter patrē. p ipsum ppter filium. in ipso ppter spūmsanctum: Vigilanter aūt attende: ne quia patrē volēs intelligi dixit ex ipso. sic intelligas omnia esse ex patre: vt neges omnia esse ex filio vel ex spūsancto. cum ex patre et p patrē et in patre omnia esse sane dici pñt. silr z de filio z de spūsancto dicendū est. Augusti.

Q̄ nō oia que ex deo sunt etiam de ipso sūt. sed ecōuerso. f

Illud etiam hic annectendum est. q; non omnia que dicūtur esse ex deo: etiam de ipso esse dici debeant Quia vt ait Augustinus in libro de natura boni. Non hoc significat penitus ex ipso quod de ipso. Quod enim de ipso est potest dici esse ex ipso. sed nō omne quod ex ipso est: potest dici esse de ipso. quia nō est de sua substantia. Ex ipso enim sunt celum z terra. quia ipse fecit ea. non autem ō ipso. quia non de substantia sua. sicut aliquis homo generat filiuz vel faciat domū Ex ipso est filius. ex ipso est z domus. sed filius de ipso. domus vero de terra z ligno nō de ipso. Augusti.

Que dicta sunt summatim colligit. g

Ex premissis apertum est q̄ in dei cognitione siue p̄ntia sunt omnia. s. bona et mala. sed nō omnimō sūt ibi mala quo bona. ⁊ q̄ in deo bona tantū sunt. sicut ex ipso ⁊ p ipm. nō mala. Et ex quo sensu hec accipiēda sint: assignatū est Et q̄ de ipso nō dicit esse ppie quod aliud est ab ipso. Ex ipō autē esse dicunt omnia que eo auctore sunt.

Ista est distinctio tricesimasexta huius primi libri.

In qua magister post q̄ egit ō scientia dei fm se. agit de compatione rex scitax ad scientez. Et tria facit. Nam primo ostendit q̄ non omnia sunt in dei essentia sicut sunt in dei scientia. Secundo subdit qualiter se habeat scientia dei ad bona et mala. Tertio concludit q̄ non omnia que sunt ex deo patre possunt dici de ipso. Primus facit a p̄n cipio distinctionis vsq; ibi. Post p̄dicta querit. Secundum vsq; ibi. Illud etiam hic aduertendū. Tertium vero vsq; ad finē distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Q̄ licet omnia sint in dei sciētia non tamen omnia sunt in eius essentia. Hanc magister p̄bat respondens ad hanc questionem. Utrum omnia que deus cognoscit possunt dici esse in eius essentia: sicut dicuntur esse in eius scientia. que idem est q̄ō sua essentia. Et respondet q̄ non omnia que sunt in essentia diuina sunt eiusdem nature cū deo. Ea autem que sunt in eius scientia: non sunt eiusdē nature cum deo. Ideo omnia cognita a deo possūt dici esse in diuina scientia. licet non possunt dici esse in eius essentia. Secunda propositio ē hec. Stat deum aliqualiter cognoscere bona qualiter non cognoscit mala. Hanc magister probans querit. Utrū mala que cognoscuntur a deo possunt dici esse i deo Et respondet q̄ non. quia illa solum dicuntur esse i deo ad que deus se habet in ratione principij. non autē sic se habet deus ad mala. Tertia propositio ē hec. Licet omnia que sunt de deo possunt dici ex ipso nō ec conuerso omnia q̄ sunt ex ipso possunt dici de ipo. Hec propositio patet per hoc. q̄ esse de deo dicitur ab ipso fm substantialitatem. Sed esse ex deo denotat generalem principationē. Unde patet q̄ nihil de deo ppie dicitur: nisi quod est de eius substantia. Sed ex deo dicuntur esse omnia que quouis modo sunt ab ipso principiata. Si ergo omne illud quod ē ex deo dicitur esse de deo. omnes creature dicerent esse substātiales ipsi deo. quod falsum ē. sed solū pso ne filij ⁊ spūssancti que sunt de patre p̄nt dici ipsi cō substantiales. Et tm̄ in speciali.

Quibus modis dicatur deus esse i rebus. a

DI.XXXVII

Et quoniam demonstratū ē ex parte: quo mō omnia dicant esse in deo addendū videt hic: q̄bus modis dicatur deus esse in rebus. si tamen id humana mēs: vel ex parte digne valeat cogitare. vel lingua sufficit eloqui. Scien dū ergo est q̄ deus incōmutabiliter semp in se existens. p̄sentialiter. potentialiter. essentialiter est in omni natura siue essentia sine sui diffinitione. ⁊ in omni loco sine circūscriptione. ⁊ in omni tempe sine mutabilitate. Et p̄terea in sanctis spiritibus ⁊ animabus ē excellētius. s. p gratiā inhabitās. ⁊ in hoie xp̄o excellentissime. i quo plenitudo diuinitatis corpaliter habitat. vt ait ap̄s. In eo. n. deus habitauit nō p gratiā adoptionis. sed p gratiaz vnionis.

Q̄ deus in omni est essentia potentia. i sanctis per gratiam. in homine per vnionē. sone.

Ne autē ista q̄a capacitatē humane intelligentie excedūt: falsitatis arguere aliq̄ p̄sumant. sanctoz autoritatibus muniēda mihi videntur. Beatus Grego. sup cantica canticoz inquit. Licet deus omnipotēs omnibus rebus insit p̄ntia. potētia. substantia. familiariori mō p gram dicit esse i illis qui mirificentiā opez dei acutius ⁊ fideli? p̄siderant. De hoc em̄ eodē Aug. ad Bardanū in li. de p̄ntia dei ait. Cū deus sit natura incorpea ⁊ incōmutabiliter viua. et na stabilitate in seipo manēs: totus adest rebus oīb̄us. ⁊ singulis totus. sed in quibus habitat: habēt eū p sue capacitatis diuersitate. alij amplius. alij minus. quos ipe sibi dilectissimū templū gratia sue bonitatis edificat. Hylarius q̄z in. viij. li. ō trini. aptissime docet deū vbiq̄ esse. Deus inquit immēse virtutis viues potestas q̄ nusq̄ nō assit. nō desit vsq̄z. se omnē p sua edocet vt vbi sua sint ipe eē intelligat. Nō autē corporali mō cū alicubi sit. non etiā vbiq̄ esse credat. cum ⁊ in omnibus esse nō desinat. Ambro. in li. j. ō spūsancto. Spūmsanctū p̄bat nō esse creaturā. quia vbiq̄ ē. quod est ppriū diuinitatis ita dicēs. Luz omnis creatura certis nature sue sit circūscpta limitibus. quō quis audeat creaturā appellare spūmsanctum. qui nō habeat circumscriptā determinatāq̄ virtutē. q̄ ⁊ in oībus ⁊ vbiq̄ sp̄ est. quod vtiq̄ diuinitatis ⁊ dominationis est ppriū. Idē in eodez. Bñi ē oīa ꝓplere. qui dicit. Celū ⁊ terraz ego cōpleo. Si g̃ dñs ē q̄ celū ꝓplet ⁊ trā. quis g̃ pōt spmsctm̄ iudicare dñationis ⁊ diuine ptātis exortē q̄ repleuit orbē? Et qō pl? est repleuit ⁊ iesū totius mundi redemptorē.

Aug. Ambros. Augusti. Grego. Hylarius

Ex his alijsq̄ pluribus autoritatib? apte mōstrat. q̄ de? vbiq̄ ⁊ i oi creatura eēntialiter. p̄ntialiter. potētialiter est.

Q̄ sanctis nō mō est. sed etiā habitat qui nō vbicūq̄ est habitat. b

In sãctis vero etiam habitat in quibus est ꝑ gratiã. non em̃ vbicũq; ẽ ibi habitat. vbi ꝟo habitat ibi ẽ In solis bonis habitat: qui sunt tẽplũ ei⁹ ⁊ sedes eius. Unde ꝑ Esaiã dñs ait. Celũ mihi sedes est. terra autẽ scabelluz pedum meoꝝ. qꝛ in electis qui sũt celũ habitat deus ⁊ regnat. qui eius voluntati deuoti obtemperãt. Malos ꝟo q̃ sunt terra: iudicij districtione calcat. Uñ ⁊ in li. Sap̃. dicit̃. Thronus sapientie aĩa iusti. qꝛ i iust̃ speci alius est q̃ in alijs rebus: i quibus tñ om̃ibus totus ẽ. Quẽadmodũ aĩa (vt ait aug. in epl̃a ad Hiero. de origine aĩe) ꝑ om̃s ꝑticulas corꝑis tota adest simul. nec minor in minoribus. nec maior i maioribus. ꝫ tamẽ in alijs intẽsius. i alijs remissius opat̃ cũ in singulis ꝑticulis corꝑis essentialiter tota sit. Ita ⁊ deus cũ sit in om̃ibus eẽntialiter ac totus. in illis tñ plenius esse dicit̃ quos inhabitat. i. i quibus ita est vt faciat eos templũ suũ. ⁊ hi tales cũ eo sunt iaz ex parte. sed i btitudine ꝑfecte. Mali ꝟo ⁊ si ibi sint vbi ipse ẽ qui nusq̃ deest. nõ tamẽ sunt cũ eo. Uñ Aug. sup Joh. Nõ sat̃ fuit dicere vbi ego sum ⁊ illi sint. sed addidit mecũ. qꝛ ⁊ miseri p̃nt esse vbi ⁊ ille est: qui nusq̃ deest. Sz bti sũt cũ illo. qꝛ nõ sũt beati nisi ex eo q̃ cũ illo sunt. q̃ fruũt̃ eo. ⁊ vident illũ sic̃ est. Mali ꝟo nõ sũt cũ illo. vt ceci in luce nõ sũt cũ luce. nec boni ita nũc sunt cũ eo vt videant ꝑ speciẽ. ⁊ si sunt aliquo mõ cum eo ꝑ fidem. Quõ aũt deus habitet in bonis: ex illis aliquatenus intelligere valebis que supra dicta sunt. cuz de spiritussancti processione temporali agere tur. vbi licet ex parte exponitur. ex ꝑte. n. cognoscimus ⁊ ex parte ꝓphetamus: quõ spũssanctus habitet in nobis. qui non sine patre ⁊ filio inhabitat.

Augusti.

Si vis intelligere quõ habitet: req̃re ꝑ dicta de spiritusancto.

Ubi erat vel habitabat deus anteq̃ esset creatura. c

Si aũt queris vbi habitabat deus anteq̃ sancti essent? Dicimus qꝛ in se habitabat. Uñ Aug. in li. cõtra Maximinũ. In templo inquit suo habitat deus. s. in sanctis qui sũt templũ dei mõ ꝫm fidẽ ambulãtes. et templũ dei erũt aliqñ ꝫm speciẽ. qualiter etiã nũc templuz dei sunt angeli. Sed dicet aliq̃s. anteq̃ faceret deus celũ ⁊ terrã. anteq̃ faceret sanctos vbi habitabat? In se habitabat de⁹. apud te habitat. ⁊ apud se est. Non ḡ sãcti sic sunt dom⁹ dei: vt ea subtracta cadat deus. Immo sic habitat deus in sanct̃. vt si ipse discesserit: cadant.

Augusti.

Multa hic breuiter docet que cõfirmãt ꝑdicta. d

Sciendũ est etiam qꝛ vt ait Aug. in li. ad Dardanũ. Dici nisi stultissime nequit. spũmsanctũ nõ habere locũ in nostro corꝑe: qd̃ totũ anima nostra impleuerit. Stultius etiã dicit̃ angustijs alicubi impediri trinitatẽ. vt pater et filius ⁊ spũssanctus alicubi simul esse non p̃nt. Ueꝝ illud est multũ mirabilius: q̃ cũ deus vbiq; sit totus. nõ tñ in om̃ib⁹ habitat. Quis porro audeat opinari: nisi inseparabilitatẽ trinitatis penit⁹ ignoret. q̃ in aliquo possit habitare pater ⁊ filius i quo nõ habitet spũssanct⁹. Aut in aliquo spũssanctus i quo nõ habitet pater ⁊ fili⁹. Fatendũ ẽ ḡ vbiq; esse deũ ꝑ diuinitat̃ p̃ntiã sed nõ vbiq; ꝑ inhabitatõis gratiã. Propter hanc em̃ habitationẽ gr̃e nõ dicimus pater noster qui es vbiq;. cũ ⁊ hoc veꝝ sit sed q̃ es in celis. i. in sanctis: in quibus est quodã excellentiori mõ.

Aug⁹.

Q deus habitator ẽ quorũdaz nõdũ cognoscentiũ deũ. ⁊ nõ quorũdã cognoscẽtium. e

Illud quoqz mirabile ẽ. Quia vt ait aug. i eodẽ. De⁹ ẽ inhabitator quorũdã nõdũ cognoscẽtiũ deũ. ⁊ nõ quorundã cognoscẽtiũ deũ. Illi em̃ ad templũ dei nõ ꝑtinẽt: q̃ cognoscẽtes deuz nõ sicut deũ glorificãt. Ad templũ dei ꝑtinẽt ꝑuuli sctificati sacr̃o xp̃i ⁊ remunerati spũsctõ: q̃ nondũ valẽt cognoscere deum. Ergo quẽ potuerunt illi nosse nec hr̃e. isti potuerũt hr̃e anteq̃ nosse. Btissimi autez sunt illi q̃bus ẽ deũ hr̃e qd̃ nosse. Hic aliq̃tenus apit Aug. quõ de⁹ habitet i aliquo. id ẽ habeat̃. cũ vicz ita est in aliquo vt ab eo cognoscat̃ ⁊ diligat̃.

Augusti.

Quomõ deus totus vbiqz sit per essentiam. non potest intelligi ab humano sensu. f

Ex predictis patet

q̄ deus vbiq̄ totus est p essentiā. ⁊ in sanctis habitat p gr̄am. Cunq̄ supius licz tenuiter ostensum sit: q̄ rōne dicat̄ habitare in quibusdaz. ef flagitaret ordinis ratio id etiā assignari quomō vbiq̄ p essentiā ⁊ totus sit. nisi hui⁹ considerationis sublimitas atq̄ immēsitas humane mētis sensū omnino excederet. Ut eñ ait Chryſ. sup epl̄az ad Hēb. Sicut multa de deo intelligimus q̄ loq̄ penitus nō valem⁹. ita multa loquimur q̄ intelligere nō sum⁹ idonei. Verbi g̃ tia. Q̄ vbiq̄ deus ē: scimus ⁊ dicim⁹. quō aūt vbiq̄ sit: intellectu nō capimus. Item Q̄ ē incorpea quedā ⁊tus: que oīm ē cau/sa bonoz scimus. quō aūt vel que ista sit: penitus ignoramus.

Chryſ.

Quozūdā opinio q̄ p̄sumūt ostendere quō deus vbiq̄ sit p essentiā potētiam. ⁊ p̄ntiam. ℊ

Quidaz tamen im

mēsa ingenio suo metiri p̄sumētes. hoc ita foze intelligendū tradiderūt. q̄ de⁹ vbiq̄ p essentiā eē dicit̄. nō q̄ dei essentia ꝓpriesit in oñi loco ⁊ oñi creatura. sed q̄ oñis natura atq̄ oñe qđ naturaliť ē: in quocūq̄ loco sit p euz habet esse. ⁊ omnis locus i quo illud est. Idē etiaz dicunt ideo deum vbiq̄ dici esse p p̄ntiam vel p potentiā. q̄ cuncta loca sunt ei p̄ntia. ⁊ que in eis sunt. nec in eis aliq̄d opari cessat. Nam ⁊ ipa loca: ⁊ quicq̄d in eis est. nisi ipe cōseruet manere nō p̄nt. Jn eis ℊ p substantiā de⁹ esse dicit̄ vt aiūt. q̄ p virtutē ꝓprie substantie sue facit. vt etiam loca sint ⁊ omnia que in eis sunt. Sed licz hec vera sint que asserūt in explanādis intelligētijs p̄dictoz. Jn illis tñ verbis q̄bus dicit̄ deus vbiq̄ esse p essentiā. plus ꝓtineri credendū ē. qđ hō viuēs capc nō valet.

Q̄ de⁹ cū sit i oībus reb⁹. nō tñ soz/dibus rex inquinat̄. h

Volet etiam ab eis

dem queri. quō deus subaliter insit oībus rebus: ⁊ corpaliū sordiū inquinationibus nō ꝓtingat̄: qđ tā friuolū est: vt nec respōsione sit dignū. cuz etiā spūs creat⁹ sordib⁹ corporeis etiā leprosi vel q̄ntūcūq̄ polluti inq̄nari nō possit. Sol q̄q̄ radios suos sine sui pollutiōe effundit sup loca ⁊ corpa. nō solū munda: ꝝ etiā immūda. ac sordib⁹ fetētia. quoz ꝓtactu hoies ⁊ alie quedam res inficiunt̄. Solis vo radij impolluti et incōtaminati ea cōtingentes existūt. Nō ē ergo miranduz: si essentia diuina omnino simplex ⁊ incōmutabilis omnia replet loca. ⁊ omnibus creaturis essentialiter inest nec tamen cuiusq̄ rei sordibus contaminatur vel contingat̄. Unde Augusti. in lib. de natura boni. Luz in deo inquit sint oia q̄ condidit. nō tamē inquinat̄ eū illi q̄ peccant. De cuius etiā sapiētia que attingit a fine vsq̄ ad finem fortiter: dicit̄. Attingit omnia ꝓpter suam mundiciā. ⁊ nihil inquinatum in eaz incurrit. Postremo respondeant. quid potius de deo respōdendum existiment. vel q̄ nusq̄ p essentiā sit. vel vbiq̄. vl̄ q̄ alicubi ita q̄ nō vbiq̄: Sz quis audeat dicere q̄ nusq̄ diuina essentia sit. vel q̄ alicubi ⁊ nō vbiq̄ sit. Si eñ ita est alicubi q̄ nō vbiq̄. ergo localis est. Est ℊ vbiq̄ tota que continet totū. ⁊ penetrat totū. que nec p sui simplicitate diuidi nec p sui puritate macl̄ari. nec p sui immēsitate vllo mō ꝓphendi pōt. Uñ Augusti. Deus vbiq̄ est. cui nō locis sed actiōibus ꝓpinquamus.

Per silen/nus ostēdu.

Aug. de ag/ne xp̄iano c. ment q̄dam fieri non p/scz ne hūa/carne ⁊ vita/ substātia de/ inq̄net. et i/ p̄dicāt ista/ sibilē solē/ dios suos pe/ oñes feces/ sordes spā/re. et eos m/ dost sincer/ suare. Si e/ ergo visibi/ mūda a vi/ lib⁹ immūdi/ ꝓtingi p̄n/ nō inquina/ q̄nto mag⁹/ uisibil ⁊ im/ murabilis/ ritas.

Augusti.

Per incom/niēs ostē/deū vbiq̄

Q̄ deus vbiq̄z sit ⁊ in omni tempore. noa tamen localis est. non circumscriptibilis. nec loco nec tempore mouetur. i

Cunq̄z diuina na=

tura veraciter ⁊ eēntialiter sit i oñi loco: ⁊ in oñi tpe. nō tñ mouet̄ p loca vel p tempora. nec tempalis nec localis ē. Localis nō est. q̄ penitus non circumscribit̄ loco. quia nec ita est in vno loco q̄ nō sit in alio Neq̄ dimensiōz habet: sicut corp⁹ cui ſm locū assignat̄ p̄ncipiū. mediū ⁊ finis. et añ ⁊ retro. dextra ⁊ sinistra. sursum ⁊ deorsū. quod sui interpositione facit distantiā circumstantiuz. Quobus nāq̄ his modis dicit̄ i scriptura aliq̄d locale siue circūscriptibile ⁊ ecōuerso. s. vel q̄ dimensiōz capiens lōgitudis. altitudis ⁊ latitudis distantiā facit in loco. vt corpus. vel q̄ loco diffinit̄ ac determinat̄. quoniā cuz sit alicubi nō vbiq̄ inuenitur. quod non solum corpori. sed etiam omni creato spiritui cōgruit. Omne ℊ corpus omnimodo locale est.

Quib⁹ mo/ aliq̄d dicat̄/ locale vel/ cūscriptibile.

De spũ creato q̃ ꝑm alterũ modũ nec locat̃ nec circũscp̃tibil̃ ẽ. ꝑm alterꝝ ꝟo est. corpꝰ ꝟo oĩno locale ⁊ circũscp̃tibile. deꝰ illocal̃ ⁊ incircũscriptibilis.

Spũs ꝟo creatus quodammõ ẽ localis. ⁊ quodammõ nõ est localis. Localis quidẽ dicit̃. qꝛ diffinitiõe loci terminat̃. qm̃ cum alicubi pñs sit totus: alibi nõ inuenit̃. Nõ autem ita localis est: vt dimensionez capiens distantiã in loco faciat. Diuina ḡ sola essentia omnino illocalis ⁊ incircũscriptibilis est. que nec locis mouet̃ aliquo mõ. s. vel determinatiõe finita. vel dimensiõe suscepta. nec temporibus. s. affectu ⁊ cognitione. His. n. duobus modis. s. loco vel tẽpore fit mutatio creature: que lõge ẽ a creatore. Unde Aug. sup Geñ. Deus inquit omnipotẽs incõmutabili eternitate. volũtate. veritate semp idẽ mouet p tempꝰ creaturam spũalez. mouet etiã p tempus ⁊ locũ creaturã corpalem. vt eo motu naturas quas cõdidit administret. Cum ergo tale aliquid agit: nõ debemus opinari ciꝰ substantiã qua deus est tempibus locisq̃ mutabilẽ. siue p tempora ⁊ loca mobilez. cum sit ipe ⁊ interior omni re. qꝛ in ipo sũt oĩa. ⁊ exterior omni re. qꝛ ipe est sup omnia. et antiquior omnibus. qꝛ ipe idẽ est añ om̃ia ⁊ nouior omnibus. quia ipe idẽ ẽ post omnia. s. post omniũ initia. Ecce hic aperte ostendit̃: q̃ nec locis nec temporibꝰ mutat̃ vel mouet̃ deus. Spũalis autem creatura p tempus mouet̃. corpalis ꝟo etiã p tempus ⁊ locum.

Augusti.

Q̃ deꝰ ẽ interior. antiq̃or ⁊ nouior omnibus.

Quid sit mutari ꝑm tẽpus. k

Mutari autez p tẽpus ẽ variari ꝑm qualitates interiores vl̃ exteriores q̃ sunt in ipsa re que mutat̃. vt qñ suscipit vicissitudinez gaudij. doloris. scie. obliuionis. vel variationẽ forme. siue alicuius qualitat̃ exterioris. Hec em̃ mutatio que fit ꝑm tp̃us: variatio est qualitatũ que fit in corpali vel spũali creatura. et ideo vocat̃ tempus.

Opinio quorundam qui dicũt spiritus creatos nõ moueri loco. nec esse locales. l

De mutatiõe vero loci magna inter conquirẽtes disceptatio versatur. Sunt eni qui dicunt nullum spiritum aliquo modo posse mutari loco. ab omni spiritu locum vniuersaliter remouere volentes. quoniam ꝑm dimensionẽ tantum ⁊ circumscriptionem locum constare asserunt. atq̃ id solum esse locale. vel in loco esse dicunt quod dimensionez recipit ⁊ distantiã in loco facit. Et hoc dicũt Aug. sensisse mutatiõez temporis tantum spirituali creature tribuentem. loci ꝟo ⁊ tẽporis corporee.

Aug. ꝟba p̃dicta. p se facere dicunt.

Hic respondet̃ eis. m

Sed vt supra diximus: dupliciter dicit̃ res esse localis vl̃ circumscriptibilis. s. vel quia dimensiõz recipit ⁊ distantiã facit. vel quia loci termino diffinit̃. quorum vtrunq̃ conuenit corporee creature. alterum ꝟo tm̃ spũali. Nã vt supra diximus corpalis creatura ita est localis vel circũscriptibil̃ q̃ determinat̃ diffinitiõe loci. ⁊ q̃ dimensiouẽ recipiens distantiã facit. Spũalis ꝟo tantũ diffinitiõe loci concludit̃. cũ ita sit alicubi q̃ nõ alibi. Sz nec dimensionem recipit. nec distantiam in loco facit. quia si multi essent spiritꝰ hic: nõ eo coangustarent locum. q̃ minus de corpibus contineret. Ideoq̃ August. attribuit mutationem loci corpi. nõ spiritui. quia licet spũs transeat d̃ loco ad locũ nõ tamẽ ita vt dimensionibus circumscriptus: interpositiõe sui faciat distantiã circumstantiũ sicut corpus.

Cõclusio ex p̃dictis q̃ spũs creati sũt locales ⁊ circũscp̃tibiles quodammõ. Spũs vero dei omnino incircumscriptibilis. n

Sũt ergo spiritus creati in loco. ⁊ transeunt de loco ad locũ. ⁊ quodammõ locales et circũscp̃tibiles. ꝑ nõ om̃i eo mõ quo creature corpee. Spiritus aũt increatus q̃ deus ẽ: in loco quidez ẽ. ⁊ in omni loco. sed om̃ino illocalis ⁊ incircũscriptibilis. Vñ Beda sup Luc̃. ait. Cũ ad nos angeli veniunt: sic exterius implent ministerium. vt tamen ante deũ interius p contemplationem assistant. quia et si angelus ẽ spũs circumscriptus. summꝰ tamẽ spũs q̃ deus ẽ: incircũscriptus est. intra quẽ currit angelus quocũq̃ mittatur. Ecce hic dicit̃. qꝛ spũs angelicus circũscriptus ẽ. Spũs aũt q̃ deus ẽ incircũscriptꝰ. Alibi etiã Amb. distantiã ostendens inter spũm increatum ⁊ spũm creatuz dicit sera-

Beda.

Ambros.

phin de loco ad locū transire inquiēs ita i li. de tri. Dixit Esaias. ḟa missus ē ad me vn⁹ de seraphi. Et spūs quidē sanctus dr̄ missus. sed seraphin ad vnuz. spūs ꝯo ad omnes. Seraphin mittit in misterio. spirirus opaṫ misteriū. Seraphin d̄ loco ad locū transit. Nō. n. complet omnia. ꝫ ipse replet a spū. Hic apte ostēditur ꝙ angeli quodammodo locales sunt.

Cum repetitione supiorum confirmat autoritatibus deuz esse vbiqz sine locali motu. o

Fateamur itaqz diuinam naturaz p immensitate sui nusqz deesse. eāqz solā omnino illocalē: et oīno incircūscriptibilē: nullo ꝙcludi loco. sed a fine vsqz ad finē attingere. non tñ spaciosa magnitudine: nec locali motu. ꝫ immēsitate atqz immobilitate sue eēntie. Vñ Aug⁹. ad Bardanū ait. Nō q̄si spaciosa magnitudine opinemur deū p cūcta diffundi. sicut fum⁹ aut lux ista diffundit. ꝫ potius sicut in duobus sapiētibus: quoꝝ alter altero coꝛpe grādioꝛ ē. ꝫ sapiētioꝛ nō est. vna sapia ē. nec ē i maioꝛe maioꝛ. nec in minoꝛe minoꝛ. nec minoꝛ i vno q̄ i duobus. ita deus sine laboꝛe regēs ꝛ ꝙtinēs mundū: i celo totꝰ ē. i terra totꝰ. ꝛ i vtroqz totꝰ. ꝛ nullo ꝙtētus loco. ꝫ i seipō vbiqz totꝰ. Jdē q̄ super psal. ait. Ad ꝯbū dei ptinet nō eē i pte ꝫ vbiqz esse p seipm. Hec em̄ ē sapia dei q̄ attingit a fine vsqz ad finē fortit̄. nō tñ motu locali: ꝫ immobilitate sui. velut si moles aliq̄ saxea impleat aliquē locū. dicit̄ ꝙ attingit a fine illiꝰ loci vsqz ad finē. cū tñ alterū nō deserat alteꝝ occupādo. Nō ḡ habz motū localē verbū illud. ꝛ sapia illa solida ē ꝛ vbiqz. Ex p̄dictis innotescit. ꝙ deus ē ita vbiqz p essentiā. ꝙ nec spaciosa magnitudine diffundit̄. nec vno deserto loco alium occupat. qꝛ localē motū nō hz. Jō ꝯ Aug. volēs p̄scidere a dei puritate oēz localē motū ꝛ localē circūscp̄tōez. potiꝰ dicit oīa esse i illo q̄ ipm̄ eē alicubi. nec tñ ipsuz eē locū q̄ nō ē in loco. in li. lxxxiij. q. ita inquiēs. Deꝰ nō alicubi ē. qđ alicubi ē ꝙtinetur loco. qđ ꝙtinet̄ locoꝝ coꝛpꝰ ē. Deꝰ autē nō ē coꝛpꝰ. nō ḡ alicubi ē. et tñ qꝛ ē ꝛ i loco nō ē. i illo sūt potiꝰ oīa q̄ ille alicubi. nec tñ ita i illo vt ipe sit locꝰ. Locꝰ ei i spacio ē: qđ lōgitudine ꝛ latitudie ꝛ altitudine coꝛporis occupat̄. nec deꝰ tale aliq̄d ē. ꝛ oīa ḡ

i ipso sunt. et locus nō ē. nec i loco ē. Locꝰ tñ dei ꝫ impꝛopꝛie dicit̄ templū dei. non q̄ eo ꝙtineat̄. Jd aūt nihil meliusqz aia mūda intelligit̄. Ecce hic dicit deū nō eē in loco. ꝫ intelligendū est eū nō esse in loco localiter. s. qꝛ nec circumscriptionē. nec localē motū habet.

Oppositio qua videt̄ pbari q̄ deus mutet̄ loco. p

Ad hoc autez solet opponi sic. Quotidie fiūt creature q̄ añ nō erāt. ꝛ i eis deus ē: cū añ nō esset i eis. est ḡ vbi añ nō erat. ideoqz mutabil̄ esse videt̄. Sed licet quotidie incipiat eē in creatur̄ i quibus ante nō erat. qꝛ ille nō erāt. hoc tñ fit sine sui mutatione. qualiter in mūdo cepit esse quē fecit. tñ sine mutabilitate. ꝛ silr desinit eē i q̄bus añ erat sine sui mutatiōe. nec tñ ipe deserit locū. ꝫ locus desinit esse.

Epilogꝰ vbi exponit̄ quare in p̄dicta venerit disceptationē. q

Jaz sufficienter demonstratū esse videt̄: quomō omnia dicatur esse in deo. et deus in omnibus. quam disceptationē quasi incidenter suscepimꝰ quia id videbatur postulare res: circa quā noster versabatur sermo. Dixerebamꝰ em̄ de scientia siue sapientia dei. et cum doceremus deum scire omnia. quesitū est vtrū pꝛopter cognitionē quam de omnibus habet: dicent̄ omnia esse in deo. an alia ratione hoc diceret scriptura. Huius ḡ q̄stiōis occasio i p̄missā nos deduxit disputatōz.

Jsta est distinctio tricesimaseptima bukꝰ primi libri. In qua magister postꝫ egit quomodo res sint in deo. hic incipit agere quomodo deus est in rebus. Et tria circa hoc facit. Nam primo ostendit modos veros quibus deus est i rebus. Secundo remouet falsos modos quibus non est i ipsis Tertio ostendit qualiter de nouo incipit esse: ꝛ desinit esse in creaturis. Primum facit a principio distinctionis vsqz ibi. Cunqz diuina natura. Secundu ab inde vsqz ibi. Ad hoc autem solet. Tertium vsqz ad finem distinctionis. Et tantū in generali. Jn speciali sententia magistri stat in tribus pꝛopositionibus. Quarum pꝛima est hec. Quāuis deus sit in omnibꝰ creaturis pꝛesentialiter. potentialiter ꝛ essentialiter in solis iustis est tanq̄ in ꝓpria habitatiōe. Hāc magister ꝓbans ꝓponit deum esse in omnibus rebus. Uno mō ꝙmuniter p potentiā. pꝛesentiā ꝛ essentiā. In omni natura ꝛ eēntia sine sui distinctiōe. In omni loco sine sui circūscp̄tiōe. In oīi tpe sine mutabilitate sui. Alio mō specialiter est in sanctis. quos p

gratiã inhabitãs templũ suũ ipsos ẽ efficiens. Tertio mõ dicit spãlissime esse in homie xpo. in quo plenitudo diuinitatis corpaliter habitat per grãz vnionis. z hũc tertiũ modũ mgr dimittit. eo q pertineat ad tertiũ libz̃ sñarum. Postea magister p̃dicta affirmat per autoritates. Et subdit postmodũ. q ꝙuis deus sit in rebus oĩbus. nõ tñ credendũ est diuinã puritatẽ quouis mõ posse maculari. p hoc q in rebus immũdis pñs extitit. sicut nec spũs humanus per vnionẽ ipsi⁹ ad corpus leprosũ inquinat. nec sol qñ suis radijs feda attigit defedat. Et iustos inhabitare dicit deus. qñ tpaliter z ad nos ĩ eos pcedit

Secunda ppositio ẽ hec. Deus solus vbiq̃ existẽs: nõ variat qualicũq̃ loco vel tpis mutatione. Hec ppositio pponit p̃mo. q diuina natura sit ĩ loco. non tñ circũscribit vel diffinit a loco. Scd̃ ostendit p hoc q duplex mutatio inuenit ĩ natura Creatura. n. corpalis loco diffinit z circũscribit. spũalis aũt solum diffinit. Itẽ corpalis creatura per tps z locũ mouet. spũalis autẽ per tps. aut p̃m tps mutari potest p̃m affectiões tẽpori subiacentes. Postea quritur. Utr̃ mutari per locũ ꝓueniat spũi. Et rñdet q transire de loco ad locũ: ita q diffiniat z nõ circũscribat hoc cõuenit spiritibus. sed trãsire de loco ad locum circũscr̃ptiue eis nõ ꝓuenit. Deinde addit q locabile z circũscriptibile z mutabile deo nõ conuenit. Tertia ppositio est hec. Deus sine sui mutatione de nouo incipit vel desinit esse in creaturis. Ista ppositio patet in textu in penul. ca. huius dist. circa finez. Et tñ in speciali.

Hic redit ad ppositũ. repetens superi⁹ dicta vt addat alia a

DI. XXXVIII

Nunc ergo ad ppositũ reuertentes: cepto insistamus. Supra dictũ ẽ q p̃scia dei futuroꝝ tm̃ est. sed oĩm tã bonorũ ꝙ malorꝝ. Scia ꝺo vel sapia nõ mõ de futuris. sed etiã ꝺ p̃ntibus z futuris. nec tm̃ de tpalibus: sed etiã de eternis. q3 seipsuz nouit de⁹.

Questio an scia vel p̃scia sit cã rerꝝ. vl̃ res sint cã p̃scientie.

Hic ozit questio nõ dissimulãda. vtr̃. s. scia vel p̃scia sit causa rerũ. an res sint cause scie vel p̃scie dei? Videt em̃ p̃scientia dei causa esse eoꝝ que ei subsunt ac necessitatẽ eueniẽdi eis facere. q3 nec aliqua futura fuissẽt: nisi deus ea p̃sciss̃. nec p̃t nõ euenire: cum deus ea p̃sciuerit. Si aũt impossibile ẽ ea nõ euenire: q3 prescita sunt. videt g̃ ipsa p̃scia q̃ p̃scita sunt eis eẽ causa eueniẽdi. Impossibile ẽ ea nõ euenire cũ p̃scita sint. q3 si nõ euenirent cũ p̃scita sint: fallerẽt dei p̃scia. At dei p̃scia falli nõ põt. Impossibile ẽ g̃ ea nõ euenire cuz p̃scita sũt. Sic g̃ p̃scia causa eozũ eẽ videt q̃ p̃scita sũt. Hoc idẽ z de scia dicit. s. q q3 de⁹ atiq̃ nouit ideo sint.

Aug. auctes ponit que videt hoc asserere.

Cui sñie Aug̃. attestari videt in. xv. li. de tri. sic di. Non ista ex aliquo tpe cognouit deus: ꝙ futura oĩa tpalia atq̃ ĩ eis etiã q̃d z qñ ab illo pertituri fueram⁹. z quos z de q̃bus rebus vl̃ exauditurus vel non exauditur⁹ esset. sine initio añ p̃sciuit. Uniũsas autẽ creaturas z spũales z corpales. nõ q3 sunt ideo nouit sed ideo sunt q3 nouit. nõ em̃ nesciuit q̃ fuerat creaturus. q3 g̃ sciuit: creauit. nõ quia creauit: sciuit. nec aliter sciuit creata q̃ creanda. Non em̃ eius sapie aliq̃d accessit ex eis. sed illis exñtibus sicut oportebat ille: z qñ oportebat: mãsit vt erat. Uñ in ecclesiastico. Anteq̃ crearent̃: oĩa nota sunt illi sic z postq̃ ꝓsummata sunt. Ecce his verbis videt Aug̃. innuere sciam vel p̃sciaz dei causã esse eoꝝ que fiũt: cũ dicit ideo ea esse. q3 deus nouit. Idẽ q̃ in. vj. lib. dicere videt. Cũ inquit decedãt z succedãt tẽpora: nõ decedit aliq̃d vel sucedit scie dei, i qua nouit oĩa que fecit p ipsã. Nõ. n. hec q̃ creata sunt ideo sciunt̃ a deo q3 facta sũt ꝙ potius ideo facta sunt. q3 immutabiliter ab eo sciunt̃. Et hic etiaz significare videt dei sciam cãm eoꝝ esse que fiunt. dicẽs nõ ideo deũ ea nouisse: q3 facta sunt. ꝙ ideo facta sunt. q3 nouit ea deus. Ideoq̃ videt dei scia vel p̃scia cã esse eoꝝ que nouit.

Inconuenientia ostendit que seq̃rent̃ si diceret̃ scia vel p̃scia causa oĩm rerꝝ que ei subsunt. b

Quod si ita est. est ergo causa omniũ malorũ. cum omnia mala sciant̃ et p̃sciantur a deo. quod longe est a veritate. Si em̃ dei scientia vel p̃sciẽtia causa esset malorũ. esset vtiq̃ deus auctor malorꝝ. quod penitus falsum est. Nõ ergo scientia vel p̃scientia dei causa est omniũ que ei subsunt.

Q3 res future nõ sunt causa scie vl̃ p̃scie dei. c

Neq3 etiaz res future cã sunt dei p̃scie. licet em̃ nõ essent future nisi p̃scirent̃ a deo. nõ tñ iõ p̃sciũt̃. q3 future sunt. Si em̃ hoc eẽt: tunc ei⁹ q̃ ꝺ eternũ est aliquid existeret causa ab eo alienũ. ab eo diuersum. z ex creaturis pẽderet scientia creatoris. z creatum causa esset increati. Origenes tñ sup epistolaz ad Romanos ait. Nõ ppt̃ea aliq̃d erit. q3 id scit de⁹ futuꝝ. sed q3 futuruz est. ideo scitur a deo

Hoc p̃dictis videt cõtrarium.

añq̄ fiat. Hoc videt̄ p̄missis verbis aug. obuiare. Hic em̄ significari videt̄ q; res future cā sint p̄scientie. Ibi vo q; p̄sciētia cā sit rer futuraꝝ.

Quid ex p̄dictis tenēdū sit cū determinatione autoritatū. d

Hāc igitur que vi=

detur repugnantiā de medio tollere cupientes. dicim⁹ res futuras nullaten⁹ cām eē p̄scie vel scie dei. nec ideo p̄sciri vel sciri: qz future vel facte sunt. ita exponētes qđ ait Orig⁹. qz futuꝝ eū. ido scit a deo anteq̄ fiat. i. qđ futuꝝ ē scit a deo añq̄ fiat. neq̄ sciret nisi futuꝝ esset: vt non noteꝝ ibi cā. nisi sine qua nō fieret. Ita etiaz dicimus sciam vel p̄sciam dei nō esse cām eoꝝ q̄ fiunt. nisi talē sine qua nō fiunt. si tm̄ sciam ad noticiam tm̄ referam⁹. Si vo noīe scie includit etiā bñplacitū atq̄ dispositio. tūc recte potest dici cā eoꝝ q̄ deus facit. His. n. duob⁹ modis: vt supius p̄taxatū ē: accipit cognitio vel scia dei. s. p noticia sola. vel p noticia simul et bñplacito. Hoc mō forte accepit Aug. dicēs. Ideo sūt qz nouit. i. qz scienti placuit. z qz sciēs disposuit. Et hic sēsus ex eo adiuuat̄. qz de bonis ibi tm̄ agit Aug. s. de creaturis. de his q̄ deus facit. q̄ oīa nouit. nō solū scia: sz etiaz bñplacito ac dispositōe. Sic g̈ ibi accipit dei cognitō vt nō mō noticiā. sed etiā bñplacitū dei significet. Mala vo scit de⁹ z p̄scit anteq̄ fiant. ꝑ sola noticia: ñ bñplacito. Prescit. n. de⁹ z p̄dicit etiā q̄ nō ē ipse factur⁹. sicut p̄scit z p̄dixit infidelitatē iudeoꝝ. ꝑ nō fecit. Nec iō qz p̄scit: ad pctm̄ infidelitatis eos coegit. nec p̄sciisset vl' p̄dixisset eoꝝ mala: nisi eēnt ea habituri. Vñ Aug⁹. sup Joh. De⁹ in q̄t futuroꝝ p̄sci⁹: p pphetaz p̄dixit infidelitatē iudeoꝝ: ꝑ nō fecit. neq̄ p̄sciisz mala eoꝝ nisi ea hr̄ent. Nō. n. iō quē q̄ ad peccandū cogit. qz futura hoīm pctā p̄nouit. Illoꝝ. n. p̄sciit pctā non sua. Jōq̄ si ea q̄ ille p̄sciit ipsoꝝ nō sunt. nō vera ille p̄sciit. Sz qz illius p̄scia falli nō pōt: sine dubio nō ali⁹: ꝑ ipsi peccāt quos de⁹ pctōres eē p̄sciit. Et iō si nō malū ꝑ bonū facere voluissent. non malū facturi puniderētur ab eo q̄ nouit q̄d sit q̄sq̄ facturus. His vbis apte oñdit: si diligent attendam⁹ p̄sciam deinō esse causam maloꝝ q̄ p̄scit. qz non ea p̄scit tanq̄ factur⁹. nec tanq̄ sua. ꝑ etiā illoꝝ q̄ sunt ea facturi vel habituri. Prescit sciuit g̈ illa sola noticia: nō bñplacito autoritatis. Vñ dat intelligi q; de⁹ ecōuerso p̄scit bona tanq̄ sua: tanq̄ ea q̄ facturus est vt illa p̄scienda simul fuerint ipsius noticia z autoritatis bñplacitū.

Augusti.

Cōtra hoc qđ dictuz ē p̄sciētiā dei nō posse falli. oppositio. e

Ad hoc aūt quod

supra dictū est. s. p̄sciam dei falli nō posse: solet a quibusdaz ita opponi. Be⁹ p̄sciuit hunc lectuꝝ vel aliq̄d hmōi. sed pōt esse vt iste nō legat. ergo pōt aliter esse q̄ deus p̄sciuit. ergo pōt falli dei p̄scia. quod omnino falsū est. Potest equidē nō fieri aliq̄d. z illud tamē p̄scitū est fieri. Nō ideo tamē potest falli dei p̄scia. ḳa si illud non fieret. nec a deo p̄scitū esset fieri. Sed adhuc vrgent questionē dicentes. Aut aliter pōt fieri q̄ deus p̄sciuit. aut nō aliter. Si nō aliter. g̈ necessario cūcta eueniūt. Si vo aliť pōt ergo dei p̄scia falli vel mutari. Sz potest aliter fieri. ḳa potest aliter fieri q̄ fiat. Ita autē sit vt p̄scitū ē. aliť ergo pōt fieri q̄ p̄scitum est. Ad quod dicimus illam locutionem multiplicē facere intelligentiā scz aliter potest fieri q̄ deus p̄sciuit. et huiusmodi. vt potest nō esse quod deus p̄sciuit. z impossibile est nō esse quod deus p̄sciuit. z impossibile est non esse p̄scita omnia que fiunt. et huiusmodi. Possunt em̄ hec coniunctim intelligi: vt cōditio sit implicita. z disiunctim. Si em̄ ita intelligas nō potest aliter fieri q̄ deus p̄sciuit. i. non potest vtrūq̄ simul esse. s. qz deus ita p̄sciuerit fieri z aliter fiat: verum intelligis. Si autem p disiunctionē intelligas. vt dicas hoc aliter nō posse euenire q̄ euenit: quomodo futurū deus p̄sciuit: falsum ē. Hoc em̄ aliter potest euenire q̄ euenit. z tamen deus hoc modo futuꝝ p̄sciuit. Similiter z alia determinatio. s. impossibile ē illud nō euenire quod deus p̄sciuit. vel cum deus prescierit. Si coniunctim intelligas: verum dicis. Si disiunctim: falsum. Ita etiā z illud. Impossibile est non esse prescitū omne quod fit. id est non potest esse vtrūq̄ simul. scz vt fiat z nō sit p̄scitum. hic sensus verus est. Si vero dicis deum non potuisse non prescire omne quod fit: falsū ē. Potuit em̄ facere vt nō fieret. z ita non esse p̄scitum.

Oppo

Respō

Jsta est distinctio tricesimaocta/ua huius primi libri. In qua magister post̄ egit de scientia dei ꝼm se. ⁊ de compatione rerum scitarum. incipit agere de compatiõe scientie ad res scitas. Et tria facit. Nam primo querit. Utrum scientia dei sit causa rerum scitarum. Secundo subdit determinationem questionis mote. Tertio mouet et soluit dubitationem ex determinatiõe questionis mote emergentem. Primuꝫ facit a principio distinctionis vsq; ibi. Hanc ergo que videtur. Secundum ab inde vsq; ibi. Ad hoc autem quod supra dictum est. Tertium ab inde vsq; ad finem distinctionis. Et tm̄ õ sententia in hac distinctione in generali. Jn speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quarũ prima est hec. Deus scientia appropriationis nõ est causa simpliciter omniũ futuroꝝ contingentiuꝫ. sed tm̄ bonorum. Hanc magister ꝓbans querit. Utrum scia dei vel p̄scientia sit causa rerum scitaꝝ vel econuerso. Et ꝓbat q̄ p̄scientia dei sit causa reꝝ. q̄a nec aliqua futura essent nisi deus p̄sciuisset. ⁊ que p̄scisuit: impossibile ẽ ea nõ euenire. Et ad hoc ꝓbandum magister adducit multas autoritates: que patent in textu. Postea obijcit in contrariũ sic. Si scia dei eẽt cã reꝝ scitaꝝ: sequeret deũ esse cãz maloꝝ. eo q̄ mala sunt ab eo scita ⁊ p̄scita. sed illud ꝓsequẽs est falsũ ergo ⁊ ꝓlusio ex qua sequit. Nec etiã res sunt causa scie dei. q̄ sic tpale ⁊ creatũ esset cã eterni. q̄ fiare nõ p̄t. Et rñdet mgr̄ q̄ res scite a deo nullatenꝰ sunt cã scie vel p̄scie dei: nisi forte causa sine qua nõ. ⁊ sic etiã intelligẽde sunt sanctoꝝ autoritates: q̄bus opposituꝫ dici videt. vicz q̄ res nõ sunt aliter cã prescie dei: nisi cã sine qua nõ. i. sine q̄bus nõ diceret p̄scia. Et ꝓsequẽter notat talẽ distinctiõez de scia dei q̄ scia dei vel cognitio dei p̄t accipi ꝓ sola simplici noticia. Et dr̄ scia simplex noticie. ⁊ sic accepta nullius rei ꝓprie est causa: nisi forte causa sine qua non Nõ em̄ deus quẽq; cogit peccare p̄ hoc q̄ p̄scit eum peccaturũ. Vel p̄t accipi ꝓ noticia simul ⁊ bñplacito. ⁊ sic accepta est causa rerũ. Ex his patet solutio ad argumentũ. s. de malo. Nam deus nõ nescit malũ: nisi scientia simplicis noticie. Cum ergo ex hac cognitionẽ nõ sit causa reꝝ: vt patet ex p̄dicta distinctione. ergo non valet argumentũ cuꝫ arguitur. Deus cognoscit malum. ergo est causa mali. Ex predictis simul sumptis ⁊ signanter ex distinctone predicta infero secundam propositionem que est. Jneffabilis dei prescientia est causa sine qua non omnium bonorum ⁊ malorum. Et patet ex premissis. Tertia propositio est hec. Cum ineffabili dei prescientia stat indifferens vel libera futurorum effectuuꝫ contingẽtia. Hanc magister inuestigãs arguit. q̄ scientia dei sit fallibilis. ⁊ hoc sic. Futuꝫ contingens est prescitum a deo. vel ergo potest aliter euenire q̄ p̄scitum est vel nõ. Si nõ. ergo scientia dei rebus scitis necessitatem imponit. ⁊ ꝓ consequens contingentiam tollit. Si ergo potest aliter euenire q̄ p̄scituꝫ est. ponatur in esse qõ aliter eueniat. ⁊ sequitur statim scientiam dei esse fallibilem ⁊ incertaꝫ. Jstud magister soluit p̄ sensum compositum ⁊ diuisum dicens. q̄ ſ tales propoſitio. impossibile est nõ euenire quod deus prescisuit euenturum. et possibile est non euenire qõ deus p̄sciuit euentuꝫ. ⁊ consimiles intelligantur cõiunctim in sensu composito: tunc sunt falsę. Jdeo q̄ impossibile sit p̄scientiam dei esse õ aliqua re euenẽte simul cum contrario euentu. Si autem tales ꝓpositiones intelligantur diuisim vel ī sensu diuiso. tũc vere sunt ⁊ possibiles: ꝑut cõsiderant̄ sine respectu ad dei p̄sciam. ⁊ tm̄ in speciali.

Utrũ scia dei possit augeri vel minui. vl̄ aliquo mõ mutari. vtrũq; eni videt posse ꝓbari. a

DI.XXXIX

Jam est ostensum qñ creata fuerit angelica natura. Nunc autem attendendū est vbi facta fuerit? Testimonijs quarūdam autoritatū euident mōstrat angelos ante casum fuisse in celo ⁊ inde corruisse quosdam ꝓpter supbiam. alios vero qui nō peccauerunt illic perstitisse Unde dñs in enangelio ait. Uidebā sathanam tanq̄ fulgur de celo cadentem. nec appellatur hoc celum firmamentū quod secūda die factum est. sed celum splendiduz qđ dicit empireū. id est. igneum a splēdore nō a calore. quod statim factum angelis est repletum quod est supra firmamentū. ⁊ illud empireum quidam expositorum sacre scripture nomine celi intelligi volunt vbi scriptura dicit. In p̄ncipio creauit deus celū ⁊ terram. Celum inquit Strabus nō visibile firmamentū hic appellat. sed empireū. id est igneum vel intellectuale. quod nō ab ardore sed a splendore dicitur. quod statim factū repletū ē āgelis. Uñ Job. Ubi eras cū me laudabant astra matutina ⁊c. De hoc quoq; Beda ita ait. Hoc supius celum qđ a volubilitate mundi secretum est. mox vt creatum est sanctis angelis impletum est. quos in principio cum celo ⁊ terra cōditos testat dñs dicens. Ubi eras cuz me laudabant astra matutina. ⁊ iubilarent om̄es filij dei. Astra matutina ⁊ filios dei eosdem angelos dei vocat. Celum em̄ in quo posita sunt luminaria. nō in p̄ncipio sed secūda die factum est. Ex his liquet q̄ in empireo om̄es angeli fuerunt ante quorundam ruinaz. simulq; creati sunt angeli cū celo empireo. ⁊ cum informi materia omnium corporalium.

Strabus.

Job

Beda

Q̄ simul creata est visibiliū rerum materia ⁊ inuisibiliū natura ⁊ vtraq; informis ꝑm aliquid ⁊ formata ꝑm aliquid. g

Simul ergo visibilium rerum materia ⁊ inuisibilium natura condita est. ⁊ vtraq; informis fuit ꝑm aliquid: ⁊ formata ꝑm aliquid. Sicut em̄ corporaliū materia confusa ⁊ ꝑmixta que ꝑm grecos dicta est chaos: in illo exordio cōditionis primarie ⁊ formā confusionis habuit. ⁊ non habuit formā distinctiōis ⁊ discretionis. donec postea formaret. atq; distinctas reciperet species. ita spiritualis ⁊ angelica natura in sua conditione ꝑm nature habitum formata fuit. ⁊ tamē illam quam postea per amorem ⁊ conuersionem a creatore suo acceptura erat formam non habuit. sed erat informis sine illa. Unde Aug⁹. multipliciter exponens premissa verba Genesis. per celum dicit intelligi informem naturam vite spiritualis sicut in se potest existere non conuersa ad creatorem in quo formatur. per terram corporalem materiam sine omni qualitate q̄ apparet in materia formata.

Augusti.

Quō dicat lucifer ꝑm Esaiā. Ascēdam in celum ⁊ ero similis altissimo. cū eēt in celo. h

Hic queri solet si in celo empireo fuerunt angeli q̄ statim facti sunt. quomodo vt legit in Esaia dicit lucifer. Ascendam in celum ⁊ exaltabo solium meum. ⁊ ero similis altissimo? Sed ibi celū vocat dei celsitudinem. cui parificari volebat. ⁊ est tale. Ascendam in celum. i. ad eq̄litatem dei.

Hic incipit secunda distinctio hui⁹ secundi libri. In qua magister postq̄ egit de creatione vniuersi in communi. Incipit agere de partibus eius in speciali. Et primo de cratura spūali corpori nō vnita. s. angelo. Unde in presenti tria circa hoc facit. Nam primo dat ordinem in presenti materia procedendi. insinuans angelos esse creatos. Secundo tractat de loco creationis eorum asserens eos in celo empireo eē creatos ⁊ collocatos. Tertio agit de qualitate eorum. affirmans eos informes productos. Primum istorum facit a principio distinctionis vsq; ibi. Jam ostensum est. Secundū ab inde vsq; ibi. Simul ergo visibilium Tertium ab inde vsq; ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionib⁹ quarum prima est hec. Angelica natura non tempore sed dignitate nature ante om̄ia corporalia est producta. Q̄ aūt angeli sunt primo producti. patet ex illo

Ecc̃i.j. Omniũ primo creata est sapientia. id est. angelica natura. quia illud non potest intelligi de sapiẽtia eterna vel increata. cuiusmodi est filius in diuinis vt deducit in lra. Huius oppositum magister arguit per illud Heñ.j. In principio creauit deus celum et terram. Per hanc t similes autoritates videt probare q celum t terra sunt prius creata ꝙ angelica natura. Hanc controuersiam magister soluit dicens q angelica natura t oñia corpalia simul sunt creata. qꝫ ꝓbat p illud Ecc̃i. xviij. Qui viuit in eternum creauit oñia simul. Et idem cõfirmat autoritate bti Augustini. que habetur in textu. Et postea inducit alias autoritates quibus probat angelicam naturaꝫ celum empireum tempus t materiam quattuor elemẽtorum confusam simul fore creata tempore. t vnum alterum tempis duratione non precessisse. Licet angelica natura prius bene dicat creata dignitate nature. Scda propositio est hec. Q tam visibilis. id est. corpalis ꝙ inuisibilis. id est. spũalis creatura fuit quodãmodo informis producta. Quod patet. ꝗa visibilium materia t inuisibiliuꝫ natura fuerũt simul condita. t vtraqꝫ informis. sed tñ aliter t aliter. Naꝫ corporalium rerũ materia dicitur informis creata. ideo quia habuit formam confusionis prius ꝙ fuisset formata t distincta p species. vt infra distinctiõe duodecima clarius patebit. Spũalis ideo dicit informis ꝓducta. quia licet fuerit formata in sua conditione ſm habitum nature. fuit tñ informis ſm habitũ gratie. per quem habuit perfici t informari. Postea magister querit. Si omnes angeli fuerunt in celo creati vt predictum est. quod t quale fuit tunc celum in quod lucifer ascendere volens peccauit. dicendo illi Esa. xiiij. Ascendam in celum t similis ero altissimo quod soluens magister dicit. q per celum non debet intelligi quodcũqꝫ corporale. sed diuina celsitudo. vt sensus autoritatis sit. Ascẽdã in cela. i. ad equalitatẽ dei. Et tñ in speciali.

Quales facti fuerint angeli. et q quattuor eis attributa sunt in ipo initio sue conditionis. a

Ece ostensum

III e est vbi angeli fuerint mox vt creati sunt. Nunc consequẽs est inuestigare quales facti fuerint in ipso ꝓmordio sue conditionis. t quatuor quidem angelis videnꝫ eẽ attributa in initio subsistẽtie sue. s. essentia simplex. id est. indiuisibil t immaterialis. t discretio ꝓsonalis. t p rationem naturaliter insitã. intelligentia. memoria t volũtas siue dilectio. liberũ quoqꝫ arbitriũ. i. libera inclinãde volũtis siue ad bonum siue ad malum facultas. Poterant em̃ p liberũ arbitrium sine violentia t coactione ad vtrumlibet propria volũtate deflecti.

An omnes fuerint equales angel in tribus scz in sapia i essentia in libertate arbitrij. i b

Hic considerandũ

est. vtrũ in sua substantia spirituali t sapientia rationali t libertate arbitrij que oñibus inerant oñes equales fuerint. vt sit ꝓma consideratio de substantia. secunda de forma. tertia de potestate. Persona quippe substantia est. sapientia forma. arbitriũ potestas. t ad substantiam quidem pertinet nature subtilitas. Ad formam vero intelligentie perspicacitas. t ad potestatẽ rationalis voluntatis abilitas. Ille ergo essentie rationales que persone erant. t spiritus erant. naturaqꝫ simplices t vita imortales differentem essentie tenuitatem. t differentem sapientie perspicacitatẽ. atqꝫ differentem arbitrij libertatem t abilitatẽ recte habuisse intelligunt. Dic̃ in corpibus nõnulla differentia est ſm eẽntiam ac formam et pondus. Quedam em̃ alijs meliorem ac digniorẽ eẽntiam t formã habẽt. t alia alijs leuiora atqꝫ agiliora sunt. Ad hunc q modum credendum est illas spũales naturas cõueniẽtes sue puritati t excellentie. t in essentia t in forma t in facultate differẽtias accepisse in exordio sue cõditõis. quib' alij inferiores alij superiores dei sapientia constituerent. alijs maiora. alijs minora dona ꝓstantis. vt q tũc p naturalia bona alijs excellebãt. ipsi etiã post p munera gre eisdem ꝓessent. Qui em̃ natura magis subtiles et sapia ampli' perspicaces creati sunt. hi etiaꝫ maiorib' gre munerib' ꝓditi sunt. t dignitate excellẽtiores alijs ꝓstituti. Qui vo natura minus subtiles. t sapia minus perspicaces cõditi sunt. minora gre dona habuerũt inferioresqꝫ ꝓstituti sunt sapiẽtia dei equo moderamine cũcta ordinatis. In ipa facultate arbitrij differẽtia animaduertẽda est ſm differentẽ nature virtutẽ t differentem cognitionis t intelligẽtie vim. Et sicut differẽs vigor t subtilitas nature infirmitatẽ nõ adducit. minoraqꝫ cognitõ sapiẽtie ignorantiã non ingerit. sic libertas inferior nullam arbitrio necessitatis volũtatẽ iponit.

Hic dicit differentes erãt in illis

Per similitudinem corporuꝫ ita esse ostendit

Scõm qõ est ꝓsiderãda differentia arbitrij.

Quod nec minor tenuitas infirmitatem nec mior cognitio sapientie ignorantiam nec inferior libertas necessitatẽ inducit.

Que cõmunia t equalia habuerũt ãgeli. c

Et sicut i predictis

angeli differebãt. ita t qdã cõia t eqlia habebãt q spũs erãt. Q idissolubiles t imortales erãt cõmune oib' t eqle erat. In subtilitate vero essentie t intelligentia sapientie

⁊ libertate voluntatis differẽtes erant. Has distinctiones intelligibiles inuisibiliuz naturarum ille solus comp̃hendere potuit et ponderare q̃ tũc cuncta fecit in pondere numero ⁊ mensura.

An boni vel mali iusti vel iniusti creati sint angeli. et an aliqua mora fuerit inter creationem ⁊ lapsuz d

Illud quoqz inuestigatione dignũ videt̃ quod etiã a pluribus queri solet. Utrũ boni vl̃ mali. iusti vl̃ iniusti creati sunt angeli. ⁊ an aliqua mora fuerit inter creationem ⁊ lapsum. vel sine mora in ipso creationis exordio ceciderũt?

Opinio quorundã dicentiũ angelos in malicia creatos. ⁊ sine omni mora ruisse.

Putauerunt enim quidam angelos qui ceciderũt creatos esse malos ⁊ nõ libero arbitrio in maliciam declinasse. sed etiã in malicia a deo factos eẽ. nec aliquã fuisse morã inter creationẽ ⁊ lapsum. sed ab initio apostatasse. alios vero creatos fuisse plene beatos. Qui opinionẽ suam muniunt autoritate Augustini super Geñ. ita dicẽtis. Nõ frustra putari põt ab initio tempis diabolum cecidisse. nec cum sanctis angelis pacatum aliquãdo vixisse ⁊ beatum. sed mox apostatasse. Unde dñs ait. Ille homicida erat ab initio. ⁊ in veritate nõ stetit. vt intelligamus quia in veritate nõ stetit. ex quo creat⁹ est qui staret. si stare voluisset. Idem in eodem. Non frustra inquit putandum est ab ipso initio temporis vel conditionis sue diabolum cecidisse ⁊ nunq̃ in veritate stetisse. Uñ quidã in hanc maliciam libero arbitrio non esse inflexum. sed in hac q̃uis a deo putant eẽ creatum. s̃m illud beati Job. Hoc est inq̃t initium figmenti dei quod fecit de⁹ vt illudat̃ ei ab angelis eius. Et ꝓpheta ait. Draco iste quẽ formasti ad illudendum ei. tanq̃ p̃mo factus sit malus inuidus ⁊ diabolus. nec volũtate deprauatus. His alijsq̃ testimonijs vtunt̃ qui dicunt angelos qui ceciderũt creatos fuisse malos ⁊ sine mora corruisse. eos vero qui ꝑstiterunt ꝑfectos ⁊ beatos fore creatos astruunt autoritate Augustini qui sup̃ Genes. dicit: per celũ significari creaturam spiritualem que ab exordio quo facta est et perfecta et beata ẽ semper.

Aliorum sententia probabilis qui dicunt omnes angelos creatos eẽ bonos. ⁊ aliquã morulã fuisse int̃ creationem ⁊ lapsum. e

Alijs autem videt̃ om̃es angelos creatos esse bonos. ⁊ in ip̃o creationis initio bonos extitisse. i. sine vitõ iustosq̃ fuisse. id ẽ. innocẽtes sed nõ iustos id est virtutum exercitium habẽtes. Nondum em̃ prediti erant virtutibus que stantibus apposite fuerunt in confirmatione ꝑ gratiam. alijs vero per liberũ arbitrium superbientib⁹ ⁊ ideo cadentibus: aliquã etiã fuisse morulam aiunt inter creationem ⁊ lapsum ⁊ confirmationem. ⁊ in illa breuitate temporis om̃es boni erant. non quidem ꝑ vsum liberi arbitrij. sed per creationis bñficium. ⁊ tales erant qui stare poterant. id ẽ. non cadere per bona creationis ⁊ cadere ꝑ liberum arbitriũ. Poterant em̃ peccare et non peccare. sed nõ poterãt ꝓficere ad meritum vite. nisi gratia supadderet̃ que addita est quibusdam in confirmatiõe. Et ad hoc confirmandum vtunt̃ testimonio Augustini. qui sup̃ Genes. dicit angelicaz naturam primo informiter creatam ⁊ celũ dictam. postea formatã ⁊ luce appellatam. qñ ad creatorem est conuersa perfecta dilectione ei inherens. vnde pri⁹ dictũ est. In p̃ncipio creauit de⁹ celum ⁊ terrã. ⁊ postea sb̃ditũ. dixit deus. fiat lux. ⁊ facta est lux. q̃a in p̃mo agit̃ de creatione spiritualis nature informis. postea de formatione eiusdem Ratio quoq̃ obuiat illis qui dicunt angelos creatos fuisse malos. Nõ euim potuit creator optimus auctor mali esse. ⁊ ideo totum bonum erat quod ex ipso illis erat. et totum bonum erat quoniaz est ipso totum erat. Hoc modo probatur q̃ boni erãt omnes angeli quando primo facti sunt. sed ea bonitate. quam natura incipiens accepe/rat.

Aug⁹ ... ritate ... firmãt ...

Ratio ... astruit.

Probationem Augustini contra illos inducit qui dicũt angelos factos malos. verba etiam Job determinat que illi pro se inducebãt

Ideoqz Augu. exterminans opinionē eorū qui angelos creatos fuisse malos putant. autoritate ⁊ ratione ꝓbat bonos fuisse creatos. ⁊ v̄ba p̄missa beati Job. que illi pro se inducebāt qūo sint intelligēda apit dicēs sup Geñ. Omnia inquit fecit deus valde bona. Naturā ergo angelorū bonā fecit. Et qꝛ iniustum ē vt nullo merito hic in aliquo quod creauit deꝰ damnet. nō naturam sed voluntatē malam puniendā esse credendum est. nec eius naturam significatā esse cū dicit̄. hoc ē initium figmenti dei. ⁊c̄. Sed corpus aereū qd̄ tali voluntati aptauit deus: vel ipsam ordinationem dei in qua eum initium etiam fecit vtilem bonis vel ipsius angeli facturaz quia ⁊ si p̄sciret deus volūtate malū futurum: fecit tñ eū ꝓuidens quāta de illo sua bonitate esset facturus. Figmentū ergo d̄i dicit̄. quia cū sciret eū deus volūtate malū futurum vt bonis noceret. creauit tñ illum vt de illo bonis prodesset. hoc autem fecit vt illudat̄ ei. Illudit̄ em̄ ei cum sanctis ꝓficit tēptatio eiꝰ. Sicut ⁊ mali homines q̄s deus malos futuros p̄uidēs: creauit tamē ad sanctorum vtilitatē. illudunt̄: cū prestat̄ sanctis eorum temptatione profectus. Sz ip̄e est initium quia precedit antiquitate et p̄ncipatu malicie. Hec aūt illusio fit angelis malis ⁊ hominibus malis ꝑ angelos scōs. quia subdit eis angelos malos ⁊ homines malos: vt nō q̄tum nitunt̄. sed q̄tum sinūtur possint nocere. Ecce apte ostēdit qualiter predicta v̄ba Job intelligenda sint. et angelicā naturam bonā creatā esse asseruit

Quomodo intelligenda sint verba premissa dñi disserit euidenter tradens angelos esse creatos bonos. et post creationem cecidisse. g

Deinde qualiter v̄ba dñi que supra posuit accipiēda sint Augustinꝰ apit. vbi etiam sua que predixit v̄ba determinat euidēter docēs angelos bonos fuisse creatos. ⁊ post creationem interposita aliqua morula cecidisse ita inquiens Qꝛ putat̄ diabolus nunq̄ in veritate stetisse. nunq̄ beatā vitam duxisse. sed ab initio cecidisse. non sic accipiendū est vt malus a bono deo creatꝰ esse putet̄ quasi ab initio nō cecidisse diceret̄. Non em̄ cecidit si talis scz malꝰ factus est. A quo em̄ caderet? Factus ergo priꝰ statim a veritate se auertit. ꝓpria potestate delectatꝰ. beateq̄ vite dulcedinem nō gustauit. quā acceptam non fastidiuit. sed nolendo accipe amisit. Sui ergo casus p̄scius esse nō potuit. quia sapientia fructꝰ est pietatis. Cōtinuo autem vt factus est cecidit nō ab eo qd̄ accepit. sed ab eo quod acciperet. si deo sb̄di voluisset. Ecce hic apte declarat āgelos bonos creatos fuisse. ⁊ post creationem cecidisse. ⁊ fuit ibi aliqua morula licet breuissima. Quod Origenes confirmat sup Ezech. di. Serpens ē hostis contrarius veritati. non tamē a p̄ncipio nec statim supra pectus ⁊ ventrē suū ambulauit. sicut Adam ⁊ Eua non statim peccauerūt. ita ⁊ ꝑpēs aliqñ fuit nō serpēs cum in paradiso delitiarū moraret̄. deꝰ em̄ maliciam non fecit. Ecce apte dicit post creationem interposita morula cecidisse. Ideoq̄ illa verba sic accipienda vident̄. homicida erat ab initio vel mendax. i. statim post initium qñ sibi equalitatē dei promisit ⁊ se ipsum occidit. qui homo dicit̄ in euāgelio nec in veritate stetit. qꝛ in ea non fuit. sz ab initio tempis. id est. statim post initiū temporis apostatauit. Potest etiam ⁊ sic accipi illud. ab initio homicida fuit vel mēdax id est. ex quo homo fuit conditus quem ꝑ inuidiaz in mortem p̄cipitauit et fallaciter seduxit. Ex predictis ergo liquet angelos bonos omnes esse creatos. ⁊ post creationem quosdam cecidisse a bono: qd̄ habuissent si ꝑstitissent.

Qꝛ triplex fuit sapientia in angelis añ casum vel confirmationē. h

Hic īquiri solet q̄m sapientiam habuerūt ante casum vel cōfirmationē? Erat i eis triplex nat̄al̄ cognitio q̄ sciebāt q̄ facti erāt ⁊ a q̄ facti erāt. ⁊ cū q̄ facti erant. ⁊ habebant aliquā boni ⁊ mali noticiam. intelligentes q̄d appetendū vl̄ respuendū illis foret.

An aliquā dei habuerint dilectionem vel sui inuicem. i

Solet etiam queri vtrū aliquā dei vel sui dilectionem inuicez habuerint? Ad quod dici potest q̄ naturalem dilectionem habebant. vt memoriam ⁊ intellectum ⁊ ingenium qua deū ⁊ se aliq̄tenus diligebant. per quam tñ non merebantur.

Jsta est distinctio .iij. huiꝰ secūdi ibri. In qua magister postꝙ egit de creatione angelorum quo ad cōditiones extrinsecas . incipit agere de eodem quo ad ꝺditiones eoꝝ intrinsecas. Et circa hoc tria facit. Nam primo ostendit conditiones eoꝝ in naturalibꝰ. Secūdo ostendit conditionem eorūꝫ in gratuitis. Tertio facit hoc idem in quibusdam meritorijs. Primum facit a principio distinctiōis vsqꝫ ibi Illud quoqꝫ. Secundū ab inde vsqꝫ ibi. Hic inquiri Tertium vsqꝫ ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribꝰ ꝓpositionibus quarū prima est hec. Angeli in principio sue creationis differenter acceperūt essentie ſsimplicitatem. distinctam subsistendi psonalitatem. intelligēdi pspicacitatem ⁊ arbitrij libertatem. Jstam ꝓpositionem magister probans proponit qꝫ quattuoꝝ sunt circa creationem angelorū considerāda. que in p̄ncipio sue creationis acceperunt. quorum duo. prima ptinent ad eorum substantiam. cuiusmodi sunt essentie eorūꝫ. immaterialis simplicitas. ⁊ distinctiōis eorum psonalis diuersitas. Tertiū vero spectat ad eorum formam. ſ. intelligendi perspicacitas. Quartum vo spectat ad eorum potestatem. ſ. volendi libertas Nec quattuoꝝ oīes angeli in sua creatione acceperūt nō tamen equaliter. sed dispares in his creati fuerūt Unde infert qꝫ sicut differentē naturā in angelis seq̄tur differens cognitio. ita etiam differens gratie collatio. ⁊ differens arbitrij libertas. Secunda propositio est hec. Q angeli nulla malicia cuiuscūqꝫ culpe in sua creatione fuerunt depꝛauati. Hanc propositionem magister probans querit. Utrū angeli creati sunt boni vel mali. ⁊ vtrū aliqua moꝛula inter eorūꝫ creationem ⁊ lapsum extiterit. Ad quas quēstiones simul respondens recitat opinionē quorundam dicētium angelos fuisse creatos malos nec fuisse moꝛā inter eorum creationem ⁊ lapsum. quod confirmat autoꝛitate euāgelij Johis. vbi christus dicit diabolum homicidam fuisse ⁊ in veritate non stetisse. Et autoritate Job. xlij. vbi dicit qꝫ diabolus est initiū figmenti dei ad illudendum ei. Cōfirmāt illud autoꝛitate beati Augustini qua etiam probant angelos qui pstiterunt fuisse creatos perfectos ⁊ beatos. Postea recitat aliam opinionem ⁊ prime contrariā que dicit omnes angelos fuisse creatos bonos ⁊ iustos. quantum ad carentiā mali ⁊ inustitie. sed nō q̄tum ad gratiaꝝ consummatam. Et dicit etiam moꝛam fuisse int̄ creationem ⁊ lapsum. Quā opinionem confirmat autoꝛitate beati Augustini. ⁊ ꝓbat eam ratione que stat in hoc. Q cū deus sit optimus non potest mala creatura per ipsum produci. imo si angelum malum creasset nequaq̄ malum ipsius puniret. Deinde soluit autoꝛitates pro alia opinione allegatas dicens. qꝫ diabolus dicit initium figmenti dei. eo qꝫ deus pꝛouidit qñ ipsum fecit quanta bona de eius malicia pꝛeuenirent. cum ad eius temptationes sancti ꝓficerēt. Similiter dicit ip̄m in veritate non stetisse. quia a veritate cecidit a qua nō cecidisset si in veritate creatꝰ nō fuisset. Dicit etiā ip̄m fuisse homicidaꝫ ab initio quia statim post initium temporis apostatauit. ⁊ seipsum occidit. Uel dicit homicida ab initio conditionis hominis quem ꝑ fallaciam seducēdo occidit. Tertia ꝓpositio est hec. Q spiritus angelici creati moꝛ naturali cognitione sui ⁊ creatoꝛis licet non meritoꝛie erant decoꝛati. Hanc magister probans dicit qꝫ omnes angeli a principio sue creationis cognouerūt deum ⁊ se ⁊ ceteras creaturas. Unde intellexerunt q̄d appetendum ⁊ quid respuendum foꝛet. ⁊ tam bonicꝫ mali noticiam habuerunt. Similiter deum ⁊ se naturali dilectiōe quadā sed nō meritoꝛie dilexerūt. quia radix meriti. ſ. gratia eis adhuc non fuit addita. Et

ta ntum in speciali.

An perfectos ⁊ beatos creauit deꝰ āgelos. an miꝭos ⁊ iperfectos a

Dp Ost hec vi= dendum est vtrū pfectos ⁊ beatos creauit deus angelos: an miseros ⁊ ipfectos: DI

Ad quod dici potest qꝫ nec in beatitudine nec in miseria creati sunt. Miseri em̄ ante pctm̄ esse nō potuerunt. qꝛ ex pctō miseria est. Nā si nō fuisset pctm̄ nulla eēt miseria. Beati quoqꝫ nunq̄ fuerūt illi qui ceciderēt quia sui euentus iguari fuerūt. i. peccati et supplicij futuri. Si em̄ lapsum suū pscieēt aut vitare voluerūt sed nō potuerūt. ⁊ ita erant miseri. aut potuerūt sed noluerūt. et ita erant stulti ⁊ maligni. Jdeoqꝫ dicimus quia nō erāt pꝛescij euentus sui. nec eis data est cognitio eorum. que futura erant super eos. Boni vero ⁊ qui perstiterunt foꝛte sue beatitudinis pꝛescij fuerunt. Unde Augꝰ. sup Geñ. Nūo inquit beatus inter angelos fuit qui futuri peccati atqꝫ suppli/ cij pꝛescius nō fuit. Querit aūt cur nō fuerit: Forte hoc deꝰ reuelare diabolo noluit quid facturus vel passurus esset. Ceteris vero reuelare voluit qꝫ in veritate māsuri essent. His verbis videtur Augꝰ. significare qꝫ angeli qui coꝛruerūt nō fuerūt pꝛescij sui casus. ideoqꝫ beati nō fuerunt. Et qꝫ angeli q̄ pstiterūt beatitudinē sibi affuturā p= sciuerunt. atqꝫ de ea certi in spe extiterunt. vnde quodāmō iam beati erant. Et reuera si fuisset. posset illos dici aliq̄ mō fuisse beatos. alios vero nō. qui nescierunt euentum sunm.

Q nō fu… mali ang… scij sui ca… boni Nō … fuerūt p… futuri bo…

Q opinando hoc dixerit nō asserēdo. ſ. qꝫ angeli qui pstiterunt p̄scij fuerunt futuri boni. b

Bz hoc magis opinando ⁊ querēdo dicit Augꝰ. q̄z asserendo Augu… Uñ ⁊ huic opinioni opponēs ꝓsequent sb= dit. Sz q̄re discernebāt illi a ceteris: Ut deꝰ ist= q̄ ad ip̄os ptinerēt ñ reuelaret. Alijs vo reuelaret. cū nō pꝛius sit ip̄e vltoꝛ q̄z aliquis pctoꝝ. nō em̄ dānat ip̄e inocētes. Hic videt inuere qꝫ nec peccaturis futurū maluꝫ nec pmansuris futurū bonū reuelauerit. Jōqꝫ nec illi qui ceciderūt vnq̄z nec illi q̄ perstiterunt vsqꝫ ad consummationem beati fuerunt. quia beati non poterant esse. si de beatitudine certi non erāt. vel si damnatiōis

Augusti. incerti erãt. Vñ Aug⁹. in eodẽ. Dicere inquit d̃ angelis ꝙ in suo genere beati eẽ pñt damnationis vel salutis incerti. quib⁹ nec spes esset ꝙ mutãdi essent in melius nimia p̃sumptio est. Qũo em̃ beati esse pñt. q̃bus est incerta sua beatitudo.

Summam colligit predictorũ confirmans omnes angelos añ cõfirmationem vel lapsum nõ fuisse beatos nisi per beatitudinez accipiat illum statũ innocentie in quo fuerunt ante casum. c

Ex predictis consequitur ꝙ angeli qui corruerũt nunq̃ beati fuerũt. nisi beatitudinẽ aliquis accipiat illum statum innocentie in quo fuerũt ante pctm̃. Illi vero qui ꝑstiterunt aut suã beatitudinem futurã deo reuelante p̃scierunt. ⁊ ita spei certitudine aliquo modo beati fuerunt vel incerti extiterũt sue beatitudinis ⁊ ita aliter beati nõ fuerunt q̃ reliq̃ qui ceciderunt. Mihi aũt qd̃ posterius dictum est ꝓbabilius videt̃.

Responsio ad id quod querebat̃. an angeli essent creati perfecti aut imꝑfecti. ⁊ dicit̃ ꝙ ꝑfecti fuerunt ꝟm aliquid. ⁊ imperfecti ꝟm aliquid. d

Ad hoc aũt ꝙ querebat̃ vtrum perfecti vel imperfecti fuernit creati. dici potest quia quodammodo ꝑfecti fuerunt. ⁊ quodãmodo alio imperfecti. Nõ em̃ vno modo aliq̃d dicit̃ ꝑfectũ sed pluribus.

Ꝙ tribus modis dicitur perfectuz ꝟm tempus. ꝟm naturã. ⁊ vniuersaliter perfectum. e

Dicitur nanqz perfectum trib⁹ modis. Est em̃ ꝑfectũ ꝟm tꝑs ⁊ ẽ ꝑfectũ ꝟm naturã. ⁊ ẽ vniuersaliter ꝑfectum. Scd̃m tꝑs ꝑfectũ ẽ qd̃ habz q̃cquid tꝑs req̃rit ⁊ cõuenit ꝟm tꝑs haberi. ⁊ hoc modo angeli erãt ꝑfecti añ ꝯfirmationẽ vl̃ lapsum. Scd̃m naturã ꝑfectũ est qd̃ habet quicquid debitũ est. vl̃ expedit nature sue ad glorificationẽ. ⁊ hoc modo ꝑfecti fuert̃ angeli post cõfirmationẽ. ⁊ erũt sancti post resurrectionẽ. Vniuersaliter ⁊ summe perfectum est. cui nihil vnq̃ deest ⁊ a quo vniuersa ꝓueniunt bona. qd̃ est soli⁹ dei. Prima ergo ꝑfectio est nature condite. scd̃a nature glorificate. tertia nature increate.

Predicta breuiter tangit addens quales fuerunt angeli in cõuersione ⁊ auersione. f

Quales fuerũt angeli in creatione ostensum est. boni. s. ⁊ non mali. iusti. id est. innocẽtes ⁊ ꝑfecti quodã modo. Alio v̄o modo imꝑfecti. Beati v̄o non fuerunt vsq̃ ad confirmationem. nisi beatitudo accipiatur vt iam dictum est: ille status innocentie et bonitatis in quo cõditi sunt.

Ista ẽ distinctio. iiij. hui⁹ secundi libri. In qua magister postq̃ egit de conditionibus angelorum quo ad statum inchoationis. Agit de cõditionibus eorum quo ad statum continuationis. Et tria facit ꝟm tres questiones quas mouet Primo em̃ inquirit an angeli fuerunt creati beati vl̃ miseri. Secundo an angeli mali sui lapsus fuerunt prescij. Tertio an omnes fuerunt perfecti creati. Primum facit a principio distinctionis vsq̃ ibi. Queritur autẽ cur Secundum ab inde vsq̃ ibi. Ad hoc autem. Tertiũ vero ab inde vsq̃ ad finem distinctionis. Et tm̃ in generali. In speciali. autem sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Angeli proprie nec beati nec miseri fuerunt creati. Hãc propositionem magister inuestigans proponit primo Vtrum angeli sunt creati beati vel miseri. perfecti vl̃ imꝑfecti. Et respondet ad primum istorum dicens. ꝙ nulli angeli sunt creati miseri vel beati. ꝙ non miseri patet. quia dato ꝙ sic. hoc videt̃ maxime verum esse de malis angelis. sed illi non fuerunt miseri creati. quia non fuerunt creati in peccato. quod quidem peccatum solum miseria consequit̃. ꝙ etiam ipsi demones non fuerunt creati beati. patet ex hoc ꝙ non habuerunt certitudinem sui status nec suum casum p̃sciuerunt. Ꝙ etiam beati angeli non fuerunt creati beati. patet ex hoc ꝙ ante lapsum nulla fuit distinctio bonorum angelorum a malis. ⁊ tam boni q̃ mali fuerunt incerti sui status. licet dicat Aug⁹. bonos suum statum p̃sciuisse. ⁊ non malos. quod tamen magister dicit beatum Augustinum plus dixisse inquirẽdo q̃ asserendo. Ex predictis infero secundam ꝓpositionem que est. Ꝙ angeli videlicet mali suum casum ⁊ boni suam confirmationem non presciuerunt. Patet ista ꝓpositio ex predictis. Tertia ꝓpositio est hec. Ꝙ angeli tam boni q̃ mali ante confirmationem bonorum et lapsum malorum omnem perfectionem pro illo tempore eis congruentem habuerunt. Hanc propositionem probat respondendo ad questionem talem. s. vtrum angeli sint creati perfecti vel imperfecti Pro cuius euidẽtia magister ponit triplicem ꝑfectionem. Quarum prima attendit̃ ꝟm temp⁹

Secunda ſm naturam. Tertia ſm vniuerſalem omniũ bonorum abundantiam. Primã habuerũt omnes angeli mox creati. quia nihil pfectionis conueniebat eis p illo tempe quod nõ habuerũt. Scdam q̃ includit omne illud cui⁹ natura capax eſt nõ habuert mox creati ſed ſtãtes in gra acceperũt illã pfectionez in gratia cõfirmati. Tertiã vo nemo habet nec habere poteſt preter ſolũ deũ. Ex qua diſtinctione magiſter cõcludit angelos quodãmodo fuiſſe pfecte creatos. ſ. quo ad pfectionem tpis illius. z quodãmodo nõ pfectos. ſ. quo ad pfectionem nature. ſed nullo modo pfectos quo ad tertiã pfectionem vniuerſalem que includit omnium bonorum abundantiã. Et tñ in ſpeciali.

De conuerſione z confirmatione ſtantium z auerſione z lapſu cadẽtium. a

DI. V

POſt hec conſideratio adducit inquirere quales effecti ſint. dũ diuideret auerſione z cõuerſione. Poſt creationez nanq̃ mox quidã cõuerſi ſunt ad creatorẽ ſuum quidã auerſi. Cõuerti ad deũ fuit ei charitate adherere. auerti odio hre vel inuidere Inuidie nãq̃ mater eſt ſuperbia. qua voluerunt ſe parificare deo. In cõuerſis quaſi in ſpeculo relucere cepit dei ſapientia qua illuminati ſunt. Auerſi vo excecati ſũt. Et illi quidẽ cõuerſi ſunt z illuminati a deo gra apoſita. Iſti vo ſunt excecati nõ imiſſione malicie ſed deſertione gre a qua deſerti ſũt nõ ita q̃ prius dedita ſubtraheret. ſ. q̃ nũq̃ eſt apoſita vt cõuerterent. Hec ẽ g̃ conuerſio z aũſio qua diuiſi ſunt q̃ natura boni erant. vt ſint alij ſupra illud bonũ per iuſticiam boni. alij illo corrupto per culpam mali. cõuerſio iuſtos fec. z auerſio iuſtos. Utraq̃ fuit volũtatis. z volũtas vtriuſq̃ libertatis.

De libero arbitrio breuiter tangit docens quid ſit. b

Habebant enĩ omnes libez arbitriũ quod eſt libera poteſtas z abilitas volũtatis rõnalis. Poterãt em̃ voluntate eligere qõlibet z rõne iudicare. id eſt diſcernere in quib⁹ cõſtat liberum arbitriũ. nec creati ſunt volẽtes auerti vel cõuerti. ſed abiles ad volendum hoc vel illõ z poſt erectionem ſpontanea volũtate alij elegerunt malum. alij bonum. z ita diſcreuit deus lucem a tenebris. ſicut dic̃ ſcriptura. i. bonos angelos a malis. z lucẽ appellauit die. noctẽ vo tenebras. quia bonos angelos gratia ſua illuminauit. malos vo excecauit.

Poſt creationem aliquid datum eſt ſtantibus per quod conuerterẽtur. nec merito aliquo ſcilz gratia cooperans. c

Bi autez queritur vtrũ poſt creationẽ cõuerſis aliquid collatum ſit p quod cõuerterent. i. diligerẽt deum: Dicimus quia eſt eis collata gratia cooperans ſine qua nõ poteſt pficere rõnalis creatura ad meritũ vite. Cadere em̃ poteſt p ſe. ſed pficere non poteſt ſine gratia adiuuante.

Qua gratia indigebat angelus et qua non. d

Non indigebat angelus gratia p quam iuſtificaret. q⁹ malus nõ erat. ſed qua ad diligendũ deũ pfecte z obediendũ adiuuaret. Operãs quidẽ gratia dicit qua iuſtificat impius. i. de impio fit pius. de malo bonus. Cooperans vero gratia qua iuuat ad beniuolendũ efficacit z deum p omibus diligendũ z ad operandũ bonũ. z ad pſeuerandũ in bono z hmõi de quibus poſtea plenius dicemus. Data eſt ergo angelis qui perſtiterunt cooperãs gratia per quam conuerſi ſunt vt deum pfecte diligerent. Conuerſi ergo ſunt a bono quod habebant non perdito: ad maius bonum quod nõ habebant. z facta eſt iſta cõuerſio p gratiam cooperantem libero arbitrio. que gratia alijs qui ceciderunt apoſita non fuit.

Que ſit g operãs z cooperans

An ſit imputandum illis qui auerſi ſunt. e

Ideoq̃ a quibuſdam dici ſolet nõ eſſe imputandum illis q̃ auerſi ſunt z non conuerſi. quia ſine gratia conuerti non poterant. Sed illa nõ eſt eis data. nec culpa illorum fuit q̃ non eſt data quia in eis nulla culpa adhuc preceſſerat. Ad quod dici pot qm̃ quibus apoſita eſt ipſa gratia non fuit ex meritis eorũ. alioq̃n iaz non eſſet gratia. ſi ex merito qõ eſſet añ gratiam daretur.

Qua culpa gratia nõ est data eis qui ceciderunt. f

Q vero alijs non est data: culpa eorũ fuit. quia cuz stare possent noluerũt quousqz gr̃a apponeret̃. sicut alij ꝑstiterunt donec illis cadentib⁹ ꝑ supbiam eis gratia apposita ẽ. Aperte ḡ cadentiũ culpa in hoc dep̃hendi põt. quia licet sine gr̃a nequirẽt ꝓficere quã nõdũ acceperant. ꝑ id tñ qđ eis collatũ erat in creatiõe poterant nõ cadere. i. stare. quia nihil erat quod ad casum eos cõpelleret. sed sua spõtanea volũtate declinauerũt. qđ si nõ fecissent. quod datum est alijs vtiqz daretur et istis.

Q angeli in ipsa confirmatione beati fuerunt. sed vtrum eam meruerunt per gratiã tunc sibi datã ambiguum est. de hoc enim diuersi diuersa sentiunt. g

Hic q̃ri solet vtruz in ip̃a cõfirmatõe beati fuerint angeli. ⁊ an ipsaz beatitudinẽ aliquo modo meruerint? Q in ip̃a cõfirmatiõe beati fuerunt: plures cõtestant̃ autoritates. ⁊ ideo ꝓ constãti habendũ est. Utrũ vero ꝑ gr̃am tunc sibi datam ipsam beatitudinem meruerunt ambiguum est. Quibusdam em̃ placet q eã meruerunt ꝑ gr̃am quã in confirmatione ꝑceperunt. simulqz in eis meritũ ⁊ p̃mium fuisse dicunt. nec meritũ p̃cessisse premiũ tempore sed causa. Alijs aũt videt̃ q beatitudinem quã receperũt in cõfirmatiõe ꝑ gratiam tuuc appositã nõ meruerunt dicentes tunc nõ fuisse eis collatam gratiam ad merendum sed ad beate viuendum. nec tunc eis datuz esse bonũ quo mererent̃. sed quo feliciter fruerent̃. Q aũt tunc in p̃miũ acceperunt ꝑ obsequia nobis exhibita. ex dei obedientia ⁊ reuerẽtia mereri dicunt. ⁊ ita p̃mium p̃cessit merita. ⁊ hoc mihi magl placere fateor.

Ista est distinctio. v. hui⁹ secundi libri. In qua magister postq̃ egit de angelorum communi creatione. incipit modo agere de eorum cõuersione ⁊ auersione. Et tria facit. Nam primo agit de modo conuersionis ⁊ auersionis. Secundo de gratia supaddita ad actum conuersionis. Tertio de vsu gr̃e. s. de merito confirmationis. Primum facit a p̃ncipio distinctionis vsqz ibi. Si autem querit̃. Secundum ab inde vsqz ibi. Hic queri solet. Tertium ab inde vsqz ad finem distinctionis. Et tm̃ in generali. In speciali sententia magistri stat in trib⁹ ꝓpositionibus quarũ p̃ma est hec. Sicut aliqui angeli ꝑ supbaz auersionem effecti sunt mali ⁊ excecati. ita alij ꝑ charitatiuã cõuersionẽ facti sunt boni ⁊ illuminati. Hãc ꝓpositionem magister probans dicit q quidam angelorum post eorum creationem ad deum conuersi ⁊ sibi ꝑ charitatem adherentes illuminati sunt ꝑ gratiam. Alij v̄o auersi ⁊ deum odio habentes excecati fuerunt. nõ quidem ex malicie immissione sed gratie subtractione. que quidem conuersio iustos fecit et auersio iniustos. Et subdit q tam causa conuersiõis q̃ auersionis fuit libertas arbitrij ꝑ quam quidaz ipsorum bonũ alij vero malum elegerunt. Secunda ꝓpositio est hec. Q boni angeli sua cõuersione gratiam nõ opantem sed cooperantem meruerunt. Hãc magister ꝓbans querit. Utrũ angelis bonis ad hoc vt conuerterent̃ apposita fuit gratia. Et respondet q eis fuit apposita gratia cooperans. sed non opans quia gratia opante que est idem q iustificatio impij nõ indigebant eo q mali non erant. Sed indiguer̃t gratia cooperãte seu ꝓmouente eos ad conuertendum se ad deum. ⁊ hec gratia iuuat ad bonum perficiendum. Et subinfert q q̃uis ipsa gratia cooperãs in potestate cadentiũ angelorũ nõ fuit. tñ imputatur ipsis ad culpam. quia ipsam non recipientes auersi sunt. eo q ipsam habere poterant ⁊ apposita eis fuisset si ꝑstitissent Tertia ꝓpositio est hec. Angeli ꝑ cooperantem gratiam eis in conuersione appositam non antecedenter sed consequenter. beatitudinẽ meruerunt. Hanc magister ꝓbans querit. Utrum angeli boni in ipsa sua confirmatiõe beati fuerũt. ⁊ vtr̃ in ipsa rorum conuersione beatitudinem meruerunt Primum istorum quesitorum magister simplicit̃ concedit. Et circa secundum recitat opiniones dicens quosdam dicere angelos suam beatitudinem in ipsa eorum conuersione ad deum meruisse. ita q meritũ ⁊ p̃mium simul ⁊ semel in eis fuerunt. Alios autem dicit opinantes fuisse q beatitudinem quam in ipsa sum conuersione acceperunt ꝑ obsequia que hominibus p̃stiterunt ⁊ prestant. meruerunt ⁊ merẽtur. ita q p̃mium non p̃cessit meritum. Et istã opinionem videtur magister fouere. Et tm̃ in speciali.

Q de maioribus ⁊ minoribus quidam ceciderunt. inter quos vnus fuit celsior. s. lucifer. a

DI. VI

Preterea sciri oportet. qm̃ sicut de maiorib⁹ ⁊ de minorib⁹ quidã ꝑstiter̃t. ita de vtroqz gradu q̃daz corruerũt. Inter quos vn⁹ fuit om̃ib⁹ alijs cadentib⁹ excellentior. nec int̃stantes aliq̃s eo fuit dignior sicut testimonijs autoritatũ monstrat̃. Ait em̃ Job. Ip̃e p̃ncipium viarũ dei. Et in Ezechiele legit̃. Tu signaculum similitudinis plenus scientia ⁊ ꝑfectione decor⁹ in delitijs paradisi dei fuisti. Qđ Gregorius exponens ait. Quanto in eo sb̃tilior est natura. eo magis in illo imago dei similius insinuatur impressa. Item in Ezechiele legitur. Omnis lapis preciosus

Job
Ezechiel

operimentũ ei⁹.i.om̃is angelus quasi ope
rimentuz eius erat.quia vt dicit Greg⁹.in
aliorum compatiõe ceteris clarior fuit. vñ
vocatus est lucifer.sicut testat̃ Esa .Quõ
inquit cecidisti lucifer qui mane oriebaris.
⁊c̃.qui nõ vnus ordo sed vn⁹ spũs accipiẽ
dus est.qui teste Isidoro postq̃ creatus ẽ
eminentiã nature ⁊ ꝓfunditatẽ scientie sue
ꝑpendens in suũ creatorem suꝑbiuit intm̃
ꝙ etiam deo se equare voluit.vt in Esaia
dicit̃. In celum ascendam suꝑ astra celi .et
exaltabo solium meũ.⁊ ero similis altissi/
mo.Similis quidem deo esse voluit non ꝑ
imitationẽ.s̃ ꝑ equalitatẽ potentie.

Unde ⁊ quo deiectus fuerit meri
to sue suꝑbie. b

Et tante suꝑbie me
rito de celo.i.de empireo in quo cũ alijs fu
erat deiectus ẽ in istũ caliginosum aerez cũ
om̃ibus sue prauitatis cõsortibus. Naz vt
Johes ait in Apocal'.Draco de celo cadẽs
secum traxit tertiã ꝑtem stellarũ.quia luci=
fer ille alijs maior nõ solus cecidit. sed cuz
eo alij multi qui ei in malicia consenserunt
eosq̃ cadẽtes hui⁹ caliginosi aeris habita=
culum recepit. Et hoc ad nr̃am ꝓbationez
factũ est.vt sit nobis exercitationis causa.
Uñ apl'us.Colluctatio est nob̃ adũsus p̃n
cipes ⁊ ptãtes mũdi hui⁹ ⁊ aduersus recto
res tenebrarũ .cõtra spũalia nequicie i cele
stibus.quia demones qui sunt spirituales
⁊ neq̃ in hoc turbulento aere nobis ꝓpin=
quo qd̃ celũ appellat̃ habitãt.Uñ ⁊ diabo=
lus p̃nceps aeris dicit̃.

Qnõ est concessum eis habitare in
celo vel in terra. c

Nõ enim est eis cõ=
cessum habitare in celo.quia clarus loc⁹ est
⁊ amenus.nec in terra nobiscũ ne homies
nimis infestarẽt.Sed iuxta apl'i Petri do
ctrinam in epl'a canonica traditam: in aere
isto caliginoso qui eis quasi carcer vsq̃ ad
tps iudicij deputat⁹ est. Tunc autẽ detru=
dent̃ in baratrũ inferni.s̃m illud. Ite ma=
ledicti in ignem eternũ qui paratus est dia
bolo ⁊ angelis eius.

Qdemones alij alijs presunt ⁊ ha
bent etiam alias prelationes. d

Et sicut ĩter bonos
angelos alij alijs p̃sunt. ita ⁊ inter malos
alij alijs prelati sunt ⁊ alij alijs subiecti.q̃/
diu durat mũdus.angeli angelis. demões
demonibus.hoies hoĩbus presunt. Sz in
futuro oĩs euacuabit̃ p̃latio vt docet apl's.
Habent quoq̃ s̃m modũ scientie maioris
vel minoris p̃lationes alias maiores vl' mi
nores.Quidã em̃ vni ꝓuincie alij vni ho=
mini.aliqui vni vitio presunt. Unde dicit̃
spũs suꝑbie.spũs luxurie.⁊ hmõi.quia de
illo vitio maxime põt homies temptare a q̃
nominat̃ Inde etiã est ꝙ nomine demonis
diuitie vocant̃.s.mãmona. Est em̃ mam=
mon nomen demonis.quo nomine vocan
tur diuitie s̃m syram linguã.Hoc autez nõ
ideo est ꝙ diabol⁹ in ptãte habeat dare vel
auferre diuitias cui velit.sed quia eis vtit̃
ad hominũ temptationẽ ⁊ deceptionem.

An omnes demões sint in hoc ae=
re caliginoso.an aliqui sint in in=
ferno. e

Solet autez queri
vtrũ omnes in isto aere caliginoso sint. an
aliqui iam sint in inferno? Qꝛ in inferno q̃ti
die descendant aliqui demonũ verisimile ẽ
quia animas illuc cruciandas deducunt.⁊
ꝙ illic aliqui semꝑ sint alternatis forte vici
bus.nõ procul est a vero.qui illic animas
detinent atq̃ cruciant.Qꝛ aũt anime malo=
rum illic descendant atq̃ illic puniant̃ . ex
eo constat ꝙ xp̃us ad inferos descendit vt
iustos qui ibi tenebant̃ educeret.Si enim
iusti illuc descendebant.multomagis in iu
sti.⁊ sicut tradit autoritas cũ iustos eduxit
iniquos ibi reliquit.Momordit em̃ ĩfernũ
nõ absorbuit.

Quidam putant luciferum esse in
inferno religatum ex quo tempta=
uit christum ⁊ victus fuit quez di=
cunt primum hominem temptasse
⁊ vicisse. f

De lucifero antem
quidã opinant̃ ꝙ ibi religatus sit ⁊ ad nos
temptandos nũc accessum nõ habeat.qꝛ in
Apocalipsi legit̃ . Cum consummati fu/
erint mille anni .soluetur sathanas de car=
cere suo ⁊ exiet ⁊ seducet gẽtes.quod erit
nouissimo tempore antichristi qñ erit tanta

tribulatio. vt etiã si fieri potest moueantur electi. Quẽ ibi religatum dicũt ab eo ꝑtẽpore quo temptauit christuz in deserto vel in passione ⁊ victus fuit ab eo. Ipsum putãt primũ hoiem temptasse ⁊ vicisse. ⁊ secũdo deũ. sed ab eo victum esse. ⁊ ideo in inferno religatum. Alij aũt putant ex quo cecidit ꝑ peccati sui magnitudine illuc fuisse dimersum.

Q lucifer nõ habet ptãtem quã habebit tempe antichristi g

Sed siue in ifernũ dimersus sit siue nõ. credibile est eum non habere potestatem accedendi ad nos quaz habebit in tempe antichristi. in quo fraudulenter ac violenter opabit. ⁊ ideo forte dicit tunc soluendus. quia tunc dabitur ei potestas a deo temptandi hoies quam modo nõ habet.

Q demões semel victi a sanctis nõ accedũt amplius ad alios. h

Alijs quoqz qui a sanctis iuste ⁊ pudice viuẽtibus vincunt potestas alios temptãdi videt adimi. Ãn Origenes. ꝓputo iquit sane quia sancti repugnãtes aduersus istos incentores ⁊ vincentes minuãt exercitũ demonuz. vel vt ꝙ plurimos eorũ interimãt. nec vltra fas sit illi spiritui qui ab aliquo sancto caste ⁊ pudice viuẽdo victus est impugnare iterũ alium hoiem. Hoc autem putant quidam intelligendũ tm̃ de illo vitio in quo supatus est. vt si de supbia aliquẽ virũ sanctũ temptat ⁊ vincit. vlteriꝰ nõ liceat illi illũ vꝝ alium de supbia temptare.

Ista ẽ distinctio. vj. huiꝰ secundi libri. In qua magister postꝙ tractauit de auersione ⁊ conuersione bonorum ⁊ malorum angelorum. Incipit agere de consequentibus auersionem malorum ꝙtum ad casum localem. Et tria facit. Nam primo determinat de proiectione ipsorum in hunc aerem caliginosum. Secundo de descensu eorum ad infernũ. Tertio de confusione ipsorum cũ vincũt in tẽptationibus hominum. Primum facit a principio distinctionis vsqz ibi. Et sicut inter. Secundum ab inde vsqz ibi. Alijs quoqz. Tertium vero vsqz ad finem distinctionis. Et tm̃ in generali. In speciali aũt sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum ꝑma hec est. Lucifer supremus angelus ⁊ sibi de singulis ordinibus assentientes supbe dei equalitatem appetendo corruerunt. ⁊ in isto caliginoso aere sunt incarcerati. Hanc propositionem magister insinuãs ꝓponit ꝙ angeli peccantes de singulis ordinibus ceciderunt. inter quos primus peccans ⁊ maioris dignitatis credit fuisse lucifer. qui considerans eminentiã sue dignitatis in supbiam elatus est. Et istam sentiaz ꝓbat magister per beatum Grego. Et subdit ꝙ merito ꝓ tanti peccati malicia in hunc caliginosuz aerẽ cum sociis suis est detrusus. Nam locus celestis propter sui claritatem eis non competebat. nec terra nos nimis infestarent. sed sunt in aere caliginoso in signum tenebrarum peccati quod est in eis. ⁊ ob exercitium nostrum vt nos temptent. Post diem vero iudicij simpliciter detrudent in infernum. Secũda ꝓpositio est hec. In malis angelis ⁊ bonis vsqz ad finem mundi sunt ꝑmanentia officia prelationis ⁊ subiectionis. Hanc magister ponens dicit. ꝙ inter angelos tam bonos ꝙ malos vsqz in diem iudicij est ordo prelationis. quia qui maioris sunt scientie inter eos maiorem habent prelationem. ⁊ a tali prelatione qñ ꝙ denominant. vt qui preest vni prouincie dicitur ꝑnceps prouincie. qui vero preest vni homini dicit angelus hominis illius qui vero vni vitio. vtpote quia de illo maxime temptare ꝑmittitur ab illo denominatur. vt aliquos dicimus spiritus supbie. alios ꝝo spiritus luxurie. Postea querit. Utrum aliqui demões sint iam in inferno ꝑm illud Apocal. Cum consũmati fuerint mille anni soluetur sathanas de carcere suo ⁊ exiet ⁊ seducet gentes. vnde dicit aliquos fuisse opinatos ꝙ lucifer temptauit ⁊ vicit primos parentes. Sed postꝙ christum in deserto ⁊ in passione tẽptans extitit victus ⁊ in infernum religatus fuit. Tempore vero antichristi iterum exiturus. Alij autem dicunt ꝙ statim cum peccauit ꝓpter peccati sui magnitudinem in infernum detrusus fuit. ⁊ tempore antichristi dicitur soluendus. quia tunc dabitur ei potestas temptandi quam modo non habet. Tertia propositio est hec. Demones amittunt temptandi facultatem i his vitijs in quibus a sanctis hominibus pudice viuentibus semel fuerit perfecte supati. Hanc propositiõez magister ponens dicit eam forte intelligendam de eodem vitio. ⁊ non simpliciter saltem ꝑm opinionez aliquorum. vt videlicet diabolus victus ab eo quẽ temptabat de luxuria. nunꝙ postea suum victorem de luxuria temptabit. Et tm̃ de sententia huius distinctionis in speciali.

Q boni angeli adeo sunt confirmati per gratiaz vt peccare nõ possint ⁊ mali ita obdurati in malo vt bñ viuere nequeant a

Supra dictum DI VII **est ꝙ angeli qui perstiterũt per** gram̃ confirmati sunt. ⁊ qui ceciderunt a gratia dei deserti sunt. Et boni q̃dem intantum confirmati sunt per gratiam ꝙ peccare nequeunt. Mali vero ꝓ malicia adeo sunt obstinati ꝙ bonam voluntatem habere siue bene velle non valent. et si bonum sit quod aliquando volunt. Volũt em̃ aliquãdo aliquid fieri quod deus vult fieri. ⁊ vtiqz illud bonum est ⁊ iustum fieri. nec tm̃ bona volũtate illud volũt.

Q vtriqz liberum arbitriuz habẽt nec tamen ad vtrumqz flecti pos-

m

sunt. b

Sed cum nec boni peccare possint nec mali bene velle. vel bñ opari. videt q̄ iam nō habeant liberum arbitriū. quia in vtranq; partē flecti non possunt: cū liberū arbitriū ad vtrūq; se habeat

Hiero. Unde Hieronym⁹ in tractatu de prodigo filio dicit. Solus deus est in quē peccatum cadere non potest. cetera cū sint liberi arbitrij in vtrāq; ptem flecti possunt. Hic videtur dicere q̄ oīs creatura in libero arbitrio constituta flecti potest ad bonum ⁊ ad malū. Quod si est. ergo ⁊ boni angeli ⁊ mali ad vtrūq; flecti possunt. ergo ⁊ boni possunt fieri mali ⁊ mali boni. Ad qđ dicimus quia boni tanta gratia cōfirmati sunt vt nequeant fieri mali. ⁊ mali in malicia adeo obdurati sunt vt nō valeant fieri boni. ⁊ tamē vtriq; habent liberū arbitriū. quia ⁊ boni non aliqua cogente necessitate sed propria ac spontanea volūtate p gratiam quidē adiuti. bonum eligunt ⁊ malū respuunt. ⁊ mali similiter spontanea voluntate a gratia destituti bonū vitant ⁊ malū sequunt. ⁊ mali habent liberū arbitrium sed depssum atq; corruptum q̄ surgere ad bonum non valent.

Q̄ boni post cōfirmationē liberius arbitriū habent q̄ ante. c

Boni vero arbitrium habent multo liberius post ꝯfirmationem q̄ ante. Ut em̄ Aug⁹ tradit in ench̄. Nō ideo carēt libero arbitrio quia male vt le nō possunt. multo quippe liberius est arbitrium quod non potest seruire peccato. Neq; culpanda est voluntas. aut volūtas nō est. aut libera dicenda nō est. quia beati esse sic volunt. vt esse miseri nō soluz nolint sed nec prorsus velle possint. Non possunt itaq; boni angeli velle malum vel velle esse miseri. neq; hoc habent ex natura ꝫ ex gratie beneficio. Añ gratie nāq; cōfirmationez potuerunt peccare angeli. ⁊ quidā etiā peccauerunt ⁊ demones facti sunt. Uñ Aug⁹ in lib̄. cōtra maximum. Creaturarum natura celestium mori potuit. quia peccare potuit. Nam angeli peccauerunt ⁊ demones facti sunt. quoz diabolus est princeps ⁊ q̄ nō peccauerunt peccare potuerūt. ⁊ cuicūq; creature rationali p̄statur vt peccare nō

Augusti.

possit. nō est hoc nature ppzie sed dei grē. Ideoq; solus deꝰ est qui nō gratia cuiusq; sed natura sua nō potuit. nec potest nec poterit peccare. Ecce hic insinuatur q̄ angeli ante confirmationem peccare potuerunt. ꝫ post confirmationem nō possunt. ⁊ q̄ potuerunt fuit eis ex libero arbitrio: quod ē eis naturale. Q̄ vero modo nō possunt peccare nō est eis ex natura. id ē. libero arbitrio. sed ex gratia ex qua gratia etiam est vt ipsum liberū arbitrium iaz nō possit peccato seruire.

Q̄ post cōfirmationē angeli nō possunt ex natura peccare sicut ante. nō q̄ debilitatum sit eozum liberū arbitriū sed confirmatū. d

Nō ergo potest cōfirmationem angeli de natura sicut añ peccare potuerunt. non q̄ liberum arbitrium eozum debilitatum sit per gratiam ꝫ ita potius confirmatum vt iam per illud non possit bonus angelus peccare. quod vtriq; nō est ex libero arbitrio. sed ex gratia dei. Q̄ ꝫ Hieronymus ait. Cetera cum sint liberi arbitrij possunt flecti in vtrāq; partem. accipi opoztet ꝫm statū in quo creata sunt. Talis eniz et homo ⁊ angelus creatus est qui ad vtranq; flecti poterat. sed postea boni angeli ita per gratiā sunt confirmati vt peccare non possint. ⁊ mali ita in vitio obdurati vt bene viuere nequeant. Similiter etiaz illud Ysidozi intelligendum est. Angeli mutabiles sunt natura. immutabiles sunt gratia. quia ex natura in primordio sue conditionis mutari potuerunt ad bonuz siue ad malum. sed post per gratiam ita bono addicti sunt vt inde mutari nequeant. Ad ꝫ em̄ repugnat gr̄a: nō natura.

Q̄ angeli mali viuacem sensum non perdiderunt ⁊ quibus modis sciant. e

Et licet mali angeli ita per maliciam sint obdurati viuaci tamē sensu non sunt penitus priuati. Nam vt tradit Ysidozus triplici acumine scientie vigent demones scilicet subtilitate nature. experientia temporum. reuelatione supnoꝝ

ſuſti. ſpirituũ. De hoc etiam Aug⁹. ait. Spirit⁹ mali quedam vero de temporalibus reb⁹ noſcere pmittunt. partim ſbtilitate ſenſus. ptim experientia temporum callidiores p pter tam magnam longitudinem vite. par tim ſanctis angelis quod ipſi ab oĩpoten ti deo diſcunt iuſſu eius ſibi reuelantibus. Aliqñ idẽ nefandi ſpũs ⁊ q̃acturi ſunt ve/ lut diuinãdo p̃dicunt.

Q magice artes virtute ⁊ ſcientia diaboli valent. que virtus ⁊ ſcien tia eſt ei data a deo vel ad falledũ malos. vel ad monẽdũ vel exercẽ dum bonos. f

Quorũ ſcientia at=

q̃ virtute etiam magice artes exercentur. quibus tñ tam ſciẽtia q̃ poteſtas a deo da ta eſt. vel ad fallendum fallaces. vl ad mo nendum fideles. vel ad exercendã p̃oban dam q̃ iuſtorum patientiam. Unde Aug⁹ in lib. iij. de trinitate. Uideo inquit ifirme cogitationi quid poſſit occurrere. cur ſcilz iſta miracula etiam magicis artibus fiant. Nam ⁊ magi pharaonis ſerpentes fecerũt ⁊ alia. ſed illud eſt amplius ammirandum qũo magorum potentia que ſerpentes fa/ cere potuit. vbi ad muſcas minutiſſimas ſcilicet cinifes ventum eſt. oĩno defecit. qua tertia plaga egyptus cedebatur. Ibi certe defecerunt magi dicentes. digit⁹ dei eſt hic. vnde intelligi dat nec ipſos quidez tranſgreſſores ãgelos ⁊ aereas poteſtates in imam iſtam caliginem tanq̃ in ſui gene= ris carcerem ab illius ſublimis etheree pu= ritatis habitatione detruſos. per quos ma gice artes poſſunt quicquid poſſint. nõ au tem aliquid valere poſſunt. niſi data deſu= per poteſtate. Dat aũt vel ad fallendũ fal= laces ſicut in egyptios. ⁊ in ipſos etiã ma= gos data eſt. vt in eorum ſpirituum opati= one viderẽtur ammirãdi a quibus fiebant damnandi. vel ad monendũ fideles ne tale aliquid facere p̃o magno deſiderent. p̃o= pter quod etiam nobis in ſcriptura ſunt p̃= dita. vel ad exercẽdam p̃bandã manifeſtã dãq̃ iuſtorũ patientiã.

Q tranſgreſſoribus angelis nõ ſer uit ad nutum materia rerum viſi= bilium. g

Nec putãdum eſt

iſtis tranſgreſſoribus angelis ad nutũ ſui= re hanc viſibilium rerum materiam ꝑ deo poti⁹ a quo hec p̃tas dat q̃tũ incõmutabi= lis iudicat.

Q non ſunt creatores licet per eos magi ranas ⁊ alia fecerint. ſed ſol⁹ deus. h

Nec ſane creatores ſ

illi mali angeli dicendi ſunt. quia per illos magi ranas ⁊ ſerpentes fecerunt. nõ em̃ ip ſi eas creauerunt. Omniũ quippe rerum q̃ corporaliter viſibiliterq̃ naſcuntur occul/ ta quedam ſemina in corporeis mũdi hui⁹ elementis latent que deus originaliter eis indidit. Ipſe ergo creator eſt oĩm rerũ qui creator eſt inuiſibilium ſeminum. quia que cunq̃ naſcendo ad oculos noſtros exeunt. ex occultis ſeminibus accipiunt progredi= endi hic primordia ⁊ incremẽta debite ma= gnitudinis diſtinctiones q̃ formarũ ab ori= ginalibus (vt ita dicam) regulis ſumunt.

De ſeminib⁹ oĩm corporũ quorum crea tor ipſe ſolus creator eſt

Sicut parentes non dicuntur cre= atores filiorum nec agricole fru= gum. ita nec boni angeli nec mali. ⁊ ſi per eorum miniſterium fiant cre= ature. i

Sicut ergo nec pa=

rentes dicim⁹ creatores hominuz. nec agri colas creatores frugum quãuis eorum ex/ trinſecus adhibitis motibus iſta creanda dei virtus interius operetur. ita non ſoluz malos. ſed nec bonos angelos fas eſt puta re creatores. Sed p̃o ſubtilitate ſui ſenſus ⁊ corporis ſemina iſtarum rerum nobis oc cultiora nouerunt. ⁊ ea per congruas tem= perationes elementorum latenter ſpargũt atq̃ ita ⁊ gignendarum rerum ⁊ acceleran dorum incrementorum p̃ebent occaſiões. Sed nec boni hoc niſi quãtum deus iubet nec mali hoc iniuſte faciunt. niſi quãtum iu ſte ipſe permittit. Nam iniqui malicia vo= luntatem ſuam habet iniuſtam. poteſtatem autem non. niſi iuſte accipit. ſiue ad ſuã pe nam. ſiue ad aliorum. vel penã malorũ vel laudem bonorum.

Iniquus ha= bet a ſe volũ= tatem malam a deo ℣o po= teſtatem iuſte accipit.

Sicut iuſtificationem mentis ita creationem rerum ſolus deus ope ratur. licet creatura extrinſec⁹ ſer= uiat. k

Sicut ergo mentē nostram iustificando formare nō potest nisi deus. predicare autem extrinsecus euangelium etiam homies possunt: nō soluz boni per veritatē sed etiam mali per occasionem. ita creationem rerū visibilium deꝰ interius opatur. Exteriores autē opationes atq; contempationes siue occasiones ab angelis tam bonis q̄ malis vel etiam hominibus adhibent̄. Sed hec ab hominibus tāto difficilius adhibent̄: quātuz eis desunt sensuum subtilitates. ꝛ corporuz mobilitates in membris terrenis ꝛ pigris. Uñ qualibuscūq; angelis vicinas causas ab elemētis contrahere quāto facilius est. tanto mirabiliores in hmōi opibus eorum existunt celeritates. sed nō est creator nisi qui p̄nci paliter ista formar. nec quisq̄ hoc pōt. nisi vnus creator deus. Aliud est em̄ ex intimo ac summo causarum cardine cōdere ac ministrare creaturam. quod facit solus creator deus. Aliud aūt p distributis ab illo viribus ac facultatibus aliquā opationem forinsecus admouere. vt tunc vel tunc. sic vel sic. exeat quod creatur. Ista quippe originaliter ꝛ primordialiter in quadaz textura elementorum cūcta iam creata sunt. sed acceptis oportunitatibus postea ꝓdeunt.

Q̄ angeli mali multa possunt p nature vigorem que non possunt propter bonorum angelorum ꝛ dei ꝓhibitionem. id est. quia nō permittuntur.

Illud quoq; sciendum est q̄ angeli mali quedaz possunt per nature subtilitatem: que tm̄ nō possunt propter dei vel bonorū angelorū ꝓhibitionez id est. quia nō pmittunt̄ illa facere a deo vt̄ ab angelis bonis. possent vtiq; fecisse cinifes qui ranas serpētesq; fecerunt. Quidaz vero nō possunt facere. etiam si pmittātur ab angelis supioribus. quia nō pmittit deꝰ Unde Augꝰ. in lib. iij. de trinitate. Ex ineffabili potētatu dei fit. vt quod possent mali angeli si pmitterent̄: ideo nō possunt. q̄a nō pmittunt̄. Neq; em̄ occurrit alia ratio cur nō poterāt facere cinifes qui ranas serpentesq; fecerūt. nisi quia maioz aderat dominatio ꝓhibentis dei p spiritūsanctum. quod etiam magi confessi sunt dicētes. Digitus dei est hic. Quid aūt p naturam possint. nec possint ꝓpter prohibitionem. ꝛ q̄d p ipsius nature sue conditionē facere nō sinant̄: homini explorare difficile est. imo impossibile. Nouimus hominē posse ambulare. ꝛ neq; hoc posse si nō pmittatur. volare aūt nō posse. etiam si pmittat̄. Sic ꝛ illi angeli quedam possunt facere si pmittant̄ ab angelis potētioribus ex imperio dei. Quedam vero nō possunt etiam si abeis pmittātur. quia ille nō pmittit a quo est illis talis nature modus. qui etiam p angelos suos illa plerumq; non permittit. que concessit vt possint.

Augusti. Quare ñ potuerūt ꝓducere cinifes q̄ ranas ꝛ ꝰpētes fecerunt.

Ista est distinctio. vij. huiꝰ secūdi libri. In q̄ magister postq̄ egit de ptinētibus ad cāsū angelorum localem agit de ptinentibus ad corum casum spiritualem. Et tria facit. Nam primo ostendit qualiter liberum arbitrium etiam post lapsum retinuerunt. Secundo qualiter intellectus viuacitatez post casum non amiserunt. Tertio qualiter oīnia que possent ideo quia deus non permisit implere non potuerunt. Primum facit a principio distinctionis vsq; ibi Et licet mali angeli. Secundum vsq; ibi. Illud quoq; sciendum est. Tertium ab inde vsq; ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Q̄ licet angeli boni in gratia confirmati non possunt peccare. ꝛ mali in malicia obstinati non possunt benefacere. Hoc tm̄ minime aufert alicui arbitrij libertatem. Hanc magister insinuans dicit q̄ nec mali angeli post peccatum possunt benefacere. nec boni post eorum confirmationem possunt peccare. Cōtra quod dictum obijciens dicit q̄ si boni angeli non possunt peccare. ergo non habent arbitrij libertatem. tenet consequentia p dictum beati Hieronymi dicentis q̄ omnis creatura habens liberum arbitrium est vertibilis in bonum ꝛ malum. Cui obiectioni respōdet ꝛ dicit. q̄ q̄uis boni angeli peccare non possunt nō tamen propterea sunt minus liberi. quia non coacte sed libere ꝛ spontanee immutabiliter bonum eligunt. ꝛ hoc ex gratia non a natura. per quod soluit dictum beati Hieronymi dicentis ipsum loqui de libero arbitrio gratia non confirmato. sed precise in sua natura considerato. Et oppositum arguit ꝛ soluit de demonibus. Secūda propositio ē hec. Quauis angeli mali in quibus est naturalis cognitionis p spicacitas aliqua faciunt mirabilia p hoc nō probat̄ eis inesse creandi facultas. Hanc magister probat dicens demones habere triplicem scientiam. s. vnaz ex subtilitate nature. aliam ex tempore ꝛ diuturnitate. tertiam ex bonorum angelorum relatiōe. Et hoc probat autoritate Isidori ꝛ beati Augustini. Et subdit q̄ demonum scientia ꝛ arte fiūt artes magice. do tamen talia permittere volente ad fallēdum fallaces ꝛ mouendum fideles. seu ad exercitandum iustos et probos. In quibus quidem artibus magicis materia rerum visibilium non seruit demonibus ad nutum. sed solum intantum quantum deus permittit. Et infert q̄ q̄uis demones quādoq; aliqua noua ꝛ mirabilia deo permittente operantur seu faciunt. non tamē ꝓpter hoc dicendi sunt creatores. quia illa noua que producunt non nisi ex rerum virtutibus a deo eis inditis quasi ex quibusdam semnibꝰ educunt eo q̄ ad talium productionem nisi instrumentaliter quodāmodo se habent sicut agricole ad produ-

ctionem fructuum. ⁊ predicatores ad illuminationez mentium. Tertia propositio est hec. Demões multo maiora mala ⁊ plura possent facere q̃ faciunt. nisi deus ⁊ angeli boni eos facere talia ꝓhiberẽt. Hanc magister ꝓbat ꝑ hoc q̃ magi pharaonis ita bñ potuissent ministerio demonũ fecisse cinifes sicut fecerunt ranas si deꝰ talia opari nõ ꝓhibuisset. Et tm̃ de sententia in speciali.

Utrũ angeli omnes corporei sint. quod quibusdam visum ẽ quibus Augustinus consentire videt̃ dicens angelos omnes añ casum habuisse corpora tenuia ⁊ spiritualia sed in casu mutata in deterius malorũ corpora. vt in eis possent pati a

DI VIII

Solet etiam in questione versari apud doctos. vtrũ angeli om̃es boni scz ac mali corporei sint. id est. corpora habeant sibi vnita? Quod aliqui putãt innitentes v̄bis Augustini qui dicere videt̃. q̃ angeli omnes ante confirmationem vel lapsum corpora aerea habuerint de puriori ac superiore aeris ꝑte formata. ad faciendũ abilia nõ ad patiendum. ⁊ angelis bonis qui ꝑstiterunt talia sunt obseruata corpora. vt in eis possint facere ⁊ nõ pati. que tãte sunt tenuitatis vt a mortalibus videri nõ valeant. nisi supuestita aliqua grossiori forma. qua assumpta vident̃ depositaq̃ videri desinũt. Angelis v̄o malis mutata sunt in casu corpora in deteriorẽ q̃litatẽ spissioris aeris. Sic̃ em̃ a loco digniori in inferiorem locũ. id est in caliginosum aerẽ deiecti sunt. ita illa corpora tenuia mutata sunt ⁊ trãsformata i deteriora corpa ⁊ spissiora. in quibꝰ pati possent in supiori elemento. id ẽ. ab igne. Et h̄ Augꝰ. sensisse videt̃ sup Genesim ita dicẽs Demones dicunt̃ aerea animalia. qui corporum aereorũ natura vigent. nec per mortem dissoluunt̃. quia preualet in eis elemẽtum aptius ad faciendum q̃ ad patienduz Ad patiendũ em̃ humor ⁊ humus. Ad faciendum aer ⁊ ignis aptitudinem prebẽt. Transgressores vero angeli cum principe suo nũc diabolo tunc archangelo. nõ mirũ si post peccatũ in hanc caliginẽ detrusi sũt. Neq̃ etiã hoc mirũ est si cõuersi sunt ex pena in aereaz qualitatẽ qua possunt ab igne pati. Caliginosa tm̃ aeris tenere tm̃ ꝑmissi sunt qui eis quasi carcer sit vsq̃ ad tempꝰ iudicij. Ecce his verbis videtur Augꝰ. ita tradere q̃ quidam opinant̃ de corporibus angelorum. Hoc aũt eum alij dixisse astruunt nõ ita sentiendo sed opinionem aliorũ referendo. quod ex ipsius verbis dijudicare volunt. quibus ait. Demones dicuntur aerea animalia: nõ ait sunt. ita em̃ quidã dicebant. De habitatione vero caliginosi aeris in quem detrusi sunt nõ opinando. ꝫ rei veritatem asserendo eum tradidisse dicunt quod ipsiꝰ locutionis distinctio ostendit. Dicunt quoq̃ plurimos catholicos tractatores in hoc cõuenisse atq̃ id cõcorditer docuisse q̃ angeli incorporei sint nec corpora habẽt sibi vnita. Assumunt aũt aliquãdo corpa deo preparante. ad impletionem ministerij sui sibi a deo iniuncti. eademq̃ post expletionem deponunt. in quibus corporibus hominibus apparuerũt atq̃ locuti sũt Et aliquãdo quidez locuti sunt ex persona dei sine distinctione alicuiꝰ persone. Aliq̃ndo ex persona patris vel filij siue spiritus sancti.

Ꝗ deus in corporalibus illis antiquis formis apparuit. b

Nec dubitandum est deũ in corpalibus formis apparuisse hominibus. sicut Augꝰ. in scdo libro de trinitate ostendit cõferens diuersa scripture testimonia. ex quibus deum in corporeis figuris hominibꝰ apparuisse probat. ⁊ aliq̃n ex persona dei sine distinctione. aliquando sub distinctione personaruz sermonem eis factum esse.

De perplexa questione quã ponit Augustinus querens an ad exhibendum has corporales apparitiones creatura noua sit formata an angeli qui ante erant missi. et si ipsi missi sunt. vtruz seruata sui spiritualis corporis qualitate aliquã speciem corporalem de corpulentiori materia assumpserint an proprium corpus suuz mutauerint in speciem actioni sue aptam. c

Sed vbi deum hominibus in corporalibus imaginibus apparuisse asserit. perplexam questionem ꝓponit quam nec absoluit querens. vtrum in i

lis corporalibus apparitionibus creatura aliqua crearet ad illud opus tantū in qua deus hominibus appareret. an angeli q̄ aīerant ita mitterent vt manētes in suis spiritalibus corpibus: assumerent ex corpulēta inferiorum elementorū materia aliquā speciem corpalez: quā coaptatam quasi aliq̄m vestem mutarent in quaslibet species corporales veras quidem. an corpus suum ꝓprium verterent in species aptas actionib⁹ suis ꝑ virtutem sibi a deo datam. Ait enim ita Augustinus in tertio libro de trinitate.

Augusti.

Querendū est in illis antiquis corpalibus formis ⁊ visis: vtrum ad hoc opus tm̄ creatura formata sit in qua de⁹ sicut tūc oportuisse indicauit humanis ostēderet aspectibus. an angeli qui iam erāt ita mittebātur vt ex ꝑsona dei loquerent assumentes corporalem speciem de creatura corporea in vsum ministerij sui. aut ipsum corp⁹ suum cui nō subdunt sed subditum regūt mutantes atq; vertentes in species quas vellent accomodatas atq; aptas actionibus suis ꝓm attributam a creatore sibi potentiā. Sz fateor excedere vires intentiōis mee. vtrū angeli manēte spirituali sui corporis qualitate. per hāc occultius opantes assumāt ex inferioribus elemētis corpulētioribus qō sibi coaptatum quasi aliquam vestem mutent ⁊ vertāt in quaslibet species corpales ⁊ ipsas veras. sicut aqua vera in vinū vertā cōuersa est a dño. An ipsa ꝓpria corpora ⁊ sua trāsforment in id quod volunt accomodatum ad id quod agunt. Sed quod horū sit: qm̄ homo sum. nullo experimēto comꝑhendere valeo. sicut angeli qui hoc agunt. Attende lector quia questionē ꝓpositam nō soluit. sed indiscussam reliquit. vtrū angeli qui mittebant seruatis suis ꝓprijs spiritalibus corporibus supuestirētur aliqua corpulentiori specie in qua possent videri an ipsum corpus mutarent ⁊ trāsformarēt in quamcūq; vellēt speciem in qua possent cerni. In quibus verbis videtur Augustinus attestari angelos esse corporeos ac ꝓpria ac spiritualia habere corpora.

Concedendū ē āgelos mitti sed reliq̄ expediri nō sufficite

Q̄ de⁹ in specie q̄ ē de⁹ nunq̄ mortalibus apparuit. d

Ceteruz hec velut nimis ꝓfunda atq; obscura relinquētes: illud indubitāter teneamus. q̄ de⁹ in specie essentie sue nunq̄ mortalib⁹ apparuit. sicut famulo suo moysi dicit. Nō videbit me homo ⁊ viuet. Et in euāgelio Johis legitur. Deum nemo vidit vnq̄. Visibile em̄ quic q̄ nō est quod nō sit mutabile. Jdo substātia siue essentia dei qm̄ nullo modo mutabilis est. nullo modo per seipsam visibilis ē. Proinde illa oīa que patribus visa sunt cum deus illis p̄sentaretur: ꝓ creaturam facta manifestū est. Et si nos latet qūo ea ministris angelis fecerit deus. per angelos tm̄ facta esse dicimus. Audeo ergo fiducialiter dicere nec deum patrē. nec verbum ei⁹. nec spiritū eius qui est vnus de⁹. per id q̄ō est atq; idipsum est vllo modo esse mutabilem. ac ꝑ hoc multomin⁹ esse visibilem.

Vtrū demones intrēt corpora hominū substantialiter. an illabant mētibus hominū e

Illud etiā considerationē dignissimū videtur. vtrū demões siue corporei siue incorporei sint hominum substātialiter intrēt corpora. eorumq; animabus illabant. an ideo intrare dicnatur. quia malicie sue ibi effectum lexercēt dei ꝑmissione oꝑimēdo atq; vexando eas. vel in peccatum ꝓ volūtate sua trahendo? Q̄ in homies introeāt atq; ab eis expulsi exeant. euāgelium apte declarat cōmemorās demonia in quosdam ingressa. ⁊ per christum eiecta. sed vtrum ꝓm substantiam fuerint ingressa an ꝓpter mali effectum dicantur igressa: nō adeo perspicuum est. Beb aūt Gennadius in diffinitionibus ecclesiasticorū dogmatum ait. Demones per energiam opationem nō credim⁹ substātialiter illabi aīe. ꝑ aplicatiōe ⁊ oꝑessiōe vniri Illabi aūt mēti illi soli possibile ē qui creauit. qui natura subsistēs incorpore⁹ capabilis ē sue sacture. Ecce hic videt insinuari q̄ substātialiter nō illabant demões vel introeāt corda hominū. Beda quoq; sup illuz locū actuū apostolorum vbi Petrus ait ananie Cur temptauit sathanas cor tuū: dic̄ Notandum q̄ mētem hominis iuxta substātiam nihil iplere possit nisi creatrix trinitas. quia tm̄modo ꝓm opatiōez ⁊ volūtatis instinctum animā de his que sunt creata implet. Implet vero sathanas cor alicui⁹ nō quidem ingrediens in eum ⁊ in sensum ei⁹ neq; introiens aditum cordis. siquidē potestas hec solius dei est. sed callida ⁊ frau-

Beda

dulenta deceptiõe animã in effectum malicie trahẽs per cogitatiões ⁊ incẽtiua vitiorum quibus plenus est. Impleuit ergo sathanas cor ananie nõ intrãdo. sed malicie sue vires inserẽdo. Idez spiritus immũd⁹ flãma vtutũ ꝺ cordib⁹ fideliũ expulsus. doctoribus veritatis venenum persecutionis infundit. His autoritatibus ostẽdit ꝙ demones nõ substantialiter intrãt corda hominum. sed ꝑpter malicie effectum. de quibus pelli dicuntur. cum nocere non sinuntur.

Jsta est distinctõ. viij. huius secũdi libri. In qua magister postq̃ egit de angelis quo ad eorũ casum l ocalem ⁊ spũalem. agit deis quo ad corporum assumptionem. Et tria circa hoc facit. Nam primo inquirit an angeli habeant corpa sibi vnita. Secundo ostendit qualiter eis habentibus fiat angeli apparitio. Tertio ostendit qualiter opantur circa animas ⁊ corpora nostra. Primum facit a principio distinctionis vsq; ibi. Nec dubitandum est. Secundum vsq; ibi. Illud etiam consideratione. Tertium vero vsq; ad finem distinctionis. Et tm̃ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarũ prima est hec. Angeli nõ sũt corporales ꝙuis corpora sibi assumunt aerea pro explẽdo circa nos aliquo opere ministeriali. Danc propositionem magister probans querit. Utrum angeli sibi habent corpora naturaliter vnita. Et respondet ꝙ quidam opinati sunt eos habere corpora aerea q̃ in demonibus ante peccatum fuerunt subtiliora ⁊ puriora ⁊ impassibilia. post peccatum aũt facta grossiora etiam ab igne corporali passibilia. ⁊ hoc confirmãt autoritate beati Augustini. Alij vero dicunt eos naturaliter fore incorporeos ⁊ btm̃ August inũ allegatũ in contrariũ asserunt magis fuisse locutum inq̃litiue q̃ determinatiue. Et subdit ꝙ licet angeli incorporei assumunt tamen q̃q; corpa. q̃q; visibiliter alíquid opant circa nos. ⁊ post opis completionem illa deponunt. Uñ in talibus corpibus hominibus plurtes apparuerunt ⁊ locuti sunt aliq̃n in ꝑsona patris. aliq̃n in ꝑsona filij. aliquando in persona spiritussancti. Secunda propositio est hec. ꝙ deus aliq̃n in formis corpalibus apparuit. Hanc probat magister autoritate peati Augustiñ. Uñ mouet questionẽ circa hec. s. Utrum deus corpaliter apparens de nouo semp creauit illud corpus in quo apparuit. Et vtrũ angeli corporaliter apparentes. dato ꝙ sint corporei tm̃ in suis corpibus appareant. vel' alia corpora assumant magis grossa ex visibilium rerum materia ⁊ an illam ad placitum in quamlibet transsumant dispositionem. Jstam magister relinquit in solutam Et postea dicit ꝙ diuina essentia nunq̃ potuit nec potest videri vt est. quia omne visibile mutabile est. Cuz ergo essentia dei sit immutabilis. quid aliud superest ꝙ ꝙ sit etiam inuisibilis. Tertia propositio est hec. Spiritus maligni ꝑ quendam effectum pñt q̃q; illabi hominibus. non illapsu essentiali: Hanc magister ꝓbans querit. Utrum demones siue sint corporei siue incorporei intrent substantialiter corpora hominũ vel solum dominantur in malicie effectum. Et respõdens dicit ꝙ solus deus menti humane illabitur. ⁊ ꝙ diabolus ingredi dicit corpa. hoc est solum ꝑ effectũ malicie. quod ꝓbat autoritatib⁹ Gregorij ⁊ Bede q̃ patent in textu. Et tm̃ in speciali.

De ordinũ distinctione qui ⁊ quot sint

q DI. IX

Post predicta ꝑ supest cognoscere de ordinibus angelorũ quid scriptura tradat. Que in plurib⁹ locis nouẽ eẽ ordines ãgelorũ ꝓmulgat. s. angelos. archãgelos. ꝓncipatus: ptãtes. virtutes. dominationes. thronos. cherubin. ⁊ seraphin. Et inuenitũ tur in istis ordinibus tria terna esse. ⁊ in singulis tres ordines. vt trinitatis similitudo in eis insinuet' impressa. Unde Dionysius tres ordines angelorum esse tradit. ternos in singulis ponẽs. Sunt eñ tres superiores. tres. inferiores. tres medij. Supiores Seraphin. cherubin. throni. Medij dña tiones principatus ptãtes. Jnferiores. virtutes. archangeli. angeli. Dionysi⁹.

Quid appellet ordo. ⁊ que sit ratio nominis cuiusq;

b

Hic considerandũ est quid appelletur ordo. Deinde vtruz ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum. Ordo angelorum dicitur multitudo celestiũ spirituum. qui inter se in aliquo munere gratie similantur. sicut ⁊ in naturalium datorum munere conueniunt. Ut verbi gratia. Seraphin dicuntur qui pre alijs ardent charitate. Seraphin enim interpretatur ardens vel succendens. Cherubin q̃ pre alijs in scientia eminent. Cherubin eñ interpretatur plenitudo scientie. Thronus dicitur sedes. Throni autem vocantur (vt beatus Gregorius ait) qui tanta diuinitatis gratia replentur. vt in eis sedeat deus ⁊ per eos iudicia decernat atq; iformet. Dominationes vocãtur qui principatus ⁊ potestates transcendunt. ꝓncipatus dicuntur. qui sibi subiectis que sunt agenda disponũt. eisq; ad explenda diuina mysteria principantur. ꝓtestates nominantur hi qui hoc ceteris potentius in suo ordine acceperunt vt virtutes aduerse eis subiecte eorum refrenentur potestate. ne homines tantum temptare valeant quantum desiderant. Virtutes vocantur illi per quos signa ⁊ miracula frequenter fiunt. Archangeli qui maiora nunciant. Angeli qui minora. Gregorio.

q̄ hec nomina non ꝓpter se sed ꝓpter nos eis data sunt q̄ assumpta sunt a donis gratie q̄ nō habēt singulariter sed excellenter ⁊ a p̄cipuis nominant̄. c

Hec nomīa illis nō

ꝓpter se ꝫ ꝓp̄t nos eis data sunt. Qui em̄ sibi noti sunt cōtemplatione. nobis innotescunt cognominatione. Et nominantur singuli ordines a donis gratiarum. que nō singulariter. sed excellenter data sunt in participatione. In illa em̄ celesti curia vbi plenitudo boni est. licet quedam data sint excellenter. nihil tamē possidet singularit̄. Omnia em̄ in oīb⁹ sunt. nō quidem equalit̄ quia alij alijs sublimius possident. que tamen oēs habent. Cūq; oīa dona gratiarum supiores ordines sublimius ⁊ pfectius pceperint. tamē ex p̄cipuis sortiti sunt vocabula. inferioribus cetera relinquentes ordinibus ad cognominationem. Vt seraphin qui ordo excellentissimus estimat̄. tam dilectionem q̄ cognitionem diuinitatis ⁊ cetera virtutum dona ceteris omnibus sublimius ⁊ perfectius pcepit. ⁊ tamen ab excellentiori dono. id est. a charitate nomē accepit ille superior ordo. Maius em̄ donum est ipsa charitas q̄ scientia. Item maius est scire q̄ iudicare. scientia nāq; informat iudicium. Ideoq; secūdus ordo a secūdo dono. id est. cognitione veritatis appellatus est. s. cherubin. Ita ⁊ de alijs intelligendum est. Assignat̄ ergo excellentia ordinum ꝫm excellentiam donorum. Et tñ sicut Greg⁹. ait illa dona oīb⁹ sunt cōmunia. Oēs em̄ ardent charitate ⁊ scientia pleni sunt. sic ⁊ de alijs. Sed supiores alijs excellentius. vt iam dictū est. ipsa acceperī a quibus ⁊ nominant̄. Unde Greg⁹. In illa summa ciuitate quisq; ordo eius rei censetur nomine. quam plenius accepit in munere.

Questio ex verbis Gregorij orta.

d

Oꝫ oritur hic que-

stio talis. Si quisq; ordo ab illo dono noiatur quod plenius possidet. tunc cherubin i scientia p̄eminet oīb⁹. quia a scientia nominat̄. Sed qui magis diligit pl⁹ cognoscit. Tm̄ em̄ (vt tradit autoritas) cognoscit

ibi quisq; q̄tum diligit. Ita q; seraphin nō solum in charitate sed etiā in scientia p̄eminent. Ideoq; autoritas illa sic videtur intelligenda vt compatio nō referat̄ ad omnes ordines. sed ad quosdā scz inferiores. Ille enim ordo nō plenius seraphin accepit scientiam in munere. sed plenius alijs ordinibus. qui sunt inferiores. Nec nominat̄ ꝗsq; ordo ab oīi re. quā pleni⁹ alijs accepit. sed ab aliqua rerum quas accepit. Uel pōt cōpatio referri nō ad ipsos ordies sed ad alia dona. nec ad oīa alia dona ꝫ ad que dam. Sicut em̄ homines cum plura habeant dona. quedā alijs excellenti⁹ possident Ita forte ⁊ angeli quibusdā muneribꝰ magis pollent. ⁊ alijs quibusdā minus. Expla. li⁹ auctoris. Alia dona nō alia dona.

Utrū ordines ab initio creationis ita distincti fuerint. e

Jam nunc inquíre

re restat. Utrū ⁊ isti ordines a creatiōis initio ita fuerint distincti. q; ita fuerūt distincti a p̄mordio sue cōditionis videt̄ testimonio autoritatis insinuari. que tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine nāq; supiori lucifer ille fuit. quo null⁹ dignior condit⁹ fuit. Apl's etiā p̄ncipat⁹ ⁊ potestates tenebrarū. noīat ostēdēs de ordinibus illis cecidisse. q̄ cū in malis ministeriuz exerceant. nō tñ penit⁹ noīb⁹ ordinū suorū p̄uati sunt. ꝫ non videt̄ illud posse stare. Nō em̄ tūc charitate ardebāt nec sapiētia pollebāt. neq; in eis de⁹ sedebat. Si enīz h̄ habuissent ñ cecidissent. Nō g̃ tūc erāt cherubin vel seraphin vel throni. Ad qō dicimus q; añ casum q̄rūdā nō erāt isti ordines q; nōdū habebāt dona in q̄rum pticipationib⁹ cōueniūt. ꝫ quibusdā cadētib⁹ alijs apposita sunt: eisq; q̄ ceciderūt collata fuissent eadē dona si pstitissent. Jō q; scriptura dicit de singulis ordinib⁹ aliqs cecidisse nō q; fuissent in ordinib⁹ ⁊ postea corruerīt. ꝫ q; si pstitissent eorū aliqui in singulis fuissent ordinib⁹. q̄ ⁊ in nature tenuitate ⁊ i forme pspicacitate differētes grad⁹ habebāt sicut illi q̄ pstiterūt. Alij em̄ vt p̄dixim⁹ supiores. alij inferiores conditi sunt. Superiores q̄ nat̄a magis sbtiles ⁊ sapia magis pspicaces. Inferiores q̄ nat̄a min⁹ sbtiles. ⁊ intelligētia min⁹ pspicaces facti sunt. Has ät inuisibiles differentias inuisibilium. sol⁹ ille ponderare potuit q̄ oīa in numero ⁊ mensura et pondere disposuit. id est. in seipso

Qz añ casum quorūdā fuerint isti ordines q; non habebāt dona que q̄dam cadētib⁹ apposita sunt.

qui est mēsura oīm rei modum prefigens. ⁊ numerus omni rei speciem prebens. ⁊ pondus omnem rem ad stabilitatem trahens. id est. terminans et formans et ordinās omnia.

Utrum omnes angeli eiusdem ordinis sint equales. f

Preterea considerari oportet. vtrū oēs angeli eiusdē ordinis equales sint: Ita esse quibusdaz placuit. sed nō est hoc pbabile nec assertione dignum. quia lucifer qui fuit de collegio superioz ipsis etiam dignioz extitit qui alijs excellentiores creati fuerant. Ex quo percipitur q si pstitisset: in ordine supioꝛi fuisset ⁊ alijs eiusdē ordinis dignioꝛ extitisset. Sicut eīm vn⁹ est ordo apostolorū ⁊ alter martyruz. ⁊ tñ in apostolis alij alijs sunt dignioꝛes. similiter ⁊ in martyrib⁹ alij alijs sunt supioꝛes. ita ⁊ in ordinibus angelorū recte credīt esse.

Per hoc ostendit non omēs eiusdez ordis pares esse

Quomodo dicat scriptura decimum ordinem ex hominibus compleri. cum non sint nisi nouem ordines. g

Notandum etiam q decimus ordo legīt de hominib⁹ restaurandus. Sed cum nō sint nisi nouem ordines. nec plures fuissent etiam si illi qui ceciderūt pstitissent. mouent lectoꝛes qūo scriptura dicat decimū ordinem cōpleri ex hominib⁹? Greg⁹. nāq ait homines assumendos in ordine angelorum. quorum alij assumuntur in ordine supioꝛū qui scz magis ardent charitate. Alij in ordine inferiorum q̄ scz minus perfecti sunt. Ex quo apparet nō esse de hominib⁹ formandum decimum ordinem. tanq̄z nouem sint angeloꝛ ⁊ decim⁹ hominum. sed homines pro q̄litate meritorum statuendos in ordinibus angelorū. Q̄ ergo legitur decim⁹ ordo cōplendus de hominibus. ex tali sensu dictū foꝛe accipi pōt quia de hominib⁹ restaurabīt qđ in angelis lapsuz est. de q̄b⁹ tot coꝛruerunt. vt posset fieri decim⁹ ordo. Propt̄ qđ ap̄ls dicit. restaurari oīa in xp̄o que in celis ⁊ q̄ etiā in terris sunt. q⁹ p xp̄m redemptū est gen⁹ humanū. de quo fit repatio ruine angelice tñ nō min⁹ saluaret hō si angel⁹ nō cecidisset.

q hoies assumunt iuxta numerū istantium non lapsoꝛū. h

Nō enim iuxta numerum eorum qui ceciderunt. sed eorum q̄ pmā serūt hoies ad beatitudinē admittūtur. Añ Greg⁹. Supna illa ciuitas ex angelis et hoib⁹ cōstat. ad quā credim⁹ tātos humani generis ascendere quātos illic contigit angelos remansisse. sicut scriptū est in cantico Deutronomij. Statuit t̄minos populoꝛū iux̄ numerū angelorū dei.

Quidam dicunt fm numerum lapsoꝛum angelorum homines reparandos. i

A quibusdā tamē putāt q⁹ homines reparent iuxta numerū angelorum qui ceciderūt. vt illa celestis ciuitas nec suoꝛū ciuiū numero p̄uet nec maioꝛi copia regnet. Ad Aug⁹. in ench. sentire videt. nō asserens de hoib⁹ plus saluari q̄z coꝛrūit de angelis. sed nō min⁹ ita dicēs Supna hier̄m mater nr̄a ciuitas dei. nulla ciuium suoꝛum numerositate fraudabīt aut vberioꝛe etiam copia fortasse regnabit Neq̄z eīm numerū aut sanctoꝛū hominum aut imūdoꝛū demonū nouim⁹. in quorum locum succedētes filij catholice mr̄is. q̄ sterilis apparebat in terris in ea pace de qua illi ceciderunt sine vllo tp̄is termino pmanebunt. Sz illoꝛū ciuiū numer⁹ siue q̄ ē. siue q̄ fuit. siue q̄ futur⁹ ē: in cōtemplatiōe ei⁹ artificis ē. qui vocat ea q̄ nō sunt tanq̄z ea q̄ sūt Ecce apte dīc nō min⁹ de hoib⁹ saluari q̄z coꝛruit de angelis. s̄ pl⁹ nō asserit.

Ista est distinctio. ix. huius secundi libri. In qua magister post̄q̄ egit de cōmuni angelorum creatione ⁊ bonoꝛum ⁊ malis distinctione. Incipit tractare spāliť de bonoꝛū dignitate ⁊ cōp atiōe Et tria circa hoc facit. Nā p̄mo agit de nūero ordinū ⁊ noīatione. Scōo tractat de eoꝛ distinctiōe. Tertio tractat de coꝛum ex hominib⁹ repatione. Primū fit a p̄ncipio distinctiōis vsq̄z ibi. Jā iquirere restat. Secūdū ab inde vsq̄z ibi. Notādū etiā q⁹ decim⁹. Tertium x̄o vsq̄z ad finem distinctiōis. In spāli sūia mgr̄i stat in trib⁹ ꝓpo. qua. p̄ma ē hec. Nouē sūt chori seu ordines āgeloꝛ in trib⁹ hierarchijs fm dona nominatim distinctoꝛū. Hanc mgr̄ insinuās dicit nouez eē ordines angelorū trib⁹ ternarijs quos hierarchias vocam⁹ distinctos. ita q⁹ q̄libet t̄nar⁹ seu hierarchia tres ꝓtineat ordines. quoꝛū ordinū tres sunt superiores. s. seraphin cherubin ⁊ throni. tres sūt medij scz dñatiōes. p̄ncipat⁹ ⁊ ptātes. tres aūt sunt inferiores vtpote x̄tutes. archāgeli ⁊ angeli. Postea declarat quid sit ordo. Et dicit q⁹ ordo sit m̄l̄titudo spirituum celestium qui inter se in aliquo gratie munere assimulāť. sicut qui in donoꝛū naturalium participa-

tione conueniunt. Sicut exempli gratia seraphin cō
ueniunt in charitatis ardore. cherubin in sciētie ple-
nitudine. ⁊ sic oēs qui sunt eiusdem ordinis conue-
niunt in illo quod illi ordini est proprium. Quod aūt
cui⁹ ꝙ ordini sit proprium ostendit autor in hac. Et sub
dit ꝙ angelis conueniunt nomina non ꝓpter eos sed
ꝓpter nos. vt scz per hmōi nomina nobis innotescāt
Unde singuli ordines nominant a donis gratiarum
in quibus supiores inferiores precellunt. quod sic in
telligendum est. non ꝙ ordinem gratie a quo superi-
or denominatur inferior non habeat. sed ꝙ tam ex-
cellenter ipsam non habeat. vnde supiorem ordinez
seraphin a dono charitatis quod est supmum int̄ do
na nominamus. non ideo quia ille ordo solus illō do
num habeat. sed quia ceteris excellentius illud ha-
bet ⁊ ipsum donum charitatis inter dona gratie pri-
mum locum tenet. ordinem autem sequentium. s. che
rubin a plenitudine scientie dicimus. quia donum sci
entie donum charitatis immediate sequitur in ordi-
ne donorum. Contra istam sententiam magister obij
ciens dicit ex ipsa sequi cherubin esse maioris sciētie
ꝙ seraphin. eo ꝙ cherubin a dono scientie nominat.
Et respondet ꝙ non sequitur. Nam seraphin nō no-
minatur a scientia non obstante ꝙ sit perfectioris sci
entie ꝙ cherubin. eo ꝙ digniori seu perfectiori dono
pollet ꝙ sit scientia. s. dono charitatis. et ergo deno
minari debet ab ipso dono. s. charitatis. ⁊ sic de alijs
angelis. Nam quilibet ordo debet denominari ab il-
lo dono quod in eo pre alijs donis fulget. Secun-
da propositio est hec. Angeli ab initio sue creationis
non erant vt nunc sunt in nouem ordies distincti seu
ordinati. qui ordines ordinant̄ ꝑm dona gratuita Li
cet tamen habuerunt tunc donorum naturalium vt
nunc inequalitatem. Hanc magister probans querit
Utrum ordines angelorum ab initio creationis eor
fuerunt distincti. Et arguit primo ꝙ sic. per hoc ꝙ
angelus primus qui cecidit dicitur supior fuisse. ⁊ ꝙ
hoc ꝙ apostolus dicit aliquos de potestatibus ⁊ prin-
cipatibus demones effectos esse. In oppositum ve-
ro arguitur ꝙ hoc ꝙ ordines denominant̄ a donis gra-
tuitis que nec boni nec mali in principio creatiōis ha
buerunt. Et respondens dicit ꝙ non habuerunt ab
initio suc creationis eorum distinctionem ordinum.
sed habuerunt bene diuersitates donorum naturali
um ꝑm que boni stantes diuersa dona gratie recepe-
runt ⁊ ordinati fuerunt. Et demones dicunt̄ cecidis-
se non ideo. quia ipsi quandoq; ordinati fuerunt. sed
si stetissent ꝑm eorum naturalia dona. ꝙ dona gratie
ad illos ordines ptinenti a pcepissent. ⁊ sic in illos or
dines locati fuissent. Deinde querit. Utrū oēs ange-
li eiusdem ordinis sint equales. Et licet quidam hoc
posuerunt. tñ mgr̄ dicit ꝙ nō. Sz sicut in ordine apo
stolorū aut martyrū quidam alijs sunt digniores. ita
consimiliter in ordine angelorū. Tertia ꝓpositio
est hec. Ad singulares ordines angelorū homies sal
uandi assumunt̄ ꝑm numerū beatorū angelorū. Hāc
mgr̄ ꝓbans querit. Cū non sint nisi nouem ordines
angelorū. quare tunc scriptura dicit decimum ordi-
nem ꝙ hoīes saluandos restaurari. Et rñdet ꝙ nō ꝛō
dicit̄ ꝙ decim⁹ ordo sit vel qñcq; fuerit. sed ꝙ tot ho-
mines saluent̄ ꝙ sunt angeli in vno ordine ⁊ ideo di-
cunt decimum ordinē restaurari Et subdit̄ ꝙ opinio
beati Gregorij est ꝙ tot homines saluent̄ quot ange
li ceciderūt. Opinio aūt beati Augustini est ꝙ tot sal
uentur quot ceciderūt. que aūt. verior sit nō determi
natur. Et tñ in speciali.

An omnes spiritus celestes mittā-
tur. ⁊ ponit duas opiniones ⁊ au-

toritates quibus innitunt̄. a

DI. X

Hec etiaz inue-

stigandū ē. Utrū oēs illi celestes spūs ad exteriora nū cianda mit-
tant̄. Quidā putāt alios in illa multitudie
eē ꝙ foras ꝑ officio exeunt. alios ꝙ int̄ sem
per assistūt. sicut scriptū ē in Daniele. Mi
lia miliū ministrabāt ei. ⁊ decies cētena mi- Dionys⁹.
lia assistebant ei. Item Dionysi⁹ in hierar-
chia ꝙ sacer ꝓncipat⁹ dr̄. de plātiōe spiritu
um ait. Supiora illa agmina ab intimis nū
q̄ recedūt. qm̄ ea ꝙ ꝑmanēt vsum exteriōris
officij nūq̄ hnt. His autoritatib⁹ innitunt̄
ꝙ angelos mitti. nisi inferiores inficiant̄.

Obiectio cōtra illos. b

Quibus obijcitur

qđ Esaias ait. Volauit ad me vn⁹ de sera-
phin. qui ordo supior ē ⁊ excellētior. Jōq;
si de illo ordine mittunt̄. nō ē ambigēdū q̄n
etiā ⁊ de alijs mittant̄. Apls q̄ ait. Oēs
sunt administratorij spirit⁹ in ministerium
missi. His testimonijs asserunt ꝙ dā oēs an
gelos mitti. Nec debet idignū vi deri. si eti
am supiores mittant̄. cū ⁊ ille ꝙ creator est
oīm ad hec inferiora descenderit.

Questio si omnes mittuntur. cur
vn⁹ tātū ordo nomine angelorum
censet̄. c

Hic oritur questio

si oēs mittunt̄ ⁊ nūcij dei existūt. q̄re vnus
tñ inter nouē ordines angelorū nomie cen
set̄. Ad qđ quidā dicūt oēs quidē mitti. sz Rñsio quo-
alios sepi⁹ ⁊ q̄si ex officio iniūcto. ꝙ ꝓprie dam.
angeli vel archangeli noiant̄. Alios vero
rari⁹ mitti. s. maiores cā ex̄ cōem dispēsati-
onē obor ta. ꝙ cū angelorū ministeriū susci-
piūt etiā nomē assumūt. Añ in ps̄. Qui fa
cit angelos suos spūs. q̄ illi q̄ natura spūs
sunt. aliq̄ angeli. i. nūcij fiunt.

Putāt quidā michael gabriel ra-
phael de superiori ordie fuisse ⁊ sūt
noia spirituū ⁊ non ordinū. d

Et putāt illi micha

el gabriel raphael de supiori ordine fuisse.
Michael interp̄tat̄ q̄s vt de⁹. Gabriel for
titudo dei. Raphael medicina dī. Nec sūt
ista noia ordinū sed spirituū. Et dicunt ꝙ-
dam singulū horum vnius ꝓprie ac sin-
gulariter spiritus eē nomen. Alij vo nō vni⁹

singulariter ⁊ determinate. sed nunc huius nunc illius esse nomen. ℔m qualitatē eoꝝ ad quē nunciandā vel gerenda mittuntur. sicut ⁊ demonū quedā nomina sunt que q̄dam putāt eē vni⁹ ꝓpria. Alij vo plurib⁹ cōmunia. Diabol⁹ quippe q̄ grece ita vocatur ⁊ criminator interp̄tat vel deorsuꝝ fluens hebraice dicit sathan. id est. aduersarius. Dicit ⁊ belial. id ē. apostata ⁊ absq; iugo. Dicit etiā leuiathan. i. additamentum eorū. ⁊ alia plura repies nomina. q̄ vel vnius spiritus sunt ꝓpria vel pluribus communia.

Quomodo determinent predictas autoritates que videntur aduersari qui dicunt omnes angelos mitti. e

Qui autez omnes angelos mitti asserūt p̄missas autoritates Danielis scz ⁊ dionysij ita determināt. Dicunt supiora agmina deo assistere. ⁊ ab intimis nunq̄ recedere. nō q̄n alioq̄n mittantur. sed quia rarissime ad exteriora prodeūt neq; tunc ab intimis recedunt. sed dei p̄sentie ⁊ contemplationi semper assistūt. quod etiā faciunt q̄ frequēter mittunt.

Quos alij dicant mitti ⁊ quos dicant non mitti cum determinatione autoritatum que videntur sibi aduersari. f

Alij vo dicūt tres ordines supremos. s. cherubin seraphin ⁊ thronos ita creatori assistere q; ad exteriora nō exeunt. Inferiores aūt tres ad exteriora mitti. Tres vero medios inter vtroſq; consistere nōmodo dignitate vel loco. ℔ etiam officio. qz p̄ceptum diuinū a supioribus accipiunt. ⁊ deferūt ad inferiores. Ideoq; cum supremi medijs ⁊ medij imis atq; hij hominibus p̄ceptum dei nuncient. merito oēs angeli nominari debēt. Et ob id forte apostol⁹ ait. oēs spiritus administratores esse filij ⁊ mitti in ministeriū. Vel p omnes nō singulos ordines sed de inferioribus ordinibus singulos angelos cōplexus est. Illud vo qō Esaias ait p verba Dionysij determināt dicentis. hi spūs qui mittunt̄ pcipiunt horum vocabulum. quorum gerunt officium. Uñ dicūt illū angelū q̄ missus ē ad Esaiā. vt mūdaret ⁊ incēderet labia pphete: fuisse de ordine inferiorū. Sed ſdo dict⁹ ē forte de seraphin. qz veniebat in cendere ⁊ ꝓsūmere delicta Esaie.

Ista est distinctio .x. hui⁹ secundi libri. In qua magister post̄q; egit de compatione angelorū ad se inuicē tractat de compatiōe eorū ad deum. Et tria facit. Nā primo facit de quib⁹ ordinibus sunt angeli qui mittunt̄. Scdo quo diuersa nōia ex p prietatib⁹ sortiunt̄. Tertio qualit̄ missi a diuina contemplatiōe nō excludunt̄. Primū facit a p̄ncipio distinctionis vsq; ibi. Hic ort̄ questio. Scdm ab inde vsq; ibi. Qui aūt oēs. Tertiū vo ab inde vsq; ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali. In speciali sententia magistri stat in trib⁹ ꝓpositionibus quarū p̄ma est hec. Angeli de singulis ordinibus ad extra ad nostrū ministeriū mittunt̄. Hāc ꝓpositionē magr̄ ꝓbās q̄rit primo. Utrū oēs angeli de singulis ordinib⁹ ad exteriora nūciāda mittant̄. Et rñdendo recitat opiniones circa hoc. quarū p̄ma dicit. q; nō omnes mittunt̄. qz supiores sp deo assistunt. Et illa opinio cōfirmat̄ autoritate beati Dionysij ⁊ Danielis q̄bus dicit̄ q; supiora illa agmina ab intimis nunq̄ descendunt. Scda opinio dicit q; oēs mittant̄. qō ꝓbatur p hoc q; seraphin legit̄ missus fuisse ad esaiaz Cū ergo de seraphin q̄ sunt supmi ordinis mittantur videt̄ etiā q; de singulis ordinibus mittant̄. Et cōfirmat̄ p hoc q; filj⁹ dei qui ē supior oīni angelo fuit missus. Scdo p autoritatē apostoli q̄ dicit q; oēs sunt administratorij spūs missi in ministeriū. Deinde obijcit ecōtra opinionē istā dicēs. si oēs mittunt̄ quare tunc nō oēs dicunt̄ angeli. i. nuncij. sed vnus ordo hoc nomen solū sortit̄. Et rñdens ad hoc dicit. q; illi qui sunt de inferiori ordine angeli ꝓprie dicūtur. qz ex ꝓprio eoꝝ officio sepius mittunt̄. Nihilominus tñ ⁊ alij etiam q̄nq; mittunt̄. ⁊ tunc angelorū nomen suscipiunt. ℔m illud ps. Qui facit angelos suos spirit⁹ quia qui naturaliter spiritus sunt quādoq; angeli. i. nuncij fiunt. Et subdit incidentaliter ad hui⁹ secunde opinionis confirmationem q; ista nomina Michael Gabriel Raphael sunt ꝓpria nomina quorundā spirituum a supiori ordine missorum. q̄uis tamē alij dicunt q; sint nomina officiorum. Unde quia Raphael interpretat̄ medicina dei quilibet angelus qui ad medicandum mittitur raphael dici potest. Et sim iliter dicendum est de alijs. Et hoc confirmat per simile in demonibus quibus quedam nomina sunt cōmunia sicut diabolus. sathan ⁊ belial ⁊ similia quorum interpretationem ponit in littera. Nec tamen nomia quandoq; singularibus demonibus ascribuntur specialiter. Postea soluit autoritatem beati Dionysij q̄ p̄ma opinio probatur ⁊ dicit. q; supremi angeli dicuntur assistere. q̄uis raro mittantur. tamen quādo mittuntur a dei p̄sentia non recedunt. sed eius contemplationi eque bene assistunt. quod etiam illi faciunt qui quotidie seu frequenter mittuntur. Ex predictis simul sumptis infero primo q; angeli missi diuersa nomina ℔m varias officiorū ꝓprietates sortiūtur. q̄ ē ꝓpositio scda. Infero scdo q; angeli missi tēpore missiōis ab intimis diuine ꝓtēplatiōis nō excludunt̄ q̄ ē ꝓpositio ktia. Postea mgr̄ ponit tertiā opinionē q̄ dicit q; supiores angeli nūq; mittant̄. i. tres supmi chori sp assistāt. sz q; infimi tres chori sp mittātur. medij aūt chori dicunt̄ assistere ⁊ mitti. inq̄tum mitti accipit̄ ꝓut medij nūciāt inferioribus. i. illuminānt inferiores. Et qz vt sic. supiores medijs nūciāt ⁊ medij infimis. iō supiores dicunt̄ mitti. ⁊ ad illū sensū locut⁹ ē apls dicēs oēs missos ad ministratiōes. Ad autoritatē esaie rñdēdo dicit q; āgel⁹ ad esaiā missus nō fuit ꝓprie de ordine seraphi sz sic denōiat̄ ab effectu ad quē venerat: qz venerat ad iflāmādū cor incēdio amoris dei. Et tm̄ in speciali.

q̄ queq̄ anima habet angelū bonū ad sui custodiā delegatum. ⁊ malum ad exercitium. a

DI. XI

Illud quoq̄ sciendū est q̄ angeli boni deputati sunt ad custodiam hominum. ita vt quisq̄ electorum habeat angelum ad sui profectum atq̄ custodiā specialiter delegatum. Unde in euangelio veritas a pusillorum scandalo prohibens ait Angeli eorum semp vident faciem patris. Angelos dicit eorum esse q̄bus ad custodiam deputati sunt. Sup quem locū Hieronym⁹ tradit. vnāquāq̄ animā ab exordio natiuitatis habere angelū ad sui custodiaz deputatum inquiens ita. Magna dignitas animarū est vt vnaquēq̄ habeat ab ortu natiuitatis in custodiā sui angelum delegatum. Greg⁹. quoq̄ dicit q̄ quisq̄ vnuz bonum angelum sibi ad custodiam deputatum. ⁊ vnū malū ad exercitium habet. Cū eñ oñes angeli boni nostrū bonum velint cōmuniterq̄ saluti omniū studeant. ille tñ qui deputatus est alicui ad custodiam: euz specialiter hortaf ad bonū. sicut legitur de angelo thobie. ⁊ de angelo Petri in actibus apostolorum. Similiter ⁊ mali angeli cum desiderent malum hominū. magis tñ hominē ad malū incitat ⁊ ad nocenduz fortius instat ille qui ad exercitium eius deputatus est.

Hiero.

Grego.

Utrum singulis hominibus singuli angeli an pluribus deputatus sit vnus. b

Volet autem queri. vtrum singuli angeli singulis hominib⁹ an vnus pluribus ad custodiam vel exercitium deputatus sit: Sed cum electi tot sint quot ⁊ boni angeli sunt. plures constat esse oñes simul bonos ⁊ malos homies q̄ boni angeli sint. Et cū tot sint electi quot angeli boni. ⁊ angeli boni plures sint q̄ mali pluresq̄ sint homines mali q̄ boni. non est ambigendum plures esse bonos homines q̄ sint mali angeli. ⁊ plures esse malos homines q̄ sint mali angeli vel boni angeli.

Confirmat vnū angelū pluribus hominib⁹ deputari siue simul siue tēporibus diuersis. c

Ideoq̄ dici oportet vnū eundemq̄ angelum bonū vel malum pluribus hominib⁹ deputari ad custodiam vel exercitium. siue eodez tempore siue diuersis tempibus. Ideo autem dicim⁹ eodem tempe vel diuersis tempibus. quia videt quibusdam q̄ oñes homines q̄ sunt simul in aliquo tempe. singuli singulos angelos habere possunt bonos vel malos. q̄ licet maior sit numerus hominū computatis in vnum oñibus qui fuerunt ⁊ sūt ⁊ futuri sunt q̄ angelorum. tñ quia homies decedentibus hominibus succedunt. Et ideo nunq̄ simul sunt in hac vita. Angeli vero nunq̄ decedunt. sed simul omnes sunt. esse potest vt singuli hominū dum in hac vita sunt singulos habeant angelos bonos vel malos ad sui custodiam vel exercitium destinatos. Ceterū siue ita sit siue nō. nō ē dubitanduz vnūquēq̄ habere angelū sibi deputatum. siue pluribus simul destinat⁹ sit. siue vni singulariter. Necest mirādū vnū angelum pluribus hominib⁹ ad custodiaz deputari. cum vni homini plurium custodia deputef. ita vt eorum quisq̄ suuz dicatur habere dominum vel epiſcopum vl' abbatem.

Utrum angeli proficiāt in merito vel in premio vsq̄ ad iudiciū. d

Preterea illud considerari oportet. Utrū angeli boni in premio vel in merito pficiant vsq̄ ad iudiciū: Q̄ in meritis pficiant atq̄ quotidie magis ac magis mereant quibusdā videtur ex eo quia quotidie hominū vtilitatib⁹ inseruiunt eorūq̄ pfectibus studeant. Quib⁹ etiaz nihilominus videt q̄ ⁊ in pmio proficiant scz in cognitione ⁊ dilectione dei. Licet eñ vt aiunt in confirmatione beatitudinē acceperint eternā atq̄ pfectam. augetur tamen quotidie eorū beatitudo. quia magis ac magis diligunt atq̄ cognoscunt. ⁊ est eoz charitas qua deum ⁊ nos diligunt: ⁊ merituz ⁊ pmiū. Meritum. quia p eam ⁊ obsequia ex ea nobis impensa merent. ⁊ in beatitudine proficiunt. ⁊ ipsa eadem est premium. quia ea beati sunt.

Quibusdā videt q̄ ⁊ in vtroq̄

Autoritatibus confirmant quod dicunt. e

Et q̄ angeli profi-

ciant in cognitiõe ac p̄ b̄ in beatitudine: testimonijs sanctorũ cõfirmãt. Dicit em̃ Esaias ex p̄sona angelorũ christi ascendentis magnificentiã admirantiũ. Quis est iste q̄ venit de edom tinctis vestib⁹ de bosra. Et in p̄s. Quis est iste rex glorie. Ex quib⁹ apparet q̄ mysterium verbi incarnati pleni⁹ cognouerũt angeli post impletionẽ q̄z ante Et sicut in cognitione hui⁹ mysterij profecerunt. ita dicũt eos in deitatis cognitione p̄ficere. Q̄ aũt in hmõi mysterij cognitione p̄fecerint euidenᵗ docet ap̄lus dicẽs. Que sit dispensatio sacrameti absconditi a seculis in deo. vt innotescat multiformis sapiẽtia dei per ecclesiã principib⁹ z p̄tãtibus in celestibus. Sup quem locũ dicit Hiero. angelicas dignitates p̄fatum mysteriũ ad purum nõ intellexisse donec completa est passio christi z apostolorum predicatio p̄ gentes dilatata.

Hiero.

Q̄ in hac sententia videᵗ Augustinus aduersari Hieronymo. f

His autez videtur

cõtradicere Aug⁹. sup eundẽ locum epistole dicens. Non latuit angelos mysteriũ regni celorũ. quod oportuno tempe reuelatum est p̄ salute nostra. Illis ergo a seculis innotuit supra memoratũ mysteriuz. quia oñis creatura nõ ante secula sed a seculis est. Attende lector quia viderũt dissentire in hac sentẽtia illustres doctores. Ideoq̄z vt oñis repugnãtia de medio tollaᵗ predicta verba Haymonem sequẽtes ita determinem⁹. vt illis angelis qui maioris dignitatis sunt. z p̄ quorũ ministeriũ illa nunciata sunt ex pte cognita a seculis fuisse. vtpote familiaribus z nũcijs. Illis vero q̄ minoris dignitatis sunt incognita extitisse dicam⁹. vsq̄z quo impleta sunt z p̄ ecclesiam predicata. z tunc ab oñib⁹ angelis p̄fecte fuerunt cognita. Constat itaq̄z oñes angelos in cognitione diuinorũ mysteriorum p̄m p̄cessum tempis profecisse. Añ nõ incongruenter ipsi dicunt angelorũ scientiã ac beatitudinem augeri vsq̄z ad futurã consummationem quãdo in scientia ac beatitudine ita p̄fectissimi erunt. vt nec augeatur amplius nec minuatur.

Determinatio p̄dictaruz autoritatum

Aliorum opinio qui dicunt angelos in quibusdam predictorũ non profecisse. g

Alij autem dicunt

angelos in confirmatione tanta deitatis dilectione atq̄z noticia fuisse preditos. vt in his vlterius nõ p̄fecerint. nec profecturi sint. Profecerunt tñ in scientia rerum exterior̄ sicut in cognitione sacramẽti incarnationis z hmõi. sed nõ in cõtemplatione deitatis. quia trinitatem in vnitate. atq̄z vnitatẽ in trinitate nõ plenius intelligunt siue intellecturi sunt. q̄z ab ipsa confirmatione perceperunt. Ita etiam dicunt eos in charitate nõ p̄fecisse post cõfirmationẽ. quia eorum charitas postea nõ ẽ aucta. z sic dicunt eos nõ p̄fecisse in meritis. sed hoc q̄tũ ad vim merendi sed nõ q̄tũ ad numerũ meritorum. Plura em̃ bona fecerunt postea que tunc nõ fecerant. sed eorũ charitas ex qua illa p̄cesserunt nõ est aucta ex qua tñ meruerunt anteq̄z ista adderenᵗ q̄tum postea his adiectis. Illud vo qd̄ alij supi⁹ dicũt p̄babilius videᵗ. s. q̄ angeli vsq̄z ad iudiciũ in scientia z alijs p̄ficiant.

Qd̄ sit p̄babilius

Quedã autoritates videnᵗ obuiare p̄babiliori sententie. h

Quibus tamen vi

denᵗ obuiare quorundam autoritatũ vba Ait em̃ Isidorus de sum. bono. Angeli in verbo dei oñia sciunt anteq̄z fiant. sed nec oñes nec oñia p̄fecte angelos scire dixit. z ideo eos in sciẽtia proficere nõ remouit. Grego. Greg⁹. in lib. dialogorum ait. Quid est qd̄ ibi nesciant vbi scientẽ oñia sciũt. Ubi videtur dicere q̄ oñia sciãt angeli z nihil sit quod nesciant. Sed accipiendũ est hoc de his quorũ cognitio btm̃ facit cognitorẽ. vt sunt ea que ad mysteriũ trinitatis z vnitatis p̄tinent.

Ista est distinctio. xj. hui⁹ secundi

libri. In qua magister postq̄ egit de compatione angelorum ad deum tractat de compatione angelorum ad homines. Et tria facit. Nam primo inquirit. an homines angelorum custodiam habeant. Secundo an vnus angelus plures homines custodiat. Tertio an boni angeli etiam meritorie proficiant. Primum facit a principio distinctionis vsq̄z ibi. Solet etiã queri. Secundum ab inde vsq̄z ibi Preterea illud. Tertium vero vsq̄z ad finem distinctionis. Et tñ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Quilibet homo ab initio sue natiuitatis habet angelum malũ ad suum exercitiũ deputatũ. z bonũ ad sui custodiã Hãc propositionem magister probat autoritatibus beati Hieronymi z Gregorij. Et subdit. licet omnes boni angeli bonum nostrum velint z salutem. ille tamen q̄

homini specialiter deputatus ē. specialiter ad bonuz p̄ alijs exhortaī. Similiter licet oīes mali angeli ho minem ad malū exercent ⁊ incitent. magis tñ su⁹ exercitor ad mala ipsum instigat. Secūda ꝓpositio est hec. Stat vnū angelū pluribꝰ hominibꝰ p̄esse simꝫ vel successiue. Hanc mgr̄ ꝓbans querit. Utrū quilibet homo habet suū ꝓp̄riū angelum custodem. aut vnꝰ angelus plures custodiat. Et rñdens dicit q̄ sic̄ vni homini cōmittit̄ custodia multorū. sicut episcopis abbatibꝰ ⁊ p̄rioribus. ita pluriū hominū custodia vel exercitiū cōmittit̄ vni bonorū vel malorū angelorum quā magister suadet sic. quia cuz tot sunt electi quot angeli boni sunt. ⁊ angeli boni sunt plures q̄ mali. ⁊ plures sunt homines mali q̄ boni. nō est ambigēduz plures esse homines bonos q̄ angeli mali sint. ⁊ plures esse homines malos q̄ sint mali angeli vel boni angeli. patet ergo quēlibet malū hoīem nō posse singulariter habere vnū bonū augelum. ⁊ p̄ cōsequens singuli homines tam boni q̄ mali nō habent singulares angelos bonos ad eorū custodiam. vel malos ad exercitium specialiter deputatos. sed vnꝰ bonus angelus custodit plures. ⁊ vnus malus exercitat plures. quod oportet ad minus esse verū ꝑm successionē tempis. in quo homines hominibus succedūt. q̄uis cum hoc stet q̄ singuli homines actualiter existentes singulares habeant angelos ꝑ suo exercitio vel custodia. Tertia ꝓpositio est hec. Q̄ angeli boni in sua beatitudine meritorie proficiunt vsq̄ ad mūdi cōsūmationem. Hanc ꝓbans querit. Utrū boni angeli in merito vel p̄mio proficiant. Et rñdens ꝓponit p̄mo opinionem quorundā dicentium q̄ nō solum proficiant in merito sed etiā in p̄emio scz in cognitiōe et dilectione dei. ita q̄ magis ⁊ magis ipsum cognoscūt ⁊ diligunt. Q̄ autem in cognitione ꝓficiant probat ꝑ hoc q̄ nō plene cognouerunt mysterium incarnationis christi ante passionem ⁊ post apostolorum p̄edicationem. Quod videtur beatus Hieronymus sensisse. Licet beatus Augustinus videtur contrarium dicere. Quorū doctorū magister controuersiam discutiens dicit. q̄ angeli maiores sciuerunt incarnationem christi. etiam anteq̄ fieret. licet tamen nō perfecte. Et minores nō cognouerunt eam. nisi postq̄ facta est. Ex quo concludit q̄ tam maiores q̄ minores in cognitione profecerunt ⁊ ꝓficient in diem iudicij. Postea subdit opinionem aliquorum qui dicunt q̄ in cognitione ⁊ dilectione dei non proficiant. sed solum in quarundā rerum exteriorū cognitione. sicut est incarnatio christi ⁊ similia. Primam aūt opinionē magister approbans soluit autoritates quasdam Isidori ⁊ beati Gregorij. qui videntur dicere angelos i scientia post eorum confirmationem nō ꝓfecisse. affirmantes eos omnia scire. ⁊ dicit q̄ licet sciant omnia non tamen ꝓfecte. vel dicuntur scire omnia ad eorum beatitudinē ꝓtinētia. Et tñ in speciali.

Post consideratione3 de angelis habitā agitur de aliarū rerū creatione. ⁊ p̄cipue de operū sex dierum distinctione. a

DI. XII

Hec de angelice

h

naķ ꝺditōe dicta sufficiāt. Nūc supest de aliarū q̄ rerū creatione. ac p̄cipue de operū sex dierū distinctōe nōnulla in mediū ꝓferre. Cū deꝰ in sapientia sua angelicos cōdidit spiritus. alia etiā

creauit. sic̄ oñdit supra dicta scr̄ptura Gen̄. que dicit in p̄ncipio deū creasse celum. id ē. angelos. ⁊ terram. s. materiā quattuor elementorū adhuc cōfusam ⁊ informē. que a grecis dicta est chaos. ⁊ hec fuit añ omnez diem. Deinde elementa distinxit deꝰ ⁊ species ꝓp̄rias atq̄ distinctas singulis rebus ꝑm genus suū dedit. que nō simul vt q̄busdam sanctorū patrū placuit. sed p interualla temporū ac sex volumina dierū vt alijs visum est formauit.

Q̄ sancti tractatores videntur super hoc q̄si aduersa tradidisse alijs dicentibus omnia simul facta i materia ⁊ forma alijs per iterualla tēporum. b

Quidā nanq3 sanctorum patrum qui verba dei atq̄ archana excellenter scrutati sunt. sup hoc q̄si aduersa scripsisse videnť. Alij quidē tradiderunt omnia simul in materia ⁊ forma fuisse creata. Quod Aug⁹. sensisse videť. Alij vero hoc magis ꝓbauerūt ac asseruerūt. vt p̄ma materia rudis atq̄ informis quattuor elementorū cōmixtionē atq̄ confusionez tenens creata sit. Postmodū vero per interualla sex dierū ex illa materia rerum corporalium genera sint formata ꝑm species ꝓp̄rias. Quā sententiā Greg⁹. Hiero. ⁊ Beda alijq̄ plures cōmendant ac proferunt. Que etiam scripture geneseos: vnde p̄ma hui⁹ rei ad nos manauit cognitio: magis cōgruere videť.

Q̄ō per interualla temporis res corporales cōdite sunt. c

Secundū hanc ita

q̄ traditionē: ordinē atq̄ modū creationis formationisq̄ rerū ī̄spiciamus. Sic̄ supra memoratū est. In p̄ncipio creauit deꝰ celū. id est angelicam naturam sed adhuc informem vt quibusdā placet. Et terram. i. illaz confusam materiā quatuor elementorum. quam noie terre vt Augꝰ. ait contra manicheos. ideo apellauit Moyses. quia terra inter oīa elementa minus est speciosa. ⁊ illa inanis erat ⁊ incomposita ꝓpter oīm elementorū cōmixtionē. Eandē etiā vocat abyssum dicēs. Et tenebre erāt sup faciem abyssi ⁊c. q3 ꝓfusa erat ⁊ cōmixta. specie distincta carens. Eadē etiā materia informis

Augu… Quare… fusa ma… vocetur … abyssus…

cta est aqua sup quã ferebat̃ spũs domi ni. sicut supfert̃ fabricandis rebus voluntas artificis. qꝛ subiacebat bone voluntati creatoris. qđ formãdũ ꝑficiendũqꝫ inchoauerat. qui sicut dñs ⁊ cõditor p̃erat fluitanti ⁊ confuse materie vt distingueret ꝑ spẽs varias qñ vellet ⁊ sicut vellet. Hec ideo dicta est aqua. quia om̃ia que in terra nascũt̃ siue animalia siue arbores vel herbe ⁊ similia ab humore incipiunt formari atqꝫ nutriri. His om̃ibus vocabulis vocata est illa i formis materia. vt res ignota notis vocabulis insinuaret̃ impitioribꝰ ⁊ nõ vno tm̃. Nã si vno tm̃ significaret̃ vocabulo h̃ esse putaret̃ quod cõsueuerãt hoies in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo noibus significata est materia illa cõfusa ⁊ informis. que nulla specie cerni ac tractari poterat. i. nominibꝰ visibiliũ rerũ q̃ inde future erãt ꝓpter infirmitatẽ ꝑuulorũ qui minꝰ idonei sunt inuisibilia cõprehendere. ⁊ tũc erãt tenebre. i. lucis absentia. Nõ em̃ tenebre aliquid sunt. sed ipsa lucis absentia. sicut silentium nõ aliqua res ẽ. sed vbi sonus nõ est. silentiũ dicit̃. Et nuditas nõ aliqua res est ꝫ in copre vbi tegumentũ nõ ẽ. nuditas dr̃. sicut ⁊ inanitas nõ est aliquid sed ianis dr̃ locus esse vbi nõ ẽ corpꝰ. ⁊ inanitas est absentia corporis.

Quo sensu tenebre dicant̃ nõ esse aliquid ⁊ quomodo dicant̃ eẽ aliquid. d

Attende quia hic Augustinus tenebras dicit nõ esse aliquid cum alibi tenebre inter creaturas ponãtur que bñdicunt dñm. Vñ dicit̃. Benedicite lux ⁊ tenebre dño. Ideoqꝫ sciendum est tenebras diuersis modis accipi. s. vel ꝓ lucis absentia. qualiter supra accepit Augꝰ. iux̃ quã acceptionẽ nõ sunt aliquid. Vel ꝓ aere obscurato. siue aeris obscura qualitate. ⁊ ꝫm hoc aliqua res creata sunt. Jõ ḡ dicit tenebras tunc fuisse sup faciẽ abyssi. qꝛ non duꝫ erat lux. que si esset: ⁊ supesset ⁊ supfũderet̃. sed nõdum lucis gratia opus suum deus venustauerat. que postea in p̃mo die formata est.

Duo hic considerãda sunt. quare illa materia confusa sit dicta informis ⁊ vbi ad esse prodijt q̃tumqꝫ in altitudine ascenderit. e

De qua re priusq̃ꝫ tractemus duo nobis discutiẽda occurrũt Primũ quare illa materia ꝯfusa informis dicat̃. an quia om̃i forma caruerit. an propter aliud. Secũdo vbi ad esse prodierit. et q̃tũ in altum ascẽderit. Ad illud ergo qđ p̃mo positũ est breuiter rñdentes dicimꝰ illã primã materiã nõ ideo dictã fore informeꝫ ꝙ nullã om̃ino formã habuerit. quia nõ aliquid corporeũ tale existere potest. qđ nullã habeat formam. sed ideo nõ absurde informem appellari posse dicimꝰ. quia in confusione ⁊ ꝑmixtione quadã subsistẽs nondum pulchrã aptamqꝫ ⁊ distinctã recipet formã qualẽ modo cernimus. Facta est ergo illa materia in forma cõfusionis añ formam dispositionis. In forma confusionis priꝰ omnia corꝑalia materialiter simul ⁊ semel sunt creata. Postmodũ in forma dispositionis sex diebus sunt ordinata. Ecce absolutũ ẽ quod primo in discussione propositũ fuit. scꝫ q̃re illa materia dicat̃ informis.

Ad p̃mũ breuiter rñdet

Hic ad id quod secũdo querebat̃ respondet. f

Nunc supest quod scđo ꝓponebat̃ explicare. vbi scꝫ illa materia substiterit ⁊ q̃tũ in altitudine porrigebat̃. Ad qđ nihil temere asserẽtes dicimus Ꝙ illa p̃ma rerũ omniũ moles qñ creata est ibidẽ ad esse videt̃ prodijsse. vbi nunc formata subsistit. Eratqꝫ terreũ hoc elementũ in vno loco eodem medio subsidẽs ceteris in vna confusione ꝑmixt̃. eisdẽqꝫ circũq̃qꝫ in modo cuiusdam nebule oppressis ita obuolutũ erat vt apparere nõ posset quod fuit. Illa vero tria in vna ꝑmixtione confusa circũquaqꝫ suspẽsa. eousqꝫ in altum porrigebant̃ quousqꝫ nũc sũmitas corporee nature ꝑtingit Et sicut q̃busdã videt̃ vltra locum firmamẽti extendebat̃ illa moles. que in inferiori ꝑte spissior atqꝫ grossior erat In supiori vero rarior ac leuior atqꝫ subtilior existebat. De qua rariori substãtia putant quidã fuisse aquas que sup firmamentum esse dicunt̃. Talis fuit mũdi facies in principio priusq̃ꝫ reciperet formam vel dispositionem.

Ostenso qualis fuit mũdi facies ĩ ipso p̃mordio. incipit ꝓseq̃ operũ sex dierũ distinctionem. g

Nunc supest vt dispositionē illā qualiter pfecta sit ordine prosequamur Sex dieb⁹ sicut docet scriptura geneſis distinxit de⁹. ⁊ in formas redegit prias cūcta; que simul materialiter fecerat. Perfecitq; op⁹ suuz die sexto. ⁊ sic deinde die septimo requieuit ab oīi ope suo. id ē. cessauit nouā creaturā facere. Sex em̄ diebus sex rez genera distinxit. nihilq; postea fecit. qō in aliquo illoz̄ nō cōtineaī. opat⁹ ē tm̄ postea sicut vitas in euāgelio ait. Pat me⁹ opaī vsq; nūc. ⁊ ego operoz illud.

De quattuoz modis diuine operationis. b

Quatuoz enim modis. vt ait Alcuin⁹ sup Geneſ. opaī deus Primo in vbo oia disponēdo. Scōo i materia informi q̄tuoz elemētoz̄ de nihilo eaz creando. vñ. Qui viuit in eternū creauit omnia simul. Omia. s. elementa. vel oīa corpoza materialiter simul creauit. Tertio per opa sex dieruz varias distinxit creaturas. Quarto ex p̄mordialib⁹ seminib⁹ nō incognite oziunt̄ nature. sed note sepi⁹ reformā tur ne pereant.

Ista est distinctō. xij. hui⁹ secundi

libri. In qua magister postq; tractaut de natura pure spūali. s. āgelis. Incipit agere de natura pure corpozali. s. de productione mundi sensibilis. Et tria circa hoc facit. Nam p̄mo ostendit qualiter deus mundum sensibilem primo creauit. Secundo vbi ipsuz p ducens collocauit. Tertio qualiter ipsum distinguēs ordinauit. Primū facit a principio distinctionis vsq; ibi. De q̄ re priusq; tractemus. Scōm ab inde vsq; ibi. Nunc supest. Tertium vsq; ad finem distinctiōis Et tm̄ in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus ppositionibus quarū prima est hec. Deus in principio materiam quatuoz elementoz̄ informem. id est. indistinctam creauit. Hanc ppositionez magister probās pponit q; diuina sapientia simł cū angelica natura materiam in quattuoz elementis cōfusam ⁊ informem pduxit. quam in sex diebus pfecte formauit ⁊ distinxit. Et subdit q; aliqui sancti sez beatus Augustinus ⁊ sui dixerunt oīa simul in materia ⁊ etiam distincta sm̄ formas fuisse producta. Alij vero dixerunt sez beatus Greg⁹. ⁊ Beda q; primo fuit materia rudis atq; informis creata. de qua postmodū p sex dierū interualla res corpales sm̄ p prias species sunt formate. quā opinionem magister approbat ppter plurimoz̄ doctoz̄ sententiā ⁊ sacre scripture autozitatē. Postea dicit q; illa informis materia in p̄ncipio Geñ. vbi eius pductio legit diuerso nomine est vocata. Nominat em̄ primo terra. vt ibi. In principio creauit deus celū ⁊ terram. id est. illaz informē materiam. ⁊ exprimit nomine terre. nō quidem ppter terrestrem substantiam. sed ppter speciositatis carentiam. Secūdo exprimitur ibi nomine

abyssi. ibi cū dicit. ⁊ tenebre erant sup faciem abyssi. ⁊ hoc ppter defectū distinctionis qua distinctiōe carebat. Etiam nominat ibi aqua. cum subdit. Et spiritus dñi ferebat sup aquas. Nam sicut aqua habet multam fluxibilitatem. sic materia illa habet fluxibilitatem ⁊ diuersam potentialitatem ad diuersas formas recipiendas. Dmōi aūt diuersis nominibus fuit materia appellata ne crederetur vnius forme receptiua. si vno nomine fuisset vocata. Ustitatis etiā nominibus est vocata. ppter ruditatez populi cui moyses scripsit ⁊ contulit manuductionem. Et subdit q; etiam in Heū. dicitur sup faciem abyssi. id est illi⁹ nature erant tenebre confuse. id est. lucis absentia. q̄ tenebre nulle res sunt sed tm̄ lucis absentia seu priuatio. Contra quod videtur esse illud Dañ. Benedicite lux ⁊ tenebre dño. vbi tenebre ūter res reales nominant̄. Ad quod respondet q; tenebre qñq; dicunt lucis absentiam. ⁊ sic nihil sunt. qñq; aerem obscurū ⁊ sic sunt aliqua creatura. Secunda propositio ē hec Deus confusam materiam elementoz̄ in eodem loco vbi nunc est creanda collocauit. Hanc ppositionē magister probans dicit adhuc duo de illa materia eē distinguenda. Quoz̄ primum est qūo illa materia dicta sit informis. cum tū oīi forma nō caruit. Ad qō rñdet q; dicitur informis non ppter carentiam omnis forme. sed quia formā confusam habebat ⁊ non distinctam. vel quia formata nō fuit sicut postea formabat. Secūdum est vbi fuerit illa materia creata et tantum spacium occupauit. Et rñdet q; creabatur in illo loco vbi nunc est mundus. ⁊ occupabat spacium cuilibet elementi. ⁊ extendebat etiam sm̄ aliquos vltra locum firmamenti sm̄ q; erat materia illa in p te inferiori spissioz ⁊ grossioz. in pte vero superiori rarioz ⁊ subtilioz. Unde de pte illa rariori aquas q̄ sūt supza firmamentum dicunt esse factas. Tertia ppositio est hec. Deus qui in principio confusam materiā creauit quā in sex diebus pfecte mūdū cōplendo distinxit ⁊ formauit. die septimo ab eius ppagatione cessauit. Hanc em̄ ppositionē magister pbans dicit q; pfecta rerū pductio ⁊ formatio sit expedita in die rum senario. ita q; nihil postmodum est productum. quod in p̄mis creatis aliquo modo nō cōtineret. ⁊ ilia de causa dicit deus septimo die quieuisse. eo q; cessauit nouas creaturas producere. Sed contra hoc obiicit p dictum domini nostri ieſu christi. qui ait patrem suū ⁊ se vsq; modo opari. ergo vt videtur deus nō quieuit ab oīi ope die septimo. Et hoc cōfirmat tali ratione. Si deus die septimo quieuisset ab omni opere. tūc non pduceretur amplius de nouo aliquid in rerum natura. sed hoc est falsum. ergo nō quieuit die septimo. Et q; hoc sit verū patet. Nam quia multa sunt generabilia. nondū tm̄ genita. sed solum in potentia que est ad maximum determinata. ideo in futuro sunt aliqua ad esse specificum in potentia q̄ post ea actualiter erunt. ideo non sunt omnia septimo die diuina virtute creatiua producta. Ad quod respondeos dicit deum quadrupliciter operari ad rerum pductionem. Uno modo eternaliter omnia in verbo disponendo. Secundo temporaliter materiam informem producendo. Tertio modo materiam sex diebus confusam sm̄ species distinguendo. Quarto ex seminibus rebus inditis creata ne pereant reformādo. Et licet deus sm̄ tres primos modos operandi die septimo quieuerat. quo ad quartum modum tm̄ semp opatur. Et de illo intelligi habet dictum christi supius allegatum. Et tm̄ in speciali.

Que fuerit prima distinctiōis operatio. a

DI XIII

p

Prima autē distinctionis operatio fuit formatio lucis. sicut ostendit scriptura Geñ. que cōmemorata rerū informitatate earū dispositionē a luce inchoauit sub dens. Dixit de⁹. fiat lux. ⁊ facta est lux. et diuisit lucē a tenebris. Appellauitq; lucem diem. ⁊ tenebras noctem. Et factum est vespere ⁊ mane dies vnus. Cōgrue mūdi ornatus a luce cepit. vñ cetera q̄ creāda erāt viderent̄.

Qualis fuerit lux illa. corporalis an spūalis. b

Si querit̄ qualis illa lux fuerit corpalis. s. an spūalis? Id respondem⁹ quod legim⁹ traditū. Dicit em̄ Aug⁹. quia lux illa corpalis vel spūalis intelligi potest. Si spūal̄ accipit̄: angelica natura intelligit̄. que prius informis fuit. sed postea formata est. cū ad creatorē cōuersa ei charitate adhesit. Cui⁹ informitatis creatio supius significata est. vbi dictum est. In p̄ncipio creauit deus celū ⁊ terraz. Hic v̄o eiusdem formatio ostendit̄ cum ait. fiat lux ⁊ facta est lux. Hec ergo angelica natura prius tenebre. ⁊ postea lux fuit. quia prius habuit informitatē ⁊ impfectionem. deinde formationis pfectionē. ⁊ ita diuisit deus lucem a tenebris. Nam vt ait Aug⁹. super Geñ. Hui⁹ creature informitas ⁊ ipfectio fuit anteq̄ formaret̄ in amore cōditoris. Formata vero est qñ cōuersa est ad icōmutabile lumen verbi. Si v̄o corpalis fuit lux illa quod vtiq; ꝓbabile est. corp⁹ lucidum fuisse itelligit̄. velut lucida nubes. qd̄ nō de nihilo sed de p̄iacenti materia formaliter factū est vt lux esset. ⁊ vim lucendi haberet. cum qua dies prima exorta est. quia ante lucē nec dies fuit nec lux. licet tempus fuerit.

Augusti. De spūali lu-

ugust.

c de corpa ce

Q lux illa facta ē vbi sol apparet q̄ in aq̄s lucere poterat. c

Si autem querit̄ vbi est facta lux illa. cū abyssus om̄em terre altitudinē tegeret? Dici potest ī illis ptibus facta quas nunc illustrat solis diurna lux. Nec mirū lucem in aquis posse lucere. cum etiā nautarū opatione sepius illustrētur. Qui in ꝓfundū mersi. misso ex ore oleo aquas sibi illustrāt. que multo rariores fuerunt in principio q̄ modo sunt. quia nondum cōgregate fuerant in vno loco. Facta ergo lux illa. vicem ⁊ locuz solis tenebat. q̄ motu suo circūagitata noctē diemq; discernebat. Ibi ergo primū lucem apparuisse verisimile est: vbi sol quotidiano cursu circūuectus apparet. vt eodē tramite lux circumcurrens. ac primo ad occasum descendens vespam faceret. deinde reuocata ad ortum auroram. i. mane illustraret. ⁊ ita diuisit deus lucē ⁊ tenebras. ⁊ appellauit lucem diē. ⁊ tenebras noctem.

Q dies diuersis mōis accipit̄. d

Hic notandum ē q dies diuersis modis accipitur in scriptura Dicit̄ em̄ dies lux illa que illo triduo tenebras illuminabat. ⁊ dicit̄ dies illuminatio ipsa aeris. Dr̄ etiam dies spaciū vigintiq̄tuor horarū. qualiter accipit̄ cū dicit̄. Factum est vespe ⁊ mane dies vnus. Qd̄ ita distinguendum est. factū est vespere prius. ⁊ postea mane. ⁊ ita fuit dies vnus expletus vigintiquatuor horarū. Dies scz naturalis. q̄ habuit vespam sed nō mane. Mane em̄ dicit̄ finis precedentis ⁊ initiū sequētis diei. quod est aurora: que nec plenā lucem nec om̄ino tenebras habet. Mane ergo primus dies nō habuit. quia nec dies p̄cesserat qui sequētis diei initio terminaret̄ ⁊ eo p̄cipue: quia luce apparēte. mox sup terram plenus atq; preclarus dies extitit. qui nō ab aurora. sed a plena luce inchoauit. et mane sequentis diei consummatus ē. Vñ Beda super Genesim. Decebat vt dies a luce inciperet. ⁊ in mane sequentis diei tēderet. vt opera dei a luce inchoasse. ⁊ in lucem cōpleta esse significarent̄. Reliqui autem dies mane habuerunt ⁊ vespaz. Quorū q̄sq; a suo mane incipiens. vsq; ad alterius diei mane tendebat̄.

Qualit̄ distīgui debeat i lud. Et fem̄ ē vespe ⁊ mane dies vnus

Beda

De naturali ordine cōputationis dierum. ⁊ de illo qui pro mysterio introductus est. e

Hic ē naturalis ordo distinctionis dierum vt distinguantur

atq; cōputēt dies a mãe vsq; ad mane Postea vero in mysterio factum est vt dies cōputētur a vespa in vesperam. ⁊ adiũgatur dies precedenti nocti in computatione. cuz iuxta naturalem ordinem precedēs dies sequēti nocti adiũgi debeat. quia homo a luce per peccatũ corruit in tenebras ignorantie ⁊ peccatorum. deinde per christum a tenebris ad lucem redijt. Unde apostolus. Eramus aliqñ tenebre. nunc aũt lux a dño Primus itaq; dies nō ab aurora sed a plena luce incipiens. ⁊ post vespam paulatim occidente luce excipiens mane sequēt diei expletus ē. Uñ Beda. Occidēte luce paulatim ⁊ post spacium diurne longitudinis: inferiores ptes subeunte: factum est vespere. sicut nunc vsitato cursu solis fieri solet. Factum est aũt mane eadem sup terram redeunte. ⁊ alium diem inchoante. ⁊ dies expletus est vnus vigintiquatuor horarum. Fuitq; nox illo triduo omino tenebrosa. q̄ post creata sidera aliq̄ luce claruit.

Beda

Cur sol factus est si lux illa sufficiebat. f

Solet autem queri. quare factus est sol. si lux illa faciēd diei sufficiebat? Ad quod dici pōt. qm̄ lux illa forte supiores ptes illustrabat. ⁊ ad illuminationem inferiorũ solem fieri oportebat. Uel potius ido. quia facto sole diei fulgur auctus est. Ampliori em̄ multo luce radiauit dies postea q̄ ante. Si aũt queritur q̄d de luce illa factum sit cum modo nō appareat? Potest dici aut de ea corpus solis formatum. aut in ea pte celi esse in qua sol est. nō q̄ ipsa sit sol. sed sic est ei vnita vt discerni nō valeat.

Qũo accipiendum sit illud. dixit deus. an sono vocis id deꝰ dixerit an aliter. g

Preterea iuestigãdum est qũo accipiendum sit quod ait. dixit deus. Utrũ temporaliter. vel sono vocis illud dixerit. an alio modo? Augꝰ. sup Geñ. tradit nec temporaliter nec sono vocis deum locutum fuisse. quia si temporaliter: ⁊ mutabiliter. ⁊ si corporaliter dicatur sonuisse vox dei. nec lingua erat qua loqueretur. nec erat quem oporteret audire ⁊ intelligere. Bene ergo vox dei ad naturaz v̄

Augusti.

bi per quod om̄ia facta sunt refert. Dixit ergo deus fiat. ⁊c. nō tempaliter. non sono vocis. sed in verbo sibi coeterno. id est. verbum genuit intemporaliter in quo erat. et disposuit ab eterno vt fieret in tempe ⁊ i eo factum est.

Qũo accipiendum sit qd̄ dicit pater operari in filio vel per filiũ. vel in spũsancto. h

Hic q̄ri solet quomodo accipiendum sit quod dicit pat opari in filio. vel p filiuz. vel in spũscō? Hoc em̄ scriptura frequēter nobis pponit. vt Omnia in sapiētia fecisti dñe. id ē. in filio. ⁊ In principio. id est. in filio creauit deus celum ⁊ terram. Et illud. Per quem fecit ⁊ secula. Sup illuz quoq; psalmi locum. Uerbo dñi celi firmati sunt ⁊c. dicit Augꝰ. q̄ pater opatur p verbuz suum ⁊ spm̄sanctũ. Quomodo ergo hoc accipiēdũ est? Putauerũt quidam heretici q̄ pater velut auctor ⁊ artifex filio ⁊ spũsancto in rerum opatione q̄i instrumento vteret. Ex p̄dictis verbis errandi occasionē sumētes. quod velut blasphemum atq; sane doctrine aduersum abijcit pia fides. Nō est itaq; intelligendum iō scripturam frequenter cōmemorare patrez operari in filio vel p filiuz: tanq̄ filius non posset facere: si ei nō porrexisset pat dexteram. vel tanq̄ aliquod instrumentũ fuerit patris opantis. sed potius illis verbis patrem intelligi voluit cũ filio ⁊ spũscō opari ⁊ sine eis nihil facere.

Hic a quo s cat pr filio

Contra hanc expositionem surgit hereticus. i

Sed dicit hereticꝰ hac ratione hoc posse dixisse filium opari p patrem vel in patre ⁊ spiritumsanctum cũ vtroq; vel per vtrũq;. quia filius cum patre ⁊ spiritussanctus cum vtroq; operatur Cui breuiter respondetur. Ideo illud dcm̄ esse ⁊ non istud. vt in patre monstraret autoritas. Non enim pater a filio. sed filius a patre operatur. ⁊ spiritussanctus ab vtroq;. Ideoq; etiam filius per spiritumsanctũ legitur operari. quia cuz spiritusancto operatur hocipsum a filio habenti vt operetur.

Alia predictorum expositio k

Potest et aliter illud accipi: vt dicat pater in filio vel p filium opari. quia eũ genuit omniũ opificẽ. sic dicitur pater p eum iudicare. q genuit iudicem. ita t p spm̃sctm̃ dicit opari siue pater siue filius. quia ab vtroq; pcedit spũssan/ctus factor omniũ. Unde Joh. Chryſ. in expoſitione epiſtole ad Heb. ſic ait. Nõ vt hereticus inaniter ſuſpicat tanq; aliqd inſtrumentũ patris extiterit filij neq; p eũ pr̃ dicit feciſſe tanq; ipſe facere nõ poſſet. ſed ſicut dicit pater iudicare p filiũ. quia iudicem genuit. ſic etiã dicit opari p filiũ. quia eum cõſtat opificem genuiſſe. Si em̃ cauſa eius pater eſt: ſm q pater eſt. multo amplius eorũ cauſa eſt q̃ p filiũ facta ſunt. Hec de ope prime diei dicta ſunt.

Johãnes. Chryſ.

Iſta ẽ diſtinctio. xiij. hui⁹ ſecũdi libri. In qua magiſter poſtq; egit de ope creationis quod factũ eſt añ oñem diem. agit de ope diſtinctionis qđ factũ eſt in primo die. ſ. de lucis pductione. Et tria facit. Nã primo agit de lucis actuali pductione. Secũdo de pducẽtis locutiõe. Tertio de cuiuſdam ppoſitionis expoſitione. Primum facit a p̃ncipio diſtinctionis vſq; ibi. Preterea inueſtigandum. Scõm ab inde vſq; ibi. Hic queri ſolet. Tertius vſq; ad finẽ diſtinctionis. In ſpeciali ſententia mgri ſtat i tribus ppoſitionibus quarũ p̃ma eſt hec. De⁹ prima die fecit lucem diſtinguendo tempus in diẽ t noctem. Hanc mgr̃ pbans ponit. q primũ a quo omnium rerũ principiũ incepit fuit lux. t hoc cõgrue q lux cetera habet manifeſtare. Circa qđ vlterꝰ mouet tres queſtiones quarũ prima eſt. Utrũ lux illa prima die diſtincta vel pducta fuerit corpalis vel ſpũalis. Et reſpondet q vtroq; modo accipi pot. Si aũt accipiat p luce ſpũali. tunc ſignificat formationẽ angelice nature p gratiam gratũ facientẽ. que vt ſupra dictum eſt quodãmodo ſub noĩe celi fuit producta. Si aũt p luce corpali accipiat tunc ſupponit pro aliqua nubecula lucida de p̃iacenti materia formata t pducta. Tunc ſeda queſtio eſt. Ubi facta fuerit lux illa. Et rñdet q ibi vbi ſol tam mouet. imo lux illa vicẽ ſolis in tribus primis dieb⁹ tenẽs motu ſuo diẽ t noctẽ faciebat. nec ab aquis impediebat ne luceret. ppter raritatem aquarũ tunc vñ t nunc q̃ p olei im̃iſſionẽ aqua rarificat quodãmodo illuſtrat. quare naute in pfundo maris ſe immergẽtes mittunt ex ore ſuo oleum ad centrum. ſeu profundum maris. t ſic aque clariores fiunt. Et ſubdit ibideem q dies poteſt accipi diuerſimode. ſ. vel p ipſa luce. que in illo triduo tenebras illuminabat. vel p ipſa illuminatione aeris. vel p ſpacio viginti quatuor horarũ. Tertia queſtio eſt. Quare ſol factus eſt quarto die ſi lux illa prima die pducta ſufficiebat ad dies faciendũ. Et rñdet q lux illa tm̃ ſuperiores ptes illuminabat t tm̃ nõ ita clare ſicut nunc ſol. ideo cõgruit ſolem fieri ad lucis clariorꝭ diffuſionem. Et ſubdit q corp⁹ ſolare formatum eſt de illa luce vel inſepabiliter habet eã ſibi conIunctam. Scõa ppoſitio ẽ hec. De⁹ nõ tpali vocis ſono. ſed verbo. ſic ab eterno dixit oñia efficiendo hãc mgr̃ pbãs querit. qualiter deus dixit. fiat lux. ſ. an hoc tempali ſono ptulerit. vel ab aliquo alio modo. Et reſpondens dicit ſm Aug⁹. q nõ tempaliter. ḋato q ſic. tũc de⁹ fuiſſet locutꝰ mutabiliter. nec etiã ſono vocis corpaliter. cũ deus carcat inſtrumẽtis naturalibus quib⁹ talis ſonus habeat cauſari. Sed in verbo ſono ſibi coeterno dixit. fiat lux. i. verbũ genuit intempaliter in quo erat diſpoſitũ ab eterno vt fieret lux in tempe t iam in eo factũ eſt. Tertia ppoſitio eſt hec. Quãuis ſm ſcripturã de⁹ opat⁹ ſit p filium. nõ tñ vt p miniſtrũ. ſed p illum quẽ genuit ſibi coequalem omniũ opificem. Hanc ppoſitionẽ mgr̃ pbans querit. qũo pater dicit opari p filiũ vel in filio. ſicut p miniſtrũ. t quia hoc eſt erroneũ. Ideo dat duplicem intellectũ catholicũ hui⁹ ppoſitionis. Primꝰ eſt q qñ pater dicitur opari per filiũ ſeu etiam p ſpiritũſcm. ſignificat inſepabilis opatio pſonarũ cũ autoritate. t exinde prouenit q pater dicit opari p filiũ ſed non econtra. quia filius nõ habet reſpectu patris autoritatem p̃ncipij. ſicut pater reſpectu filij. Secũdus eſt q pater dicit opari p filiũ. q filiũ genuit opificem. Et tantũ in ſpeciali.

De opere ſecũde diei. quia factuz ẽ firmamentum. a

Dixit quoq; deus fiat firmamentũ i medio aquaruz t diuidat aq̃s ab aquis. Diuiſitq; aquas que erant ſb firmamento ab his que erãt ſup firmamentũ Sciendum eſt q illius celi deſcribitur hic creatio. ſicut ait Beda ſup Geñ. in quo fixa ſunt ſidera cui ſuppoſite ſunt aque in aere t in terra. t ſuppoſite alie. de quibus dicitur. Qui tegis aquis ſuperiora eoꝝ. In medio ergo firmamentum eſt. id eſt. ſidereum celum. quod de aquis factum eſſe credi poteſt. Cryſtallinus enim lapis cui magna eſt firmitas t perſpicuitas de aquis factus eſt Si quem vero mouet. quomodo aque nature fluide t in ima labiles ſuper celum poſſint conſiſtere. de deo ſcriptuz eſſe meminerit. Qui ligat aquas in nubibus ſuis. Qui enim infra celum ligat aquas ad temp⁹ vaporibus nubium retentas. poteſt etiam ſuper celi ſperam non vapozali tenuitate ſed glaciali ſoliditate aquas ſuſpendere ne labantur. Quales autem t ad quid condite ſint. ipſe nouit qui condidit. Ecce oſtenſuz eſt his verbis quod celum factum ſit. ſcz illud in quo ſunt fixa ſidera. id eſt quod excedit aerem. t de qua materia ſcilicet de aq̃s. t q̃les ſint aque q̃ ſup illud celũ ſunt. ſcz vt glacies ſolidate.

Beda q celũ dicit creari.

De q̃ materia ſit factũ illud celum.

Quo aq̃ pñt eſſe ſup celuz et quales ſũt ille aque

Alij putant celum illud eſſe ignee nature quibus conſentit Auguſtinus. b

Quidam vo celuz

Augusti. sup Gen.

quod excedit aeris spacia ignee nature dicunt. asserentes super aerem purum ignem esse. qui dicitur esse celum. de quo igne sidera ⁊ luminaria facta esse coniectant. Quibus Augustinus consentire videtur Utrū vero nomine firmamenti celum quod excedit aerem an ipse aer hic intelligatur. idem Augustin⁹ querit nec soluit. Magis tamē approbare videtur celum illō hic accipi qđ spacia aeris excedit. Aquas autem que super illud celum sunt dicit vaporaliter trahi ⁊ leuissimis suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus exalatione terre aquas vaporaliter trahit ⁊ ꝑ subtiles minutias suspendit ⁊ post corpulentius conglobatas pluuialiter refundit. Si ergo potest aqua sicut videmus ad tantas minutias peruenire vt feratur vaporaliter super aerem aquis naturaliter leuiorem. Cur non credamus etiaz super illud leuius celum minutioribus guttis ⁊ leuioribus immanare vaporibus. sed quoquo modo ibi sint. ibi esse non dubitamus.

Que sit figura firmamenti. c

Queri etiā solet cuius figure sit celum. Sz spiritussanctus ꝙuis autores nostri sciuerint per eos dicere noluit. nisi quod prosit saluti. Queritē etiā si stet an moueaē celum. Si moueatur inq̄unt q̄modo est firmamentū. Si stat: q̄modo in eo fixa sidera circumeunt. Sz firmamentum dici potest non ꝓpter stationē sed ꝓpter firmitatem vel terminum aquarū intransgressibilem. Si autem stat. nihil impedit moueri ⁊ circūire sidera.

Utruz stet an moueaē celū.

Quare dicaē firmamentuz

Quare tacuit scriptura de opere secunde diei qđ in alijs dixit. d

Post hoc queri solet quare hic non est dictum sicut in aliorum dierum operibus. vidit deus q̄ esset bonum. Sacramentum aliquod hic commēdatur. Ideo eñ fortassis non est hic dictum quod tamen sicut in alijs factum est: quia binari⁹ ꝓncipiū alteritatis est ⁊ signū diuisionis.

De opere tertie diei qñ aque cōgregate sunt in vnū locū. e

Sequit. Dixit de⁹ Congregentur aque in locum vnum ⁊ appareat arida. Tertie diei opus est congregatio aquarum in vnum locum. Cōgregate sunt enim omnes aque celo inferiores in vnam matricez. vt lux que ꝓterito biduo aq̄s clara luce lustrauerat: in puro aere clarioz fulgeat ⁊ appareat terra que cooperta latebat. ⁊ que aquis limosa erat fieret arida ⁊ germinibus apta. Eodem enim die ꝓtulit terra herbam virentem lignumq̄ faciens fructum. Si autem queratur vbi congregate sint aque que totum texerant spacium vsq̄ ad celum: ꝓtuit fieri vt ēra subsidens cōcauas partes ꝓberet vbi fluctuantes aquas reciperet. ꝓtest etiam credi primarias aquas rariores fuisse que sicut nebula tegerent terras. sed congregatione esse spissatas. ⁊ ideo facile in vnum posse redigi locum. Cunq̄ multa cōstet esse maria ⁊ flumina. in vnum tamen locum dicit aq̄s congregatas ꝓpter continuationem omnium aquarum que in terris sunt. quia cuncta flumina ⁊ maria magno mari iungūtur Ideoq̄ cum dixerit aquas cōgregatas in vnum locum. deinde dicit pluraliter. congregationes aquarum ꝓpter multifidos sinus earum quib⁹ oīb⁹ ex magno mari ꝓncipiū est.

Beda

Vbi cōgregate sunt aque

Qño sint in cū cōgregatione cū multa maria sint

Qđ accipiē sit fir qđ ait fiant i signa et tempora

De opere quarte diei qñ facta sunt luminaria. f

Sequit. Dixit de⁹ Fiant luminaria in firmamento celi. ⁊ dini dāt diem ac noctem. In precedenti triduo dispositā est vniuersitatis hui⁹ mundi machina ⁊ partibus suis distributa. Formata enim luce ꝓma die que vniuersa illustraret. duo sequētes dies attributi sunt supreme ⁊ infime parti mundi firmamento. i. aeri terre ⁊ aque. Nam secunda die firmamētum desuper expansum est. Tertia vero aq̄rum molibus inter receptacula sua collecta terra est reuelata atq̄ aer serenatus. Quatuoz ergo mundi elementa illis diebus suis locis distincta sunt ⁊ ordinata. Tribus autem sequentibus diebus ornata sunt illa q̄tuoz elementa. Quarta eñ die ornatum est firmamentum sole ⁊ luna ⁊ stellis. Quinta

Qz tria cedentia est dis ⁊ distinctuoz ꝝ rum ꝑ sequē tus est

aer in volatilibus ⁊ aque in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terra iumenta ⁊ reptilia ⁊ bestias. post q̄ oia fact⁹ ē homo de terra ⁊ in terra. nō tñ ad terrā nec propter terram. sed ad celum ⁊ propter celum.

Hñ alia de ornatu celi agit sicut p̄ us factū est. §

Qua vtilitate facta sūt ei luminaria

Quia ergo celuz ce

teris elementis speciem prestat. priusq̄ alijs factum est. ideo ante alia ornat in q̄rto die quo fiunt sidera. Que ideo facta sūt vt p̄ ea illustret inferior pars ne esset habitantibus tenebrosa Infirmitatiq̄ hominū prouisum est vt circūeunte sole potirentur homines diei noctisq̄ vicissitudine propt̄ dormiendi vigilandiq̄ necessitatem. ⁊ ido ne nox indecora remaneret, sed luna ac sideribus consolarentur homines quib⁹ in nocte operandi necessitas incumberet. ⁊ quia quedam animalia sunt que lucem ferre nō possunt. Quod autem subditur. Et sint in signa ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ annos. quomodo accipiendum sit queri solet? Ita enīz dictū videtur quasi quarto die cepissent tempora. cum prius triduum sine tempore non fuerit. Ideoq̄ tempora que fiunt per sidera non spacia morarum sed vicissitudinem aeree qualitatis debemus accipere. quia talia motibus siderum fiunt. sicut dies ⁊ anni quos vsitate nouimus. Sunt enim in signa serenitatis ⁊ tempestatis. ⁊ in tempora. quia per ea distinguimus quattuor tempora anni scilicet. ver. estatem. autumnum hiemem. Vel sunt in signa ⁊ in tempora. id est. in distinctionē horarum. quia priusq̄ fierent. ordo temporum nullis notabatur indicijs vel meridiana hora vel qualibet hora. Hec quarta die facta sunt.

Nūo accipiē dū sit qō ait vt sint ī signa ⁊ tempora

Hsta est distinctō. xiiij. hui⁹ secūdi

libri. In qua magister postq̄ egit de opere prime diei scz de productiōe lucis. incipit agere de opibus subsequentium dierum. scz de productione corporis firmamenti ⁊ elementorum. Et tria facit. Nam primo agit de firmamenti productione. Secundo de aquarum superceleſtium congregatione. Tertio de solis ⁊ lune ⁊ aliarum stellarum collocatione. Primum facit a principio distinctionis vsq̄ ibi. Sequitur dixit Secundum ab inde vsq̄ ibi. Sequitur dixit de⁹ fiant Tertium vero vsq̄ ad finem distinctionis. Et tantuz in generali. Hn speciali autem sententia magistri stat in tribus propositionibus quarū prima est hec. Deus secundo die fecit firmamentum. Id est. celum sidereum in medio superceleſtium ⁊ subceleſtium aquaꝝ Hanc enim propositionem magister probans dicit. q̄ deus secundo die fecit firmamentum: quod ſm Bedam celum sidereum dicitur habens aquas supra se ⁊ infra se. quod non est mirum diuina virtute esse factum. cum videmus aquas vaporabiliter eleuari in celum. Unde ⁊ super firmamentum glaciei soliditate aque suspenduntur ne labantur. Postea querit tres questiones. quarum prima ⁊ vltima omissis secundā ponit. scz Utrum celum stet vel moueatur. Q̄ nō mouetur arguit sic. quia si sic tunc non esset firmamentum. Si autem semper stat tunc non mouentur sidera fixa in eo. quod est falsum. Ad quod respondens neutram partem determinate ponit. sed soluit argumentū dicens. q̄ si moueretur adhuc posset dici firmamentum: propter sui firmitatem in substantia. et non propter stabilitatem in situ. Si autem stat possibile est sidera moueri in eo ipso stante. Secūda p̄ positio est hec. Deus tertia die per aquarum superceleſtium adunationem serenauit aerez ⁊ fecūdauit terram ad productionem arborum ⁊ herbarum. Hanc enim propositionem magister probando dicit. q̄ op⁹ tertie diei sit congregatio aquarum in vnum locum que sub celo sunt. Ex qua congregatione terra ⁊ aer clariora apparuerunt. Unde ⁊ in eodem die herbeviroꝝ ⁊ ligna fructum fecerunt. Si autem queratur vbi sunt congregate aque que totum texerunt spaciū vsq̄ ad celum. Dicit q̄ illa congregatio fieri potuit. vel q: aque concauitates terre subintrauerunt. Uel quia aque que prius erant rariores terram per modum nebule tangentes inspissate fuerunt. ⁊ dicūtur congregate in vnum locum. non obstante q̄ sunt in multis locis. ⁊ hoc propter contiguitatem earum ad inuicem quia omnia flumina ⁊ omnia maria in mari magno ad minus occultis meatibus iunguntur.

Tertia propositio est hec. Deus quarto die sole ⁊ luna ⁊ stellis ornauit firmamentum vt essent in signa horarum ⁊ temporum. Hanc enim propositionē magister probans assumit q̄ in tribus diebus dispositā est vniuersalis mundi machina. ⁊ partib⁹ suis distributa. Quare etiam primo die facta est lux que vniuersa illustrat. Secundo vero die firmamentum seu celum sidereum. Tertia vero die facta est distinctio superioris partis mundi. scz nature elementaris. Unde tres dies que sequuntur spectant ad ornatum eorum que in tribus primis diebus sunt distincta: ḍa quartus dies spectat ad ornatum celi. id est. firmamenti. Quintus ad ornamentum aeris ⁊ aque. Sextus ad ornamentum terre. Celum autem ante alia quarto die ornatur: eo q̄ dignius est omnib⁹ elementis. Imponunturq̄ sibi ad ornamentum sol ⁊ luna ⁊ sidera ad inferiores partis mundi illuminationem. ⁊ etiam ad animalium seu hominum vtilitatem ⁊ noctis ⁊ diei decorem. Et subdit etiam q̄ sunt facta in signa ⁊ in tempora. Hn signa quidem eo q̄ aeris qualitatem vel aeree qualitatis vicissitudinem sicut serenitatem aut tempestatem significant. Hn tempora vero quia partes temporis distinguunt. videlicet veris estatis. autumni. hiemis que sunt quatuor anni tempora. Uel enim sunt in signa ⁊ tempora. id est. in distinctionem horarum ⁊ temporū. quia ante motū ip̄orum ordo temporis nullis notificabatur indicijs. Et tñ in speciali.

Be opere quinte diei quādo creauit deus ex aquis volatilia ⁊ natatilia. a

DI. XV

Dixit etiaz deꝰ
Producant aque reptile anime viuētis ⁊ volatile sup terram ⁊c. Opꝰ q̄nte diei est formatio pisciū ⁊ auiū. quibꝰ duo elemēta ornāt. ⁊ ꝺ eadē makia. i. de aq̄s pisces ⁊ aues creauit. volatilia leuās in aera. ⁊ natatilia remittens gurgiti.

Be ope sexte diei qñ creata sunt aialia ⁊ reptilia terre. b

Sequit. Dixit deus. Producat ⁊ra anima viuētē: iumēta et reptilia ⁊ bestias terre. ſm species suas ⁊c Sexte diei opꝰ describit cū terra suis aialibus ornari dicit.

Utrū post peccatum venenosa animalia noxia facta fuerit. an ꝓpter peccatum nocere ceperint prius facta innoxia. c

Queri solet de venenosis ⁊ pniciosis animātibus. vtrū post peccatū hois ad vindictā creata sint. an potius creata inoxia pctōrib⁹ nocere ceperit? Sane dici pōt. q̄ creata nihil homini nocuissent si nō peccasset. Puniendorū nāq̄ vitiorū ⁊ terrendorū. vel ꝓbande vel pficiende ⁊ pfruende vtutis causa nocere ceperūt Fuerūt ergo creata innoxia. ſ ꝓpter pctm facta sunt noxia.

Utrū minuta animalia tunc creata fuerint. ꝺ

De quibusdam etiam minutis animātibꝰ questio ē. Utrū in p̄mis cōditionibꝰ creata sint. an ex rebꝰ corruptis postea orta sint? Poleraq̄ em̄ de humidorū corporū vitijs vel exalationibꝰ terre siue de cadaueribꝰ gignunt. Quedaz etiā de corruptione lignorū ⁊ herbarum et fructuū. ⁊ deꝰ auctor oim est. Pōt aūt dici q̄ ea q̄ de corpib⁹ aialiū maxime mortuor nascūt: cū aialibꝰ creata ñ fuīt. nisi potētialiter ⁊ materialiter. Ea vero que ex ⁊ra vel ex aquis nascunt vl ex eis q̄ ⁊ra germināte orta sūt. tūc creata fuisse nō incongrue dici potest.

Quare post oia factꝰ ē hō. e

Omnibus autem creatis atq̄ dispositis nouissime factꝰ ē hō tanq̄ dñs ⁊ possessor. q̄ ⁊ oibꝰ ꝓferēdꝰ erat vñ sequit. Vidit deꝰ q̄ eēt bonū. ⁊ ait. Faciam⁹ hoiem ad imaginē ⁊c. Sz anteq̄ de hois creatiōe tractem⁹: q̄ꝺ supra breuit tetigim⁹ pleni⁹ ꝺ sanctes clari⁹ faciamus. In hac em̄ rerū distinctiōe catholici tractatores dissentire vt supra dixim⁹ inueniūtur. Allijs dicentibꝰ res creatas atq̄ distinctas ſm spēs suas ꝓ instualla sex diez. Quoruz sniē. q⁹ lra Geñ. magis insuire videt atq̄ catholica eccl'ia magis approbat. iō hacten⁹ studiose docuim⁹ qūo ex illa cōi materia ꝓ⁹ informit facta postea corpaliū rerū genera p sex diez volumina distinctim sint formata Allijs aūt videt q̄ nō ꝓ instualla tēporū facta sint. ſ simul ita formata ad eē ꝓdierūt. Aug⁹. sup Geñ. plurib⁹ mōis nitit oñ de e. dicēs elemēta q̄tuor ita formata sicut mō apparēt ab initio extitisse. ⁊ celū sideribus ornatū fuisse Quedā vo nō formaliter sed materialiter tunc facta fuisse. Que post per temporis accessum formaliter distincta sunt. vt herbe. arbores ⁊ forte animalia. Dia q̄ in ipo tpis initio facta eē dicunt. ſ q̄dā formalit ⁊ ſm spēs q̄s hr̄e cernimus vt maiores mūdi ptes. q̄dā vo materialit tm̄. Sz vt dicūt: moyses loquēs rudi ⁊ carnali ꝓ'lo locutiōis modū tpauit de deo loquēs a sili hois q̄ ꝓ moras tēporū opa sua pficit. cū ipe simul sua opa fecerit. Ñ Augu. Jō inq̄t moyses diuisim refert deū illa opa fecisse. q⁹ nō potuit simt ab homīe dici qꝺ a deo simt potuit fieri. Itē Potuit diuidere scptura loquēdi tpib⁹. qꝺ deꝰ opandi tpib⁹ nō diuisit. Illi q̄ his autoritatibus ⁊ alijs hmōi inherētes. dicūt q̄tuor elemēta atq̄ celi luminaria ita formata simt eē ⁊ habuisse illos sex dies q̄s scptura cōmemorat sex rerū genera. i. distinctiōes apellāt. q̄ sit facte sunt. ꝓtim formalit. ꝓtim causaliter.

Antēq̄ ... ctura ... agat de ... me ... rerū vi ... breuit ... pleni⁹ ... viri cath ... ei diss ... vident

All⁹ ... bus mūd ... materia ... ma ita ... simt. ali ... ro ꝓ ... la tpm ... ſm q̄ ... tiōm ... usq̄ ... est.

Hic ... opinio ... rū q̄ ... facta ...

Quō intelligendū sit deū reqeuisse ab omni opere suo. f

Jam de septime di
ei reqe aliq̄d nos eloq̄ oportz. Scptuz ē: qꝺ ꝓpleuit deꝰ die septio opꝰ suū. ⁊ reqeuit die septio ab vniūso ope qꝺ patrarat Reqeuisse dr̄ deꝰ die septio nō q̄si opando lassus. ſ ab vniūso ope reqeuit. q⁹ nouā creaturā facere cessauit. Reqescere em̄ cessare dr̄. Ñi Apoc. dr̄. Nō habebāt requiē dicētia Sāctꝰ scūs scūs. i. dicē nō cessabāt. Reqeuisse ergo deꝰ dicit. quia cessauit a faciendis ge-

Gehen aliam ... nihil ibi ... tionis q̄m ... Aug⁹.

neribus creature. qz vltra noua nō cōdidit Vsqz nunc tamen vt ꝟitas in euāgelio ait, opaꝝ pater cū filio. s. aministrationē eozundem generū q̄ tunc istituta sunt. Creatoris em̄ ꝟ causa subsistēdi ē om̄i creature. Ad ḡ dicit ꝓpaꝝ me⁹ vsqz mō opaꝝ: ꝛ ego opero. illud vniuerse creature cōtinuā aministrationē ostendit Die ḡ septimo requieuit vt nouam creaturam vlterius non faceret. cui⁹ materia vel similitudo nō p̄cesserit. sed vsqz nunc opaꝝ. vt qđ cōdidit cōtinere ꝛ gubernare nō cesset.

Qualiter accipiendum sit qđ dicitur deus complesse opus suum septimo die, cū tūc requieuit ab omni opere suo. g

Sed quer̄tur quo

modo septimo die dicaꝝ deus cōplesse op⁹ suum. cū ab om̄i ope illo die req̄euerit. nec aliquod gen⁹ nouū rerū fecerit? Alia translatio habet. Consummauit deus die sexto opa sua que nihil questionis affert. qz manifesta sunt que in eo facta sunt ꝛ omniuz cōsummatio eo die pfecta ē. sicut scriptura ostendit cū ait. Vidit deus cūcta que fecerat ꝛ erant valde bona. Omnia quidem naturaliter bona erāt nihilq̄ in sui natura vitij habentia. ꝛ sunt bona que cōdidit de⁹ etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona. quia ex om̄ib⁹ consistit vniuersitatis ammirabilis pulchritudo. in qua etiā illud qđ malū dicit: bn̄ ordinatū ꝛ loco suo positum eminēti⁹ cōmēdat bona. vt magis placeant ꝛ laudabiliora sint dū compant̄ malꝝ Sexto ḡ die facta ē operū cōsummatō. Jō p̄missa oꝛit̄ questio qūo dicaꝝ de⁹ die septimo opus suū cōplesse. qđ hebraica veritas habet. in q̄ tñ nihil nouū creasse dicitur. nisi forte dicaꝝ die septimo cōpleuisse op⁹ suū q̄ ipm̄ bn̄dixit ꝛ sanctificauit sicut subjcit scriptura. Bn̄dixit diei septimo ꝛ sanctificauit illū. Op⁹ em̄ ē bn̄dictio ꝛ sanctificatō sicut Salomon aliq̄d opis fecit cū tēplum dedicauit.

Scōm aliam lram nihil ibi ē q̄stionis q̄m sequit Aug⁹.

Dicredit ad q̄tionē posi-tam. s. qūoverum sit dū septimo die cōplesse op⁹ suū

Que sit bn̄dictio ꝛ sanctificatio septime diei. h

Illum autem diez

sanctificasse ꝛ bn̄dixisse dicitur. quia mistica p̄ ceteris bn̄dictiōe ꝛ sanctificatiōe eum donauit. Unde in lege dicit. Memēto sanctificare diem sabbati. Et inde est q̄ numerando dies. vsqz ad septimū ꝓcedimus et dicimus septem cē dies quoz̄ repetitione omne tempus agit̄. nō q̄n alius sit ab illis dies octauus ꝛ nonus. ꝛ sic de ceteris. Sz quia in sex dieb⁹ rerū genera distincta sūt. ꝛ in septimo licet nō fuerit nouū genus rez̄ institutum. fuit tñ in eo quasi quidā nouus status sanctificationis operū ꝛ requietōis opificis. Potest etiā sic exponi illud. Compleuit deus die septimo opus suum. i. complet̄um ꝛ cōsummatū vidit.

Jsta est distinctō. xv. hui⁹ secundi

libri. In qua quidem distinctiōe magister postq̄ egit de ornatu firmamenti. agit hic cōsequēter de ornatu aeris ꝛ aque. Et tria facit. Nam primo agit de ornatu aeris. ꝛ similiter de ornatu aque. seu etiā de ope re q̄nte diei. Scōo agit de ornatu terre. seu etiam de ope sexte diei. Tertio de septime diei req̄e. Primū facit a p̄ncipio distinctionis vsqz ibi. Sequitur dixit deus ꝓducat. Scōm ab inde vsqz ibi. Jā de septime diei requie. Tertiū vsqz ad finē distinctionis. Et tñ in generali. In speciali aūt sentētia mgr̄i stat in tribus ꝓpositionib⁹ quarū prima est hec. De⁹ q̄nto die volatilibus ꝛ natatilibus de aqua factis aerez ꝛ aquā adornauit. Hanc mgr̄ insinuās dicit q̄ opus q̄nte diei ē ornatio duoz̄ elemētoz̄. s. aque ꝛ aeris. q̄ volatilia ꝛ natatilia. que de aqua tanq̄ ex materia sui sunt creata. ex quibus aues seu volatilia eleuauit de⁹ in aerem. pisces aquis ad ornatū relinquens.

Scōa ꝓpositio est hec. De⁹ sexto die iumētis. reptilibus ꝛ bestijs terre de terra formatis terrā decorauit. Hanc mgr̄ insinuās dicit q̄ ope sexte die ornata fuit terra iumentis. reptilibus ꝛ bestijs ꝛ alijs cōsimilib⁹. Postea mouet duas questiones quarū p̄ma est. An nociua animalia aut venenosa etiā tunc a deo facta fuerūt. Et rn̄dens dicit q̄ illa animalia creata fuerunt innoxia. sed hoie peccante facta sunt nociua vt p̄ ea vitia punirent̄. ꝛ vt virtus ꝓbaretur.

An nociua animalia

Secūda questio est. An minuta animalia que ex putrefactione nascunt̄ etiā tunc ꝓducta fuerunt. Et respondens dicit. q̄ illa que putrefactiōe nascunt̄ cū alijs animalibus ꝓducta non sunt nisi materialiter. Et subdit q̄ nouissimus omniū animaliū fuit hō tanq̄ omniū dominator. Addens q̄ circa rerū creationem due solennes opiniones fuerunt. quarum p̄ma dicit. q̄ p̄ sex dierum interualla omnia esse formata ꝛ p̄ spūm̄sanctum esse distincta. Alia dicit cūcta simul eē ꝓdita ꝛ distincta. Tertia ꝓpositio est hec. Deus septimo die dicit̄ quieuisse ꝛ opus suum cōpleuisse. q̄ vlterius nouam creaturam non cōdidit que in se materialiter vel in suo simili nō fuerit licet tñ res productas bn̄dixit ꝛ sanctificauit. Hanc ꝓbās querit. Cur deus dicaꝝ cōsummasse opus p̄ requiem die septimo cū tñ cōpleuerit ipsum die sexto. Ad qđ rn̄dens dicē deū opus suū compleuisse ꝛ sexto die ꝛ septimo. sexto quidem. quia tunc om̄ia pfecit. Septimo autem q̄ vltimum opus sanctificatiooem. s. adhibuit. Unde ꝛ septimus dies mistica quadam ratione sanctificatus ꝓsueuit appellari: Et tñ in spectali.

De hominis creatione vbi cōsiderandum est quare creatus sit homo, ꝛ qualiter sit institutus, que duo supꝛa tractata sunt, ꝛ qualis

fact⁹ ⁊ qualiter lapsus. postremo quomodo sit reparatus. que discucienda sunt. a

DI. XVI

Hisexcursis b que supra de hominis creatione p̄misim⁹ effectui mancipare ac⁊ ordine explanare nunc suscipim⁹ vbi h̄ cōsideranda videnť. s. quare creatus sit hō. ⁊ qualiter institutus. ⁊ qualis ⁊ qūo factus. Deinde qualiter sit lapsus. postremo qualiter ⁊ p̄ que sit reparatus. Hoc aūt primo ⁊ secundo posita. i. causam creationis hūane ⁊ modum institutionis supius p̄ modulo nostre facultatis tractauimus. Ideoc⁊ supest vt qualis vel qūo fact⁹ sit discutiamus. In Gen̄. legiť. Faciamus hoiem ad imaginem ⁊ similitudinē nostrā ⁊c. In eo q̄ dicit faciamus. vna opatio triū p̄sonar⁊ ostendiť. in hoc vero q̄ dicit ad imaginem ⁊ similitudinē nostram. vna ⁊ equalis substantia triū p̄sonarum monstrať. Ex persona enim patris hic dicit ad filiū ⁊ sp̄m scm̄. Non vt quidam putant angelis. quia dei ⁊ angelorū nō est vna ⁊ eadē imago vel similitudo.

Beda. Qūo intelligēdū sit. Faciam⁹ hoiem ad imaginē ⁊ silitudinē nostram.

Q̄ imago ⁊ similitudo hic a diuersis accipitur varie. a quibusdaz in creata. ⁊ ab alijs creata ⁊ increata vel essentia trinitatis vel filius et spūssactus. b

Imago autem ⁊ similitudo in hoc loco vel increata intelligiť id est. trinitatis essentia ad quā factus ē homo. vl̄ creata in qua factus est homo. ⁊ ip̄i hoi cōcreata. Increatā em̄ imaginē q̄ de⁹ ē intellexisse videť Beda cū dicit. nō eē vnā imaginē dei ⁊ angelorū. ꝑ triū p̄sonaruz. ⁊ iō p̄sonis nō angelis fit ibi ꝑmo. Im p̄prie tn̄ imago dr̄. q⁊ imago relatiue ad aliud diciť cui⁹ silitudinē gerit ⁊ ad qō repn̄tandū facta ē. sicut imago cesaris q̄ ip̄ius similitudinē p̄ferebat ip̄m quodāmō repn̄tabat Proprie aūt imago dr̄ id ad quod aliud fit Sic exēplū. p̄prie dr̄ qō sumiť ex aliq̄. ⁊ exemplar ex q̄ sumiť aliq̄d. Donať tn̄ ⁊ aliqn̄ abusiue alterū p̄ altero. ita ⁊ min⁹ p̄prie accipiť imago: essentia trinitatis. si tn̄ ea noīe imaginis in h̄ loco intelligiť.

Opinio eozum qui putauerunt filium p̄ imaginem ⁊ similitudinē hic accipi. c

Filius vo proprie imago patris diciť. sicut supra in tractatu de trinitate diximus. Un̄ fuerūt nōnulli q̄ ita distinxerunt vt imaginē in hoc loco intelligerent filiū. hoiem vo nō imaginē. sed ad imaginē factū dicerēt. quos refellit apostolus dicens. Vir quidem est imago ⁊ gloria dei. Hec nāc⁊ imago. id est. homo cū dicitur fieri ad imaginē nō quasi ad filium dicitur fieri. alioq̄n nō diceret. ad imaginem nostrā. Qūo em̄ nr̄am diceret. cū filius sp̄s/lius patris imago sit. Fuerunt autem et alij p̄spicatius hoc tractantes qui p̄ imaginem filium ⁊ p̄ similitudinē sp̄m scm̄ intelligerent. qui similitudo est patris ⁊ filij. Et ideo pluraliter putauerūt dici nostrā id referentes ad similitudinē tm̄. ad imaginē vero subintelligendū esse meā. Hoiem vero ⁊ imaginē esse ⁊ ad imaginē ⁊ similitudinem factū eē tradiderunt. ⁊ imaginez imaginis esse ⁊ similitudinis.

Augustin. in. vij. li. de trinitate

Allocutionio.

Nec hozum scientiaz approbat. sz imaginem ⁊ similitudinem dei in homine querendam ⁊ considerandam docet vt imago ⁊ similitudo creata intelligať. d

Verūtamē hec distinctio licz re p̄babil⁹ penit⁹ nō videať. q̄a de medio mōtiū. i. autozitatib⁹ scō⁹ nō manat. p̄gruēti⁹ i ip̄o hoie imago ⁊ silitudo q̄ rēda ē ⁊ p̄siderāda. Fact⁹ ē g̃ hō ad imaginē dei ⁊ silitudinē ꝑm mētē: q̄ irrōnabilib⁹ añcellit. ꝑ ad imaginē ꝑm mēoriā ⁊ itelligētiā ⁊ dilectiōez. Ad silitudinē ꝑm inocētiaz ⁊ iusticiā. q̄ i mēte rōali nat⁹ alr̄ sūt. Vl̄ imago p̄siderať in cognitiōe vitaľ. silitudo in amoze vtuľ. vl̄ imago i alijs oib⁹. silitudo i eēntia. q⁊ imortaľ ⁊ idiuisibiľ ē. Un̄ Augu. i li. de q̄ntitate aie. Aia fcā ē silis deo. q̄a imortalē ⁊ idissolubilē feť eā de⁹. Imago g̃ ptinet ad formā. silitudo ad naturā. Fact⁹ ē g̃ hō ꝑm aiaz ad imaginē ⁊ silitudinē non p̄ris vel filij vel spūssci. ꝑ toti⁹ trinitaľ. ita ⁊ ꝑm aiam dr̄ hō eē imago dei. q⁊ imago dicitur in eo ē. Sic imago dr̄ ⁊ tabula ⁊ pictura q̄ in ea ē. ꝑ ppť picturā q̄ in ea ē simť ⁊ tabula imago appellať. Ita ppť imaginē trinitaľ etiā illud in q̄ ē imago noīe imaginis vocať

In q̄b⁹ ꝑ rať imago silitudo

Aug⁹. in. li. de trinitate

q̄ homo dicitur ymago ꝛ ad imaginem. filius vero imago nō ad imaginem e

Quo circa homo ꝛ

imago dicit ꝛ ad imaginē. filiꝰ autē imago nō ad imaginē. q̄ natus. nō creatus. equalis ꝛ in nullo dissimilis. homo creatus est a deo nō genitus nō paritate equalis. sed q̄dam similitudine accedēs ei. Aū Augꝰ. in lib. vij. de triuitate. Jn Geñ. legit. Faciamus hoiem ad imaginē ꝛ similitudinē no/ stram. Faciamus ꝛ nostram pluraliter dixit. et nisi ex relatiuis accipi non oportet vt facere intelligant pater ꝛ filius ꝛ spiritꝰ sanctꝰ: ad imaginē patris ꝛ filij ꝛ spūssancti vt subsisteret homo imago dei. Sed q̄ nō omnino equalis fiebat illa imago tanquā non ab illo nata sed ab eo creata: Jdeo ita imago dicit q̄ ꝛ ad imaginē. quia nō equatur paritate. sed accedit quadā similitudine. Filiꝰ aūt est imago. sed nō ad imaginez q̄ equalis patri. Dictꝰ est ḡ hō ad imagiez ꝓpter imparē sili'tudinē. Et ideo nostrā. vt imago trinitatis esse hō intelligat. nō trinitati equalis. sicut filiꝰ patri. Ecce ostensum est ꝑm quid homo sit similis deo. s. ꝑm animam. Sed ꝛ in corpe quādam ꝓprietatem habet que h̄ indicat. quia est erecta statura. ꝑm quā corpꝰ aie rōnali ꝯgruit. q̄ in celum erectū est.

Augusti.

Q̄ ꝛ ꝑm corpꝰ pōt dici fa ctꝰ ad sili'tudinem dei.

Jsta ē distinctio. xvj. huiꝰ secūdi

libri. Jn qua magister postꝙ egit de creatura pure spūali. s. angelis. ꝛ de creatura pure corpali. Jncipit agere de composita ex spūali ꝛ corpali. s. de hoie Et circa hoc in hac distinctione agit de productione hominis in cōmuni. Et tria facit. Nā primo ostēdit qualiter homo sit factus. Secundo ad cuī imaginez sit productus. Tertio q̄ nō sit imago que oīmino adequat dei filio: Primum facit a principio distinctiōis vsq̄ ibi. Filius quoq̄. Secundum ab inde vsq̄ ibi. Quo circa. Tertiū vero vsq̄ ad finem distinctionis. Et tm̄ in generali Jn speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarū prima hec est.

Deus pater cū dixit. Faciam⁹ hoiem ad imaginē ꝛ similitudinem nostrā loquebat filio ꝛ spiritui sancto ꝛ nō spiritibus quibuscūq̄ creatis. Hanc mgr̄ ꝓbās querit. qualis ꝛ quō factus sit hō. Et rūdens dicē q̄ p verbum dñi ad imaginem ꝛ similitudinē dei sit productus. ꝑm illud Geñ. j. Faciamus hominē ad imaginem ꝛ similitudinem nostrā. in quibus verbis ostē dit vnitas essentie ꝛ trinitas personarū. ꝛ sunt verba patris ad filium ꝛ spm̄scm̄. ꝛ nō ad angelos. vt q̄dam dixerunt q̄ dei ꝛ agelorum non est vna ꝛ eadez imago. sed bene similitudo. Secunda propositio est hec. Homo ꝑm animam factus est ad imaginem non simpliciter vnius diuine ꝑsone sed totius trinitatis. Hanc ꝓpositionem probans recitat duas opiniōes circa intellectum p̄dictorum verborum Geñ. quarum prima dicit in illo textu Geñ. ꝙ imaginem debere solum filiū intelligi. ꝛ nō hoiem. q̄ hō nō est imago dei sed ad imaginē dei factus. sed quia huic opinioni cō trariat illud apostoli vbi dicit q̄ vir sit imago dei et gloria dei. qua ꝓpter magister videt eā reprobare. Alia opinio dicit q̄ filius dei sit ꝓprie imago. ꝛ spūs sanctus similitudo. ꝛ q̄ hō sit factus ad imaginē filij ꝛ similitudinē spūssancti. Hanc opinionē mgr̄ nō approbat. eo q̄ sanctorū autoritatiḇ minime sit fulcita.

Postea dicit magister hoiem esse factū ad imaginem nō cuiuscūq̄ singularis ꝑsone diuine. sed totius trinitatis. ꝛ hoc ꝑm naturalia. i. ꝑm animā ad similitudinem dei factus est hō quātū ad supaddita anime cuiusmodi sūt virtutes. s. innocētia ꝛ iusticia que naturalite in mēte rōnali existunt. Tertia propositio est hec. Hō q̄ est imago dei ad imaginē dei creatꝰ nequit adequari dei filio. qui nō est ad imaginem sz solum imago est patris rōne eterne natiuitatis. Hāc mgr̄ probans dicit q̄ filius dei ꝛ hō dei imago sunt. sz filiꝰ solū imago ꝛ nō ad imaginē q̄ nō creatꝰ sz natus eq̄lis p̄ri ꝛ in nullo dissimilis. hō aūt ē imago et ad imaginē. q̄ creatꝰ nō genitꝰ nō equalis. sz q̄dā similitudine accedēs. Et hāc mgr̄ ꝯfirmat autoritate bt̄i Augu. Et sicut priꝰ dcm̄ ē q̄ nulla imago trinitatꝭ create ē sine magna dissimilitudine imaginis icreate repze sentatiua ꝓpt̄ realē dr̄am q̄ int̄ illas imagines ꝯsideratt̄. ita etiā nec hō ad imaginē dei creatꝰ pōt adeq̄rt filio in diuinis q̄ ē p̄ris imago ꝓpt̄ diuersitatis distā t̄ā int̄ dei filiū ꝛ hoiem. Et tm̄ in speciali.

De cratione anime vtrū de aliquo facta sit vel non. ꝛ quādo facta. ꝛ quā gratiā habuerit in creatiōe a

Hic de origine DI. XVII

h anime ꝓ[illegible] solent. scz vnde creata fuerit. ꝛ quādo. ꝛ quā gratia habuerit in creatione. Sicut hominis formatio ꝑm corpꝰ describit cū dicit. Formauit deꝰ hoiem de limo terre. ita eiusdē ꝑm aiam factura describit cum subdit. ꝛ inspirauit in faciē eiꝰ spiraculū vite. Corpꝰ em̄ de limo terre formauit deꝰ cui aiam inspirauit. Vel ꝑm aliam l̄ram flauit vel sufflauit. nō q̄ saucibus sufflauerit. vel manibꝰ corporeis corpꝰ formauerit. Spūs em̄ deꝰ ē. nec lineamēt̄ mēbrorū compositus. Nō ergo carnaliter putem⁹ deū corporeis manibꝰ formasse corpꝰ vel faucibꝰ inspirasse aiam. ꝑ potiꝰ hoiem de limo terre ꝑm corpꝰ formauit iubendo. volēdo. i. voluit ꝛ verbo suo iussit vt ita fieret. ꝛ inspirauit in faciem eius spiraculum vite. id ē. substantiā aie in qua viueret: creauit. nō de materia aliq̄ corpali vel spūali. sed de nihilo.

Beda. Q̄ nō corporeis ī strumēt̄is formasse t̄ sufflasse deꝰ dr̄

Opinio quorūdā hereticorū q̄ putauerūt aiam eē de substātia dei b

Putauerunt enim quidā heretici deum de sua substātia aīam creasse verbis scripture ꝑtinaciter inherentes. quib⁹ dicit̄ inspirauit vel insufflauit ⁊ c̄ Cū flat inquiunt vel spirat: homo de se flatum emittit. Sic ergo cū dicit̄ de⁹ flasse vel spirasse spiraculū in faciē hominis. ex se spiritū hominis emisisse intelligit̄. i. de sua sb̄stantia. Qui hoc dicūt nō capiūt tropica locutione dictum esse sufflauit vel flauit. id ē. flatū hominis. s. aīam fecit. Flare em̄ ē flatum facere. flatū facere est aīam facere Vñ dñs ꝑ esaiam. Om̄em flatū ego feci. Non sunt ergo audiēdi qui putant aīam eē ꝑtez dei. Si em̄ hoc eēt: nec a se nec ab alio decipi posset. nec ad malum faciendū vel patiēdum cōpelli. nec in melius vel deteri⁹ mutari. Flatus ergo quo hoīem animauit factus est a deo. nō de deo nec de aliqua materia sed de nihilo.

Respōsio

Hic qñ facta sit anima. an añ corpus an in corpore. c

Sed vtrum in corpore vel extra corpus etiā īter doctos scrupulosa questio ē Aug⁹. em̄ sup Geñ. tradit aīam cum angelis sine corpe fuisse creatam postea vero ad corp⁹ accesisse. neq; cōpulsa est incorporari sed naturaliter illud voluit. i. sic creata fuit vt vellet. sicut naturale nobis est velle viuere. Male aūt velle viuere. nō nature sed volūtatis est peruerse. Alij vero dicūt aīam primi hominis in corpore fuisse creatam. ita exponētes verba illa. Inspirauit in faciē eius spiraculum vite id est. aīam in corpe creauit que totū corp⁹ animaret. faciē tñ specialiter exp̄ssit. quia h̄ ꝑs sensib⁹ ornata est ad intuenda supiora. Sz quicq̄d de anima primi hoīs estimetur de alijs certissime sentiēdū ē ꝙ in corpe creent̄. Creādo em̄ īfundit eas de⁹. ⁊ infundēdo creat. Dicēdū ē etiā aīam illā nō sic esse creatam. vt prescia esset operis futuri iusti vel iniusti.

Opinio Augustini

Aliorū snīa

Q aīa illa nō sūt p̄scia operis futuri.

In qua etate deus hominem fecerit. d

Solet etiam queri vtrū de⁹ hoīem repēte in virili etate fecerit an ꝓficiendo ⁊ etates augēdo. sicuc nūc format in matris vtero? Aug⁹ sup Geñ. dicit. Q adā in virili etate cōtinuo factus ē. et h̄ s̄m supiores nō inferiores causas. i. s̄m voluntatē ⁊ potentiā dei. quā nature generibus nō alligauit. qualiter ⁊ v̄ga moysi cōuersa est in draconem. Nec talia contra naturā fiūt. nisi nobis quib⁹ aliter nature cursus īnotuit. deo aūt natura ē qd̄ facit. Nō ergo cōtra dispositionē suā illud fecit deus Erat em̄ in prima creaturarū cōditione sic hoīem posse fieri. sed nō sibi erat necesse vt sic fieret. hoc em̄ nō erat in cōditiōe creature. sed in beneplacito creatoris. cui⁹ voluntas necessitas ē. Hoc eī necessario futurū ē qd̄ vult ⁊ p̄scit. Multa v̄o s̄m inferiores causas futura sunt. sed in p̄sciētia dei futura nō sunt. Si aūt ibi aliter futura sunt. potius futura sunt. sicut ibi sunt vbi p̄scit ille qui nō potest falli. Sic ḡ fact⁹ ē adā nō s̄m inferiores causas. qꝛ nō erat in rerū causis seminalib⁹ vt ita fieret. s̄ s̄m supiores non cōtra naturā opantes. qꝛ in rerū causis naturalib⁹ erat. vt ita posset fieri.

Q homo extra paradisum creatus in paradiso sit positus. ⁊ quare ita factum sit. e

Hominē autem ita formatū tulit de⁹. vt scriptura docet ⁊ posuit in paradiso voluptatis quē plātauerat a p̄ncipio. His verbis apte moyses insinuat ꝙ homo extra paradisum creat⁹ postmodū in paradiso sit posit⁹. Qd̄ ideo factū dr̄. qꝛ nō erat in eo ꝑmāsurus. vel vt nō nature s̄ gr̄e hoc assignaret̄. Intelligit̄ aūt paradisus localis ⁊ corꝑalis in quo hō locat⁹ est. Tres em̄ generales de paradiso sententie sunt. Una eorū qui corꝑaliter intelligi volunt tm̄. Alia eoruz q̄ sp̄ualiter tm̄. Tertia eorū qui vtroq; modo paradisum accipiūt Tertiam mihi placere fateor. vt hō in corporali paradiso sit posit⁹. qui ab illo principio plātatus accipi pōt. quo terrā oēm remotis aquis herbas ⁊ ligna ꝓducere iussit Qui ⁊ si p̄nt̄ eccl̄ie vl̄ fut̄e typuz tenet. ad lr̄am tñ itelligēdū ē eē locū amenissimū fructuosis arborib⁹ magnū. ⁊ magno fonte fecūdū. qd̄ dicim⁹ a p̄ncipio. ātiq̄ trāslatō dic̄ ad oriētē. Vñ volūt ī oriētali ꝑte eē ꝑadisū lōgo int̄iacēte spacio vl̄ mar̄ vl̄ t̄re regionibus q̄s icolūt hoīes secretū. ⁊ ī alto sitū vsq; ad lunarē circulū ꝑtingentē. Vñ nec aq̄ diluuij illuc ꝑuenerūt.

Tres [illegible] paradiso [illegible] que sunt

A quo [illegible] cipio [illegible] tus

Qualis [illegible] cus [illegible] vbi.

De lignis paradisi inter que erat lignum vite et lignum scientie bo

ni ⁊ mali. f

In hoc autem pa=

radiſo erant ligna diuerſi generis. inꝰ que vnū erat quod vocatum eſt lignuz vite. alterū vo lignū ſcie boni ⁊ mali. Lignū autē vite dictum eſt ſicut docet Beda ⁊ Strabꝰ quia diuinitꝰ accepit hāc vim. vt qui ex eiꝰ fructu comederet: corpꝰ eius ſtabili ſanitate ⁊ perpetua ſoliditate firmareꝰ. nec vlla infirmitate vel etatis imbecillitate in deteriꝰ vel in occaſum laberet. Lignū aūt ſcientie boni ⁊ mali. nō a natura hoc nomē accepit. ſed ab occaſione rei poſtea ſecute. Arbor em̄ illa nō erat mala. ſed ſcientie boni et mali ideo dicta eſt. quia poſt ꝓhibitionem erat in illa trāſgreſſio futura. qua hō experiendo diſceret quid eſſet inter obedientie bonum. ⁊ inobedientie malum. Nō ergo ꝺ fructu qui naſceretur inde poſitum eſt illꝺ nomen. ſed de re tranſgreſſionē ſecuta. Cognouit em̄ homo priuſ q̄ tangeret ꝺ lignuz bonum ⁊ malum. ſed bonum per prudentiam ⁊ experientiam. malū vo per prudentiam tantum. Quod etiam p experientiā nouit vſurpato ligno vetito. quia per experiē tiam mali didicit quid ſit inter bonum obedientie ⁊ malum inobedientie. Si vero pri mi parētes obedientes eſſent. nec contra p ceptum peccaſſent. non ideo tñ minus diceretur lignum ſcientie boni ⁊ mali. quia hoc ex eius tactu accideret ſi vſurparetur. Al ligno ergo homo ꝓhibitus eſt quod malū non erat. vt ipſa precepti conſeruatio bonum illi eſſet. tranſgreſſio malum. Nec melius conſideraꝰ q̄tum malum ſit inobediē=tia q̄ hoc modo. cum ſcilicet ideo reus factus eſſe homo intelligitur. quia ꝓhibitꝰ rem tetigit. quam ſi non ꝓhibitus tetigiſſet. nec peccaſſet nec penaz ſenſiſſet. Si em̄ venenoſam herbam ꝓhibitus tetigeris. pena ſequitur. ⁊ ſi nemo ꝓhibuiſſet: ſimiliter proſequeretur. Si etiam ꝓhibetur res tangi que non tangenti tantum ſed ꝓhibenti obeſt. ſicut aliena pecunia. ideo ꝓhibitum eſt peccatum. quia ꝓhibenti eſt damnoſum. Cum vero tangitur. quod nec tangenti obeſt. ſi nō ꝓhibetur. nec cuilibz ſi tāgatur. ideo ꝓhibetur vt per ſe bonū obedientie ⁊ malum inobedientie mōſtreꝰ. Sicut primus homo a re bona ꝓhibitus penam incurrit. vt non ex re mala. ſed ex inobedientia pena eſſe monſtreꝰ. ſicut ex obedientia palma.

Iſta ē diſtinctio. xvij. huiꝰ ſecūdi libri. In qua magiſter oſtenſa productione hominuz in generali. agit de productione viri in ſpeciali. Et tria facit. Nam primo agit de productiōe anime qua ipſum viuificauit. Secundo de paradiſo in quo ipm collocauit. Tertio de ligno ſcientie quo eundem non vti ſibi precipiens limitauit. Primum facit a p̄ncipio diſtinctionis vſq; ibi. Solet etiam queri. Secunduz vſq; ibi. In hoc autem paradiſo. Tertiuz vero vſq; ad finem diſtinctionis. Et tm̄ in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitionibꝰ quarum prima eſt hec. Deus qui ade animā non de diuina ſubſtantia nec de aliqua materia creauit ſed ipſam ex nihilo creando eidem inſpirauit. Hanc enim propoſitionem magiſter probans dicit q̄ anime hominis creatio exprimitur in Heñ. vbi dicit. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vite. quam quidem inſpirauit ⁊ fecit non faucibꝰ corporeis. nec de ſua ſubſtantia ipſam a ſe efflauit vt quidā heretici opinant. ſed dicit inſpiraſſe q̄n animam ad modū flatus de nihilo ſpiritualiter creauit. Sed circa hoc tunc mouet vnam queſtionem. Utrum ſcz anima creata ſit in corpore vel extra corpus. Et reſpondens q̄ aliqui opinati ſunt q̄ ſit creata in corpore Alij vero opinati ſūt q̄ ſit creata extra corpus. Sed magiſter de anima p̄mi hominis quo ad hoc nihil determinat. ſed de aliꝰ animabus certiſſime ſciendum eſſe dicit q̄ in corpore creentur Secunda propoſitio eſt hec. Deus q̄ adā in virili etate plaſmauit eundem ab extra in paradiſum collocauit. Hanc cm̄ propoſitionem magiſter ꝓbans querit. Utrum primus homo creatus fuit in virili etate. Et reſpondet q̄ ſic. ſed non virtute cauſarum inferiorum. ſed diuina virtute. quia multa ſunt poſſibilia ſm cauſas ſuperiores que fieri cauſaliter nō poſſunt ſm cauſas inferiores. ⁊ ſic virga Moyſi vertebatur in draconem virtute diuina. nec talia fiūt cōtra naturam. niſi tantūmodo nobis quibus curſus nature aliter non innotuit. Et ſubdit magiſter q̄ hominem vt premittitur in virili etate formatum deus poſuit in paradiſum. Quod ideo dicit magiſter fuiſſe factum. quia non erat in eo māſurus. vel vt cognoſceret q̄ non eſſet nature eius vt in illo loco eſſet ſed gr̄e De quo ſunt tres opiniones. Prima dicit paradiſuz eſſe locum corporalem preciſe. Secunda dicit ipſum eſſe locum ſpiritualem. Tertia que magiſtro placet ponit vtrūq; affirmans q̄ ſpiritualiter gerat tipuz eccleſie preſentis vel future. ⁊ cum ad litteram ſit locꝰ corporalis. longe a terra inhabitabili p̄ homines p̄ interpoſitionem maris vel longo terre ſpatio ſepatꝰ ⁊ ſui ſitus altitudine vſq; ad lunarem circulum ptingens. Tertia propoſitio eſt hec. Adam in paradiſo de fructu ligni ſcientie boni ⁊ mali non a natura ſed ab aduentu futuro ſic dicti guſtando peccauit. Hanc enim propoſitionem magiſter probans ꝓponit ſcz in paradiſo erant ⁊ diuerſa ligna inter q̄ vnuz dicebatur lignum vite. ⁊ huiſmodi virtutem diuinitus acceperat. vt de ſuo fructu comedentes ab infirmitate ⁊ morte conſeruari poterat. Aliud autem dicebatur lignum ſcientie boni ⁊ mali. nō a natura nec ab aliqua virtute ſibi a deo indita. ſz ab aduentu. qz poſt eius guſtum homo exprimētaliter cognouit differentiam inter bonum obedientie ⁊ malum inobedientie. Et ſubdit q̄ eſus illius ligni licitus fuit de ſe. ſed fuit homini interdictus. ⁊ ad oſtendendum q̄tuz malum ſit inobedientia. etiam ſi fiat in his que de ſe ſunt licita. Et tm̄ in ſpeciali.

De formatione mulieris a

DI.XVIII

In eodem quoq; paradiso mlierē formauit deus de substātia viri. sicut p⁹ plātatum paradisum hoiemq; in eo positum. ⁊ post vniuersa animalia ad eum ducta. suisq; nominibus designata. subnectit scp̄tura. Immisit deus soporem in adam. Cūq; obdormisset. tulit vnam de costis ei⁹. ⁊ formauit eā in mulierem.

Quare virū prius. ⁊ postea de viro mulierē creauit. nō simul vtrūq;. b

Hic attendendum est quare nō creauit simul virum ⁊ mulierē sicut angelos. sed prius virum. deinde mulierem de viro. Ideo. s. vt vnum esset generis humani p̄ncipium. q̄ten⁹ in hoc ⁊ superbia diaboli cōfunderet. ⁊ hominis humilitas dei similitudine sublimaret. Diabolus quippe aliud a deo p̄ncipium esse coucupierat. Ideoq; vt eius sup̄bia retunderetur. h̄ homo in munere accepit quod diabolus p̄uerse rape voluit. sed obtinere non potuit. Et per hoc imago dei in homine apparuit. quia sicut deus om̄ibus rebus existit principium creationis. ita homo om̄ibus hominibus principium generationis. Ideo etiam ex vno homine om̄es esse voluit deus. vt dū cognoscerēt se ab vno eē oēs: se quasi vnū amarent.

Alia ratio q̄re ex vno homine oēs homines.

Quare de latere viri nō de alia corporis p̄te formata sit. c

Cum autez his de causis facta sit mulier de viro. nō de qualibet p̄te corpis viri. sed de latere eius formata est. vt ostēderet. q̄ in ꝯsortiū creabatur dilectionis. ne forte si fuisset de capite facta viro ad dominationez videret p̄ferenda. aut si de pedibus ad seruitutē subijcienda. Quia igitur viro nec domīa nec ancilla parabat sed socia. nec de capite nec de pedib⁹ sed de latere fuerat producēda. vt iuxta se ponēdā cognosceret. quā de suo latere sūptam didicisset.

Quare dormienti ⁊ nō vigilāti costa subtracta est. d

Nō sine causa dormiēti quoq; viro potius q̄ vigilāti detracta est costa. de qua mulier in adiutoriū generationis viro est formata. sed vt nullam in eo sensisse penā mōstraret ⁊ diuine simlr potentie opus mirabile ostēderet. que hominis dormientis latus apuit. nec eum tamen a quiete soporis excitauit. In q̄ etiam ope sacramentum christi ⁊ ecclesie figuratum est. Quia sicut mlier de latere viri dormiētis formata est. ita ecclesia ex sacramentis que de latere christi in cruce dormientis profluxerūt. s. sanguine ⁊ aqua quibus redimimur a penis atq; abluimur a culpis

Q̄ de illa costa sine extrinseco additamento facta fuit per dei potentiam sicut quinq; panēs in se multiplicati sunt. e

Solet etiam queri vtrū de illa costa sine adiectiōe rei extrinsece facta sit mulier? Quod quibusdā nō placuit. Ceterum si ad p̄ficiēdū corpus mulieris deus extrinsecū augmētum addidisset. maius illud esset q̄ ipsa costa. Ideoq; potius de illo addito q̄ de ip̄a costa mulier facta deberet dici. d̄ quo plures accepisset sb̄stātie p̄tes. Restat ergo vt de sola ipsi⁹ coste sb̄stātia sine om̄i extrinseco additamēto p̄ diuinam potētiam in semetipsa multiplicata mulieris corpus factum dicatur. eo sane miraculo quo postea de quiq; panibus iesu celesti bn̄dictiōe multiplicatis quinq; milia hominū satiata sūt. Illud etiam sciri oportet q̄ cum āgelorū ministerio facta sit mulieris formatio. nō est eis tamē tribuenda creatiōis potētia. Angeli em̄ nullaz possunt creare naturā. ergo nec formare costā in mulierem nec carnis supplemētum in locum coste. nō q̄ nihil agāt vt aliquid creet sed nō ideo creatores sūt. sicut nec agricole segetū vel arborū. Sol⁹ de⁹. id ē. trinitas ē creator. Facta ē g̊ femīa a deo. etiā si costa ministrata sit p̄ angelos.

Vtrū s̄m superiores an s̄m inferiores causas ita facta sit mulier. id ē an ratio seminalis id haberet vt ita fieret an tantum vt ita fieri posset. sed vt sic fieret in deo tantū eēt causa. f

Sz queritur an ra

tio quam de⁹ primis opibus cõcreauit id haberet vt ꝼm ipsam ex viri latere feminaz fieri necesse foret. an hoc tm̃ vt fieri posset? Ad quod sciendũ est omniũ rerũ causas in deo ab eterno eẽ. Ut em̃ homo sic fieret vt equus ⁊ hmõi. in dei potentia ⁊ dispositione ab eterno fuit. Et he dicunt primordiales cause: quia istas alie nõ precedunt. sed iste alias que sunt cause causarũ. Cũqz vnũ sit diuina potentia dispositio siue volũtas. ⁊ ideo vna omniũ principalis causa. tm̃ propter effectus diuersos pluraliter dicit Augustinus. causas primordiales omnium rerum in deo esse: inducens similitudinem artificis. in cui⁹ dispositione est: qualis futura sit arca. Ideo ⁊ in deo vniuscuiusqz rei future causa precessit. In creaturis vero q̃rundam rerum. sed nõ omniũ cause sunt. vt ait Aug⁹. Ar iseruit de⁹ semiales rõnes rebus: ꝼm quas alia ex alijs ꝓueniunt. vt de hoc semine tale granum. de hac arbore talis fructus. ⁊ hmõi. Et he quoqz dicunt primordiales cause. ⁊ si nõ adeo ꝓprie. ꝙa habent ante se causam eternam: que ꝓprie ⁊ vniuersaliter prima est. Illa vero ad res aliquas dicuntur prime que scz ex eis proueniunt. Ideo etiam primordiales dicunt quia in prima rerum conditione reb⁹ a deo insite sunt. ⁊ sicut creature mutabiles sunt. ita ⁊ he cause mutari possunt. Que aũt in i mutabili deo causa est. mutari nõ potest.

Aug⁹. super Genesim.

De causis reũ latiꝰ dispuat q̃ cause q̃ n deo sunt ꝓ prie dicunt ꝓ mordiales. et ꝑre pluraliter dixit.

Q nõ oim̃ ſq̃ unt cãe sunt creaturis

Q cãe etiã q̃ it i creaturi cz ip̃rope tm̃ icũt ꝓmordiales

Alia rõ quae dicunt ꝓmordiales

Distinctio causarũ rerũ perutilis. scz q̃ quedã in deo ⁊ in creaturis. quedã in deo tantũ sunt. ¶

Omniũ ergo rerũ causse in deo sunt. sed quarundã cause ⁊ in deo sunt ⁊ in creaturis. Quarũdam cause in deo tantũ sunt. ⁊ illarũ rerum cause dicuntur abscondite in deo. quia ita est in diuina dispositione vt hoc vel illõ fiat. quod nõ est in seminali creature ratiõe. Et illa q̃dem que ꝼm causam seminalem fiunt dicũtur naturaliter fieri. quia ita cursus nature hominibus innotuit. Alia vero preter naturam quorũ cause tm̃ sunt in deo. Hec autem dicit Aug⁹. esse illa que per gratiam fiunt vel ad ea significanda nõ naturaliter ꝼ mirabiliter fiunt. Inter que mulieris factura de costa viri ponit ita dicens. Ut mulierem ita fieri necesse foret. nõ in rebus conditum. sed in deo absconditũ erat. Oms creature cursus habet naturales leges. super hunc naturalem cursum creator habet apũ se posse de omnibus facere aliud q̃z eorum naturalis ratio habet. vt scz virga arida repente floreat. fructum gignat. ⁊ in iuuentute sterilis femina in senectute pareat. vt asina loquat. ⁊ hmõi. Dedit aũt natur vt ex his etiam hec fieri possent. nõ vt in natu rali motu haberent. Habet ergo deus in se absconditas quorũdam futurorum causas quas rebus conditis nõ inseruit. easqz implet nõ ope prouidentie quo nature subsistunt vt sint. sed quo illas amministrat vt voluerit quas vt voluit condidit. Omniũ ergo que ad gratiam significandam nõ naturali motu rerum. sed mirabiliter facta sunt abscondite cause in deo fuerunt. quoꝝ vnũ erat q̃ mulier facta est de latere viri dormientis. Non habuit prima rerũ conditio vt femina sic fieret. sed vt fieri posset. ne cõtra causas q̃s de⁹ volũtarie instituit mutabili voluntate aliquid facere putaret.

De gemino ope prudentie.

De anima mlieris que nõ ẽ ex ãia viri. vt quidaz putauerũt dicẽtes animas esse extraduce h

Quẽadmodũ mulieris corpus de viri corpore traductum fuit: ita putauerunt aliqui ipsius animam de viri anima propagatam. ⁊ omnes animas preter primam detraduce esse sicut corpora. Alij autem putauerunt simul oẽs anias ab initio creatas. Catholica autem ecclesia nec simul nec extraduce factas esse animas docet. sed in corporibus per coitum seminatis atqz formatis infundi. ⁊ infundẽdo creari. Unde in ecclesiasticis dogmatib⁹. Animas hominum non esse ab initio inter creaturas intellectuales naturas. nec simul creatas: sicut Origenes fingit dicimus. neqz i corporibus per coitum seminari. sicut Luciferiani ⁊ Cyrillus ⁊ quidam latinorum ꝓsumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugij copulã seminari. Creationem vero anime solum creatorẽ nosse. Etusqz iudicio corpus coagulari in vulua ⁊ compingi atqz formari. ac formato iã corpore aiam creari atqz infundi vt viuat i vtero homo ex anima ꝓstans ⁊ corpore. ⁊ egrediatur viuus ex vtero: plenus humana substantia. Hiero. etiam anathematis vinculo illos condemnat qui animas extraducere dicunt. Inducẽs autoritatẽ prophete. Qui finxit sigillatim corda eorum. Hoc satis in-

Aliorum opinio q̃ putauerunt oẽs animas simul ab initio creari

32

quit innuit ꝑpheta q̄ non ipsam animam de anima facit deus .ꝫ singillatim animas de nihilo creat.

Ista ē distinctō .xviij. huiꝰ secūdi

libri. In qua mgr̄ postq̄ egit de ꝓductione viri agit de ꝓductione mlieris. Et tria facit. Nam p̄mo agit de formatione corporis mulieris. Secūdo de materia de qua formabat. Tertio de anima q̄ viuificabatur. Primum facit a principio distinctionis vsq; ibi. Sz querit. Secundū vsq; ibi. Quēadmodū mulieris corpus. Tertiū vsq; ad finē distinctionis. Et tantum in generali. In speciali sententia mgr̄i stat in tribus ꝓpositionibꝰ quarū prima est hec. Deus de costa ade dormientis in paradiso sine alicuiꝰ alterius materie additione formauit corpꝰ eue. Hanc mgr̄ ponens dicit. q̄ plantato paradiso ⁊ adam in eo posito ⁊ animalibus añ eū ductis ⁊ nominibꝰ ꝓprijs eorū p eum assignatis immisit deus soporem in adam. Ipso quoq; dormiente vnā de costis eius tollens formauit eaz in mulierem. Circa quā materiam determinat quattuor questiones quarū prima est hec. Quare deꝰ nō creauit simul feminā ⁊ virum sicut simul creauit āgelos Ad quod respondens asserit duplicem cām. Una ē vt superbia diaboli cōfunderet. Nam diabolꝰ aliud a deo principium esse concupierat. ⁊ ideo vt in hoc cōfunderet accepit homo hoc in munere. s. vt vnus hō esset p̄ncipiū omniū hominū. Alia rō est vt sīlitudo dei magis in homine manifestaret: quia sicut deꝰ omnibus rebus est vnū principiū creationis. sic vnꝰ homo est vnū principiū generationis oīmbus hominibꝰ quod fieri nō potuisset si eos simul creasset. Secūda questio est. quare mulier specialiter facta est de costa ade. ⁊ nō de aliqua alia ptē corporis. Respondet q̄ quia viro nō domina nec ancilla sed socia producebat. ideo nō de capite nec de pedibus fuit ꝓducta. sed de latere. vt iuxta se ponendam eā cognosceret quā de suo latere sumptam didicisset. Tertia questio est. Quare potius de latere viri dormientis q̄ vigilantis sumebat costa ad mulieris formationez Ad qō rūdens assignat tres rationes. Prima est ne vir sentiret dolorem in coste subtractione. Secūdavt deus in hoc ostenderet suā potentiā cum hoīs dormientis latus aperuit. ⁊ ip̄m tamen a soporis q̄ete non excitauit. Tertia vt ꝓfluxio sacramentorū de latere christi in cruce dormiētis figuraret. Quarta ē. an de sola costa sine alicuiꝰ alterius mēbri additione fuit mulier formata. Et respondet q̄ nō fuit ad ipsam aliqua alia materia addita sed solū costa fuit multiplicata diuina virtute ad totiꝰ mulieris formationem. sicut factū fuit de quinq; panibus multiplicatis ad saturationē multorū hominū. Et subdit q̄ licet mulieris formatio facta fuit angelorū ministerio. nō tm̄ propter hoc sunt creatores censendi. Secūda propositō est hec. Corpis eue de costa corpis ade organisatō nō fuit ex aliqua ratione seminali in p̄ncipils a rebus inditis seu creatis. Hanc mgr̄ ꝓbans querit. Utruz in illa costa erat ratio seminalis ad mulieris ꝓductionē Ad quod respondēs ponit differentiā inter causas p̄mordiales ⁊ inter rationes seminales. Nam cause p̄mordiales ab eterno fuerunt in deo. Rationes vero seminales ex tpe indite sunt creaturis: ⁊ nō habent se respectu omniū sicut cause primordiales. sed respectu quorūdā tm̄. Attm̄ rōnes seminales possunt quodammodo dici cause p̄mordiales. cū rebus in prima sua conditione indite sunt. Tū quia sunt q̄si principalia rerum ex ipsis ꝓducendarū principia. Et subdit q̄ quedā sunt que naturaliter ꝓducunt ex rōnibꝰ cō

seminalibus. Alia vero fiunt supnaturaliter quoruz cause sunt tm̄ in deo. Ex his concludit responsuz ad requisitum dicens. q̄ cum mulieris formatio de costa nō fuit naturaliter sed supnaturaliter facta. ꝑns est q̄ illa costa nō fuit rō seminalis ad mulieris ꝓductōnem. Tertia ꝓpositio est hec. Deus animam eue nō de anima ade sed ex nihilo infundendo eam cōdidit. Hanc mgr̄ ꝓbans dicit q̄ animā mulieris q̄dam posuerunt de anima viri ꝓpagatam. Sed hoc ē falsum. qm̄ anima rationalis est ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: solum per actum diuine virtutis creatiū ꝓducibilis. non habēs aliquas ptes quātitatiuas i quas poterit lacerari. qō tm̄ eēt necessariū si vna aia esset ab alia ꝓpaganda. quēadmodū est de materia que si debeat ad diuersarū formarū susceptionem adaptari: necessario in diuersas portiones diuidit ad substandum talibus diuersis formis quibꝰ p virtutem effectiuam ꝓducentis proportionant. Alij vero dixerūt eam ab initio cum ceteris animabus fore creatam. sed ꝑm fidei catholice sententiā ipsa sicut oīes aie rōnales creando infundebat ⁊ infundēdo creabatur. Unde beatus Hiero. excōicat oīes qui dicūt animas extraduci. Et tm̄ in speciali.

De primo hominis statu ante peccatum scilicet qualis fuerit ꝑm corpus ⁊ ꝑm animam. a

Solent queri plura de primo hominis statu ante peccatum. s. qualis fuerit homo priusq̄ peccaret. ⁊ in corpore ⁊ in anima mortalis an immortalis. passibilis an impassibilis? De termino inferioris vite ⁊ de transitu ad superiorem de modo ꝓpagationis filiorū. ⁊ alia multa que nō inutiliter sciuntur. licet aliq̄n curiositate querant. At priusq̄ ad animi qualitatem ptinentia prosequamur. de qualitate eius ꝑm corpus ⁊ modo ꝓpagationis filiorum. ⁊ de alijs quibusdam inspiciamus ꝓmus ergo homo ꝑm naturam corpis terreni ⁊ immortalis fuit quodāmodo ꝑm aliquid. quia potuit nō mori. ⁊ mortalis q̄dāmodo. quia potuit mori. In illo nāq; p̄mo statu habuit posse mori ⁊ nō posse mori Et hec fuit prima humani corpis immortalitas. s. posse non mori. In secundo vo statu post peccatum habuit posse mori. ⁊ non posse nō mori. quia in hoc statu moriendi ē necessitas. In tertio statu habebit posse nō mori ⁊ non posse mori. quia ad illum statuz ptinet moriēdi impossibilitas. quod ex gratia erit nō ex natura. In p̄mo statu fuit corpus homis aiale. i. egens alimonijs cibor

Unde ⁊ homo factus dicitur in animaz viuentem non spiritualem. id est. in animā corpus sensificantem. quod adhuc erat animale. non spirituale quod egebat cibis vt

p animam viueret. Factus est ergo in ani/mam viuentem. id est. vitam corpori dan/tem: tamen per sustentamenta ciborum. et tunc erat corpus mortale ⁊ immortale: ḋa poterat mori ⁊ poterat nō mori. ¶Post peccatum vero factum est mortuum. sicut dicit apostolus. Corpus propter peccatuz mortuum est. id est. necessitatem moriendi in se habet. In resurrectione vero erit spirituale. s. agile ⁊ cibis nō egens. ⁊ immortale. nō sicut in statu primo fuit. s. q possit non mori. sed etiam q nō poterit mori. Añ Aug⁹. sup Geñ. Apostolus ait. Corpus quidem mortuum est ꝓpter peccatum ⁊c. ¶Pri⁹ de limo terre formatū est corpus animale non spirituale cuz quali resurgemus. Renouabitur eñ a vetustate non in corpus aniale quale fuit. sed in meli⁹. id est. spirituale. cuz hoc mortale induet immortale in quod mutandus erat adam. nisi mortem corpori animalis peccando meruisset. Non ait aplus corpus mortale est ꝓpter peccatum ꝥ mortuum. Illud eñ ante peccatum mortale et immortale erat. quia poterat mori ⁊ nō mori. Aliud autem est nō posse mori. aliō posse non mori. Ideo factum est per peccatuz nō mortale quod erat. sed mortuum. quod nō fieret nisi peccaret. Animale eñ non est hoc corpus sicut primi hominis fuit. ꝥ iam deterius est. Habet eñ necessitatem moriē di. Ecce hic euidēter aperit Aug⁹. q corpus hominis ante peccatum mortale ⁊ immortale fuit. sed non qualiter fiet in resurrectione. De hoc eodem Beda sup Geñ. ait. Non est credendum ante peccatum ita fuisse mortua corpora sicut modo. Ait eñ apostolus. Corpus ꝓpter peccatum mortuum est. sed licet fuissent animalia nondū spiritualia. nō tamē mortua. q̄. s. necesse eēt mori.

Corp⁹ homis ñ pctñ mor ale ⁊ imorta- e fuit

Utrū immortalitas quam habuit añ peccatū eēt de cōditione nature an ex gratie bñficio. b

Bolet hic queri cū

homo primus mortale ⁊ immortale corp⁹ habuerit. vtrū ex conditione nature ipsius corporis habuerit vtrūq. an alterum bñficium esset gratie. s. immortalitas. id posse nō mori? Ad quod dici potest. quia alteruz habebat in natura corporis. id est posse mori. Alteruz vero scz posse nō mori erat ei ex ligno vite. s. ex dono gratie. Unde Augu. sup Geñ. Quodāmodo creat⁹ est homo immortalis. quod erat ei de ligno vite. nō de conditione nature. Mortalis erat de conditione corporis animalis. immortalis beneficio conditoris. Nō eñ immortale erat q oñino mori nō posset. qō nō erit nisi cuz fuerit spūale. Apte dicit q nō natura. sed ex ligno vite habebat posse nō mori. ¶Propter hoc aliqui dicunt q nisi illo ligno vite vteret. nō semp viueret. qz peccaret. ¶Peccaret eñ si illo ligno nō vteret. quia preceptū erat ei vt comederet de omni ligno paradisi. nisi de ligno scientie boni ⁊ mali. Sicut ergo peccauit comedendo quod erat ꝓhibitum. ita etiā peccaret si non comederet qō erat iussum.

Aliq̄ dicūt q si nō vteretur adā de ligno vite nō sp viueret. qz peccaret.

Si nō foret preceptum vt de illo ligno comederet ⁊ alijs non illo vteretur. an posset nō mori. c

Sed adhuc queri

si nō cēt preceptuz vt de ligno vite ederet. ⁊ alijs ⁊ nō illo vescereť. nūquid posset nō mori? Si semp viueret nō vtens de illo ligno. nō erat ei ex illo ligno posse non mori. Si vero nō posset semp viuere: id erat ei ex illo ligno posse. Aliqui dicunt q si nō fuisset ei preceptum vesci de illo ligno. ⁊ alijs ⁊ non illo vescereť: viueret semp. Sic determinantes illud quod supra dixit Augustī. erat ei de ligno vite nō de conditione nature tm̄. s. quasi nō ex cōditione nature solū modo erat ei. sed etiam ex illo ligno. Alijs autē videť q ex ligno vite erat ei posse non mori. nō ex natura. Ideo eñ dicit potuisse nō mori. quia poterat vti illo ligno. de quo edens nō moreretur.

Opinio quorundam

Alia opinio

Questio Augustini qūo imortalis factus sit homo. d

De hac vero homi

nis immortalitate qualis fuerit Aug⁹. sup Geñ. questionem mouēs sic ait. Queritur qūo immortalis factus sit homo pre alijs animātibus. ⁊ qūo cum illis cōmunē acceperit alimoniam? Sed alia ē immortalitas carnis quam in adam accepimus. alia quā in resurrectione speramus per christū. Ille factus est homo immortalis vt non posset mori. si nō peccaret. moreretur autem si peccaret. Filij vero resurrectionis nec potuerūt vltra peccare nec mori. Caro nostra

Soluere incipit.

non tunc egebit refectione ciborũ. quia nulla poterit esse defectio. Caro ade añ peccatum ita immortalis creata est. vt p alimoniam adiuta eẽt mortis ⁊ doloris expers. Sic ergo immortalis ⁊ incorruptibilis condita est caro hominis. vt suã immortalitatem ⁊ incorruptionẽ p obseruãtiam mãdatorum dei custodiret. In quib⁹ mandatis hoc cõtinebaſ. vt de illis lignis cõcessis mãducaret ⁊ ab interdicto abstineret. Per horum eduliũ immortalitatis dona conseruaret: do nec corpalib⁹ incremẽtis pductus ad'etatẽ que cõditori placeret multiplicata pgenie ipso iubente sumeret de ligno vite. quo pfecte immortalis factus. cibi alimenta vlterius nõ requireret.

Attẽde q⁹ in pceptis a dõ hoĩ pmo| datis. ⁊ hoc cõtinebatur vbi de oĩni ligno vbi de ligno scientie boni ⁊ mali

Summatim supipsũ verborũ sententiam perstringit. e

Ecce his vbis vi=

detur Aug⁹. tradere q⁹ caro primi homis immortalitatem in se habuerit. que p alimoniam ciborũ conseruareẽ vsq; ad tempus sue translationis in melius. qñ de ligno vite comederet ⁊ fieret omnino imortalis. ita vt nõ posset mori.

Q⁹ ex predictis consequi videẽ homiñẽ de nature sue conditõe quo quo modo fuisse immortalem sed nõ oĩno fieret imortalis nisi participato ligno vite. f

Ideo aliqui dicũt

q⁹ immortalitatẽ de natura habebat q̃ poterat nõ mori. que aliorũ lignorũ esu poterat conseruari. sed nõ poterat consummari nisi p assumptionẽ ligni vite. Quod videtur Aug⁹. sentire sup Geñ. dicens. Hoc q̃ addo talem cibũ illam arborem prestitisse. quo corpus hominis stabili sanitate firmaretur: nõ sicut ex alio cibo sed inspiratione salubritatis occulta. Hic innuere videẽ q⁹ cum alijs cibis posset corpus sustẽtari hoc cibo indeficiente sanitate firmareẽ. Ex quo consequi videtur. q⁹ sicut in natura sua habuit mortalitatem quandã. s. aptitudinem moriẽdi. ita aliquã immortalitatẽ i natura sui habuit. id ẽ. aptitudinẽ qua poterat nõ mori. cibis adiutus. sed si pstitisset: immortalitatis perfectio esset ei de ligno vite. Sz qui hoc tradunt. qũo supioza Augustini dba. quibus dic̃ q⁹ erat immortalis ex ligno vite. huic sententie non contradicãt diligẽter inquirant.

Jsta ẽ distinctio .xix. huj⁹ secundi libri. In qua magister postq̃ egit de productiõe hũane nature agit de ipsius conseruatione. Et tria facit Nam primo ostendit hoĩem immortalem fuisse in statu innocentie. Secũdo inquirit an illã immortalitatẽ habuisset a natura vl̃ ex dono gr̃e. Tertio recitat q̃d clamant de illa imortalitate diuerse opiniones. Primum facit a principio distinctionis vsq; ibi. Solet etiam queri. Secõm ab inde vsq; ibi. Sed adhuc queritur. Tertiũ vsq; ad finem distinctionis. Et tm̃ in generali. In speciali sententia mgr̃i stat in tribus ppositionib⁹ quarũ prima est hec. Adam in paradiso ante statum peccati viguit nõ moriendi ptãte. Hanc pbans mgr̃ dicit q⁹ primus homo ante peccatũ erat quodãmodo mortalis. ⁊ quodammodo immortalis. quia poterat mori ⁊ poterat nõ mori. Postea insinuat triplicem statum hominis. s. añ peccatũ in quo habuit posse nõ mori. post peccatũ in quo habuit necesse mori. ⁊ post resurrectionem in quo habuit impossibilitatem moriẽdi. Et subdit q⁹ corp⁹ humanum erat animale egens alimẽtis. ⁊ ideo erat mortale. habẽs tñ cũ hoc posse non mori post pctm̃ factũ est mortuuz ⁊ necessitatẽ moriendi habẽs. sed in resurrectiõe erit spũale cibis nõ egens ⁊ mori nõ potens. Secũda propositio est hec. Homini imortalitas affuit in statu innocentie. non ex conditione sue nature sed ex ligni vite vsu ⁊ ex bñficio conditoris. Hanc mgr̃ pbans q̃rit. vtrũ posse nõ mori in statu hõ añ pctm̃ nõ habuerit ex dono gr̃e vel ex conditione sue nature. Ad q̃ respondendo dicit. q⁹ nõ habuit hoc ex conditiõe nature sue sed ex dono gratie vicz ex vsu ligni vite. Et hoc pbat autoritate beati Augustini. ⁊ confirmat hoc dicto antiquorũ dicens. q⁹ homo posse nõ mori habuit ex vsu ligni vite quod patet ex hoc quia si nõ fuisset esu ei⁹ vsus peccasset. quia preceptum habuit. vt illo vteretr. ⁊ p cõsequẽs cum mors sequaẽ pctm̃ si homo esu ligni vite vsus nõ fuisset. mortẽ subijsset. ⁊ sic posse nõ mori habuit ex vsu ligni vite. Tertia ppositio est hec. Adã imortalitatẽ habuisse in statu innocentie doctores opinãdo designãt diuersimode. Hãc mgr̃ pbans querit. An dato q⁹ hõ nõ habuisset pceptum de vsu ligni vite ⁊ de alijs. an adhuc habuisset posse nõ mori. h sp viuere si illo ligno vsus nõ fuisset. Et respondens dicit aliquos dicere q⁹ lignũ vite non fuit totalis causa immortalitatis sed coadiuuãs. Nlo tandum q⁹ erat ade datũ triplex pceptũ siue mandatum. Unũ. s. discipline ⁊ tale datũ erat primo homini in q̃tum precipiebaẽ sibi q⁹ nõ ederet de ligno sciẽtie Aliud est nature ⁊ hoc est duplex. s. ad cõseruandu naturã vniuersalẽ. i hoc dictũ fuit sibi. Crescite ⁊ multiplicamini. Aliud ad cõseruãdũ naturã pticularẽ. s. vt comederet de ligno vite. Alij dicunt q⁹ oĩno habuit immortalitatẽ ex vsu ligni vite. Et subdit quasdam autoritates beati Augu. quib⁹ dicit q̃o alia fuit immortalitas ade ab imortalitate beatorũ in eterna patria. si q⁹ immortalitas ade p vsum aliorũ ciborum cõseruata fuisset. ⁊ ad tempus. s. quousq; sumpsisset de ligno vite. ⁊ fieret pfecte immortalis. Quibusdam autem visum fuit q⁹ etiam a natura habuisset quandam immortalitatem sed pfectaz habu isset per vsum ligni vite. Magister aũt sustinet q⁹ etiam p̃maz imortalitatẽ ex vsu ligni vite habuisset. Et tm̃ i spãli.

De modo procreationis filiorũ si nõ peccassent primi parẽtes ⁊ qua-

les nascerent filij. a

DI. XX

Post hec videndum est qualiter primi parentes si nō peccassent filios ꝓcreassent ⁊ quales ipsi filij nascerent? Quidā putant ad gignēdos filios p̄mos homines in paradiso misceri nō potuisse. nisi post pctm̄. dicentes concubitū sine corruptione vel macula nō posse fieri. Sed ante pctm̄ nec corruptio nec macula in homine esse poterat. qm̄ ex pctō hec cōsecuta sunt. Ad qd̄ dicendum est ꝙ si nō peccassent primi hoīes. sine om̄i peccato ⁊ macula in paradiso carnali copula cōuenissent. ⁊ esset ibi thorus immaculatus ⁊ commixtio sine cōcupiscētia. atq; genitalibus mēbris sicut ceteris imparent. vt ibi nullū motū illicitum sentirent. ⁊ sicut alia mēbra corpis alijs admouemus. vt manū ori sine ardore libidinis. ita genitalib⁹ vterent̄ membris sine aliq̄ pruritu carnis. Hec em̄ letal' egritudo membris humanis ex peccato inhesit Genuissent itaq; filios in paradiso ꝑ coitū immaculatum ⁊ sine corruptione. Cur nō credamus primos hoīes ante peccatū genitalibus mēbris ad ꝓcreationem imperasse potuisse: sicut ceteris in q̄libet ope sine voluptatis pruritu vtunt̄. Incredibile enim nō ē deū talia fecisse illa corpa. vt si nō peccassent. illis mēbris sicut pedibus imperarent. nec cū ardore seminarent. vl' cū dolore parerent. sed post pctm̄ motum illum meruerunt quē nuptie ordinant. cōtinentia cohibet. Infirmitas em̄ prona in ruinā turpitudinis. excipit̄ honestate nuptiali. ⁊ qd̄ sanis est officiū. egrotis ē remediū. Emissi q̄dem de paradiso cōuenerunt ⁊ genuerunt sed potuerūt in paradiso eis esse nuptie honorabiles ⁊ thorus immaculat⁹. sine ardore libidinis. sine labore pariendi.

Opinio quorundam

Rn̄sio ꝯtra illorū opinionē

Aug⁹. super Gen̄. li. ix.

Quare in paradiso nō coierūt duobus modis soluit. b

Cur ergo non coierūt in paradiso? Quia creata mlīere mox trāsgressio facta est. ⁊ eiecti sunt de paradiso. Vel quia nōdum deus iusserat vt coirent ⁊ poterat diuia expectari autoritas vbi cōcupiscentia nō angebat. De⁹ vero nō iusserat. quia casum eorū p̄sciebat. de quib⁹ hō ꝓpagād⁹ erat. Ecce exp̄sse habes de modo ꝓpagatiouis filiorū.

Aug⁹. super Gen̄.

De termino illius inferioris vite. vtrū natis filijs per successiones. an simul omnes transferendi eēnt c

De termino vero temporis quo transferrent̄ ad spūalē celestēq; vitaz certū aliq̄d scriptura nō tradit. Et iō ambiguū est vtrū parētes genitis filijs ꝑfectaq; humani officij iusticia ad meliorē statum trāsferrent̄. nō per mortē sed ꝑ aliquā mutationē. an patres ī aliquo statu vite remanerent. ligno vite vtentes. donec filij ad eundē statū ꝑuenirent. ⁊ sic impleto numero oēs simul ad meliora trāsferrent̄ vt eēnt sicut sancti angeli in celis. De q̄ Aug⁹. ambigue disserit sup Gen̄. ita inquiēs. Potuerunt p̄mi hoīes in paradiso filios gignere nō vt morientib⁹ patribus succederent filij sed in aliquo forme statu manētibus. ⁊ de ligno vite vigorē sumētib⁹. ⁊ filij ad eūdem ꝑducerent̄ statū. donec impleto numero sine morte animalia corpa in aliā qualitatez trāsirēt. in qua om̄ino regenti spūi deseruirent ⁊ solo spiritu viuificante sine corpore/is alimētis viuerent. Vel potuerūt parentes filijs cedere. vt ꝑ successionē numer⁹ impleret̄. Qui genitis filijs ꝑfectaq; humani officij iusticia ad meliora trāsferrent̄. non ꝑ mortem sed ꝑ aliquā mutationez. Ecce hic habem⁹ de transitu hominis ad meliora. ꝫ incertum nobis relinquit̄. vtrū simul trāsferant̄ an ꝑ successiones.

Augusti.

Quales ꝓcrearent filios vtrū perfectionē stature ⁊ vsum mēbrorū habentes qualis homo prim⁹ fuit conditus. d

Si vero querit̄ quales si nō peccasset hō filios genuisset: vtꝝ videlicet sicut ipse p̄mus hō ꝫm staturā corporis ⁊ vsus mēbrorū ꝑfectus mox cōdit⁹ extitit. ita etiā eius filij in ipso natiuitat̄ exordio ꝑfecti existerēt. qui ambulare ⁊ loq̄ ⁊ cuncta facere possent? Rn̄deri pōt ꝙ filios ꝑuulos nasci oportebat ꝓpt̄ materni vteri necessitatē. Sz vtrū mox nati ꝑfectionē stature ⁊ mēbrorū vsum haberēt. an ꝑuuli ⁊ ī minori etate cōstituti vti possent mēbrorū officijs. an ꝑ īterualla tp̄m. eo mō quo nūc fit ꝑfectionē stature ⁊ vsum mēbrorū recepturi eēnt. de autorib⁹ diffinitū nō habem⁹

Respōsio vbi vno fine ambiguo posito triptitā subijcit distinctōz

Ambigua augustini verba ponit. vbi tamen videt innuere q filij t paruuli possent membrozuz vti of ficijs. e

Et super hoc Aug⁹

ambigue loquit. Mouet nos inqt si pzimi homines nō peccassent. vtrum tales filios essent habituri qui nec lingua. nec manib⁹ nec pedibus vterent. Nam ppter vteri necessitatem forte necesse erat puulos nasci. Sed cuius exigua ps corpis sit costa. nō ppter hoc puulam viro coniugem fecit. Uñ t eius filios poterat oīpotentia creatoris mox natos grādes facere. Sz vt hoc omittam. poterat certe eis pstare quod multi animalibus pstitit. quozū pulli statim cuius sint puuli. tñ mox vt nascunt currunt t matrem sequunt. Ecōtra homini nato nec ad incessū pedes idonei sunt. nec manus saltē ad scalpendum abiles. t iuxta semāmis positi nascentes magis possunt esurientes flere q̄ fugere. ppterq infirmitati mētis congruit h infirmitas carnis. Ihis verbis videt insinuari q filij etiam paruuli officijs membrozū valerent vti.

Quibus dam non absurde placuit q filij parui nascerent. t per accessuz temporis in statura t i alijs sicut nūc pficerent qō nō eēt vitio imputandū. f

Sed cū Aug⁹. sub

assertione de his nihil tradat. nō irrōnabiliter quibusdam placuit primozū parentum filios nascituros puos. ac deinde p inualla temporū eadē lege qua t nunc natiuitatez humanā ordinatā cernim⁹: statureq incrementum t mēbrozū vsum recepturos vt illis expectaret etas ad ambulandum t loquendū sicut modo in nobis. qō vtiq non esset vitio imputandū. sed conditioni nature. sicut a cibo abstinere penit⁹ non valebāt nec tamē illō erat ex vitio. sed ex natura cōditionis.

Oppositio quozundam volentiuz probare eos posse viure sine alimonia. g

Ad hoc autē oppo

nit ita. Si nō peccarēt nō morerent. sed nō peccarent si nō comederent. Poterāt igit sine alimonia viuere. Leterū sicut supra diximus nō solū peccarent si de ligno vetito ederent. sed etiā si cōcessis nō vterent. q si cut erat eis pceptū nō illo ligno vti. ita alijs vesci. Preterea cōtra naturalem rōnē facerent qua intelligebant de illis esse edenduz qō t naturaliter appetebāt. Itē oponit. Cū fames sit pena peccati. si ñ peccarēt: fame nō sentirent. & sine fame supfluū videretur comedere. Uñ putāt q̄dā eos cibis non indiguisse añ pctm. quia nō poterant esurire si nō peccassent. Ad quod dici pōt. q fames vere defectus est t pena peccati. Est em̄ immoderat⁹ appetit⁹ edendi. cui nō subiacuisset hō si nō peccasset. & pculdubio peccaret nisi hunc defectū cibo pueniret. Habebat em̄ naturalē appetitū t moderatum cui ita satisfaciendū erat ne defectuz famis sentiret. Sicut g̃nō ex vitio sed ex nature cōditione erat q añ pctm hō cibis indigebat. ita nō ex vitio esset. sed de natura: si hominis conditio in pncipio suo. i. in pmo parente a pfecto inchoata in subsequēti ppagatione a modico ad maiora pficeret. vt. s. p interualla tpis statute corpozee incremēta. vsumq mēbrozū susciperet.

Utrū sicut statura corpozis ita etiam sensu mentis paruuli nascerentur. t per accessum tēporis pficerent in sensu t noticia ueritatis. s. an mox nati in his eēnt perfecti. h

Et cum de corpore

humano nō sit absurdum vel incōueniens hoc existimare. q̃ri solet. vtrū de sensu anie t cognitiōe veritatis eodē modo sentiēduz sit. vt. s. hi qui sine pctō nascerent: sensu t intelligētia mētis impfecti existerēt. t p accessum tpis in his pficerēt vsq ad pfectionez an mox conditi p fectionē sensus t cognitionis peiperent? Illi q̃ sentiūt puulos natos in statura corpis t vsu mēbrozum p accessum tpis pfecturos. nō diffitent eosdez in exordio natiuitatis sensu impfectos existere t p interuallum tpis in sensu t cognitione pficere vsq ad pfectū.

Cōtra illozū sententiaz opponunt quidam. i

Ad quod quidam

oponũt dicẽtes. Si mox nati nõ haberent pfectionẽ sensus ⁊ intelligẽtie: ignorantia i eis eẽt. ignorãtia aũt peccati ẽ pena. Sed q̃ hoc dicũt nõ satis diligẽter cõsiderãt. quia nõ oĩs q̃ aliq̃d nescit vel min⁹ perfecte ali q̃d scit. statiz ignorãtiã habere siue in ignorantia eẽ dicendus ẽ. qz ignorãtia nõ dr̃ nisi cum id qõ sciri ⁊ nõ ignorari debet nescit. Talisq; ignorãtia pena peccati est cũ mens vitio obscurat. ne cognoscere valeat ea q̃ scire deberet.

Nõo ignorãrantia dr̃ esse in aliquo

De hois trãslatiõe in meliorẽ statũ ⁊ de duobus bonis altero h̃ dato altero ꝓmisso. k

Talis erat homis

institutio ante peccatum ꝑm corporis conditionem. De hoc autem statu transferrendus erat cũ vniuersa posteritate sua ad meliorem digniorem q; statũ. vbi celesti ⁊ eterno bono in celis sibi parato frueretur. Siẽ eñ ex duplici natura compactus est homo ita illi duo bona conditor a principio ꝓparauit. vnum temporale. alterũ eternũ. vnũ visibile. alterũ inuisibile. vnũ carni. alterũ spiritui. Et qz p̃mum est quod est animale. deinde quod est spirituale. temporale ac visibile bonum prius dedit. Inuisibile autez ⁊ eternũ promisit. ⁊ meritis querendum ꝓposuit. Ad illius autem custodiaz quod dederat. ⁊ ad illud promerendum quod ꝓmiserat. naturali rationi in creatione anime hominis indite qua poterat inter bonum ⁊ malum discernere preceptum addidit obedientie. per cui⁹ obseruantiam datum non perderet ⁊ ꝓmissum obtineret. vt per meritum veniret ad premiũ.

Dr̃onem naturalẽ ⁊ p̃ceptũ dedit deꝰ hoĩ ad huandũ bonuz qõ accepat ⁊ promerendũ qõ ꝓmissuz erat

Jsta ẽ distinctio. xx. huiꝰ secundi

libri. In qua magister postq; egit de conseruatione humane nature per nutrimenti sumptionẽ. agit ō cõseruatione eiusdem ꝑ naturalem generationem. Et tria facit. Primo cũ inquirit an homines in statu innocentie ante peccatum genuissent. Secundo qualeꝫ proles ꝓcreassent. Tertio qualiter ad statum meliorem ptransissent. Primum vsq; ibi. Si vero querit. Secundum vsq; ibi. Talis erat hominis institutio. Tertiũ vsq; ad finem distinctionis. Et tm̃ in generali. Jn speciali sententia mgr̃i stat in tribus ꝓpositionibus quarũ prima est hec. Si primi parentes ñ peccassent generationis officio sine pruritu ⁊ libidie in paradiso expleto sine morte cum oĩbus suis simꝫ vel successiue ad meliorem statum translati fuissent. Hanc mgr̃ insinuans querit. qualiter primi parẽtes filios ꝓcreassent si nõ peccassent Et rndẽs dic̃ quosdam opinatos fuisse q; per concubitum non genuissent. eo q; concubitus sine corruptione non est. que corruptio ante peccatum esse non potuit in homine. Sed magister dicit q; ꝑm veritatẽ concubit⁹ ib i fuisset thorus imaculatus. ⁊ nuptie honorabiles. ⁊ cõmixtio sine concupiscentia. ⁊ vsum membrorum genitalium sine corruptione. immo membra genitalia fuissent homini ad vsum ꝑm volũtatem. sicut homo vtitur alijs membris. Postea magister mouet duas q̃stiones. Prima est. quare non fuit generatio in paradiso facta. Et rñdet q; hoc fuit. vel quia nondum deus preceperat q; generarent. vel quia statim post mulieris formationem peccatũ ⁊ electio de paradiso fuit secuta. Secunda questio est. Qualiter pentes post generationem ad pfectam immortalitatem ⁊ beatitudinem transissent. Respondet q; hoc est dubium. Nam scriptura nihil de hoc ponit. sed tamen fieri potuisset vt pacta generatione statim parentes anteq; filij fuissent ad beatitudinem translati. Vel sic q; parentes ⁊ filij simul vixissent. ⁊ postea completo numero electorum simul ad beatitudinem fuissent transsumpti.

Scõa ꝓpositio ẽ hec. Primi parẽtes si i statu pstitissent innocentie filios non solum in statu puulos. ac pfecto vsu membrorũ destitutos ⁊ alendos genuissent donec corpe ⁊ intellectu ad pfectum pfecissent. Hanc magister ꝓbans mouet ⁊ determinat circa hoc duas questiones. Prima est. Quales filios genuissent i statu innocentie. s. an filios magnos ꝑm corpus ac membrorum suorum vsum habentes sicut primi parentes creati fuerunt membrorum suorum compotes loquẽtes ⁊ opantes seniorum hominũ opationes. Ad qõ respondens dicit q; oportebat nasci paruulos ꝓpter maternorum viscerum artitudinem. Sed quia beatus Aug⁹. hanc questionem mouens ⁊ nihil determinans dicit alter quos fuisse opinatos q; filij nascẽtes eque membrorum vsum ⁊ loquele vsum habuissent. sicut apparet in quibusdam animalibus q; statim imediate post natiuitatem ⁊ matres sequunt. Alijs autem placet. q; tunc sicut modo in statura corpis ⁊ loquela ⁊ in alijs huiusmodi ꝑ temporis momenta ꝓfecissent. quia sicut ex conditione nature in illo statu sine culpa indigebant cibo. sic etiã ex conditione nature in illo statu sine culpa de puulis in magnos profecissent. Secunda questio est vtrũ in alijs que cõcernunt animam. s. in sensu ⁊ intellectu profecissent ꝑm concernentia ipsum corpus. Et respondens dicit sustinendo ipsam primam opinionem supradictam. scz q; ꝓfecissent ꝑm corpus. potest etiam sustineri secunda. s. q; ꝓfecissent ꝑm animã ⁊ in his que ad animam ptinent ad augmentum accepissent. attamẽ ignorantia scientie tunc in paruulis non fuisset penosa sicut modo in hominibus. sed tantum naturalis. eo q; non fuisset respectu eorum que scire tenerentur. q̃ lis solum dicitur pena. Tertia propositio est hec. Talis conditionis erat hominis institutio ante peccatum q; obseruando diuinum preceptum fuisset cuz tota sua posteritate translatus vltimate ad meliorez statum vbi meliozi bono. s. eterno frueretur. Hanc propositionem magister sententialiter ponẽs subdit rationem quare homo de illo bono tempali ad eternum transferret. quia sicut ex duplici natura hõ constabat. ita duplex bonũ deꝰ ei pauerat. Primũ bonũ ꝑm apostolũ est tempale ⁊ visibile. quod scz prepara uit carni in paradiso. Aliud bonũ est spũale eternum ⁊ inuisibile. s. beatitudo eterna. ad qõ mediãte obedientia ⁊ merito ferẽdus fuit. Et tm̃ in speciali.

De inuidia diaboli q̃ad hoiem tẽptandum accessit. a

Dī. XXI

Judēs igitur diabol⁹ hoiem p obedien/tie hūilitatē posse ascēdere vñ ipe p supbiaz corruerat inuidit ei. ⁊ q̄ pri⁹ p supbiā diabolus fuerat. i. deorsum lapsus. zelo in uidie factus ē sathan. i. aduersarius. Und ⁊ mulierē tēptauit in qua minus q̄z in viro rationē vigere nouit. Eius em̄ malicia ad tēptandū vtutē timida. humanā naturā in ea pte vbi debilioz videbat aggressa ē. Ut si forte illic aliquaten⁹ p̄ualeret. postmodū fiduciali⁹ ad alteram q̄ robustioz fuit. pul/sandam vel pti⁹ subuertendam accederet

Quare ad feminā pri⁹ venit

Primū g̃ solitariā feminā explozauit. vt in ea p̄mū omnē sue tēptatiōis vim expireť.

Quare in aliena forma uenit. b

Bed quia illi p vio lentiā nocere nō poterat. ad fraudem se cō-uertit. vt dolo hominē supplantaret. quem vtute supare nequiret. Ne autē fraus illi⁹ nimis manifestareť in sua specie nō venit. ne apte cognosceret ⁊ ita repelleret. Iterū ne nimis occulta foret fraus ei⁹ que caueri nō posset. ⁊ hō simul videreť iniuriam pati si taliter circūueniri pmitteret eū de⁹ vt p-cauere nō posset. in aliena quidē forma ve-nire pmissus ē diabolus. ꝑ in tali in qua ei⁹ malicia facile posset deph̄endi. Ut g̃ in p/pria forma nō veniret. voluntate sua ꝓpa fa ctū est. Ut aūt in forma sue malicie cōgruē ti veniret. diuini⁹ factū ē. Venit g̃ ad ho/minē in serpente. q̄ forte si pmitteret in co-lumbe specie venire maluisset. Sz non erat dignū vt spūs malign⁹ illā formā hoi odio sam faceret. in qua spūsscūs aparitur⁹ erat

Quare nō nisi i forma ser-pentis acces-sit.

Nō g̃ nisi p serpentē tēptare pmissus fu it diabolus. vt p illud q̄ foris erat astutiā temptant⁹ aniaduertere femina q̄ret. Dia-bol⁹ em̄ p serpentē tēptabat in quo loq̃bat

Quare dict⁹ ē serpēs calli dioz cunctis animantibus

Jdeoq̄z serpēs dict⁹ ē eē callidioz cūctis animātib⁹ terre. Quia vt ait Aug⁹. Mali angeli licet supbia deiecti. natura tñ sūt ex-cellentiozes om̄ib⁹ bestijs ꝓpter eminētiā rōnis. q̄uis serpēs nō rōnali ania. ꝑ spiri/tu diabolico possit sapiētissim⁹ dici. Nō est g̃ mirū si diabol⁹ spū suo implēs serpētē si-cut vates implebat sapiētissimū reddidēat oim bestiarū. quē tñ ad tēptandū nō elegit diabol⁹. ꝑ p qd aial pmissus fuit. tēptauit. Uñ Aug⁹. sup Gen̄. Nō ē putandū q̄ dia

Augusti.

bolus serpentē p quē tēptare elegerit. ꝑ cuz decipe cuperet nō potuit. nisi p qd aial pos se pmissus est. Nocēdi em̄ volūtas iest cui-q̄ a se. sed ptās a deo. Sic autem loquebā-tur diabolus p serpentē ignozantem. sicut p energuminos vel p phanaticos loquitur Serpēte em̄ velut ozgano ē vsus mouens naturam ei⁹ ad exp̄mēdū sonos verboꝝ ⁊ signa q̄b⁹ suā monstraret voluntatē Ser pens g̃ nec verba intelligebat. nec rōnalis est factus. callidissimus tñ est dictus ꝓpter astutiā diaboli. Locut⁹ ē aūt sicut asina ba laam. sed hoc diabolicum: illud angelicuz fuit. boni em̄ ⁊ mali angeli similiter opant̃.

Quare mulier nō horruit serpentem

Hic queri solet quare mulier nō horruit ser/pentem? Ut cū nouerit creatū esse. ipsum etiam officium loquendi a deo accepisse pu tauit.

De modo temptationis. c

Temptatio autem hoc modo facta ē. Stās cozā femina hostis supbus. nō audet in vba psuasionis exire metuēs deph̄endi. sed sub interrogatione eā aggrediť. vt ex rñsione colligeret qualiť in malicia p̄cedere posset. Cur inquit p̄cce pit vobis deus. vt nō comederit⁊ de ligno paradisi? Cui rñdit mulier. De fructu ligno-rum que sunt in paradiso vescimur De fru ctu vo ligni q̄d est in medio paradisi p̄cepit nobis deus ne comederem⁹ ⁊ ne tāgerem⁹ ne forte moriamur. Jn q̄ verbo dedit locū tēptandi cum dixit. ne forte moriamur. vñ mox diabolus dixit ad mulierē. Nequaq̄z moriemini. scit em̄ deus q̄ in q̄cūq̄z die co/mederitis ex eo. apient̃ oculi vri. ⁊ eritis si cut dij scientes bonū ⁊ malum. Attende oz dinem ac pgressum hūane pditionis. Pri mo de⁹ dixerat. quacūq̄z die comederit⁊ ex eo morte moriemini. Deinde mulier dixit: ne forte moriamur. nouissime serpēs dixit. nequaq̄z moriemini. De⁹ affirmauit. muli/er q̄si ambigēdo illd̄ dixit. diabol⁹ negauit Que g̃ dubitauit ab affirmāte recessit. ⁊ ne ganti approp̄inquauit.

Terrogat exorsus

Verba se tis

Rñsio mu ris

Addit ma nact⁹ fab ex vbis e eris p vem fal

De versutia diaboli q̄vt facili⁹ per suaderet malū remouit. ⁊ bonū im pollicito duplicauit. d

Qui ad suam psua sionē plenit̃ suffici iendā. i. vt malū q̄d iten debat libē psuadēt. ⁊ malū q̄d mulier timuit negādo remouit. ⁊ re pmissionē addidit Et

vt eius psuasio citius reciperet pmissionē duplicauit. Vnā nempe comestionem suadens. duo in pmio pposuit. similitudinem dei. scientiam q̄ boni ⁊ mali spondēs. Vbi tribus modis hominē temptauit. s. gula. in psuasione cibi cum dixit. Jn quocunq̄ die comederitis. Jnani gloria in pmissiōe deitatis cum dixit. Eritis sicut dij. Auaricia. in pmissione scientie. scientes bonū ⁊ malū Gula ē immoderata cibi auiditas. Vana gloria amor pprie excellentie. Auaricia im moderata habendi cupiditas. que nō ē tm pecunie. sed etiam altitudinis ⁊ sciētie cum supra modū sublimitas ambit.

Q̄ hō tribus modis tēptatus est. Gula Vana gloria Auaricia

De duplici tēptatiōis specie. e

Porro sciēdum est duas esse spēs temptatiōis. interiorē. scz ⁊ exteriorē. Exterior temptatio est q̄n nobis extrinsecus malū visibiliter suggerit̄ verbo vel signo aliquo. vt ille cui fit ad consensum peccati declinet. ⁊ talis temptatio tantū fit ab aduersario. Jnterior vero temptatio ē. q̄n inuisibiliter malū nobis intrinsecus suggerit̄. ⁊ hec temptatio aliq̄n fit ab hoste. aliq̄n a carne. Nam ⁊ diabolus inuisibiliter mala suggerit ⁊ ex carnis corruptione suboritur motus illicitus ⁊ titillatio prauа. ideoq̄ tēptatio que ex carne non est fit sine peccato. Que aūt est ab hoste: nisi ei consentiat̄ non habet peccatum. sed est materia exercende virtutis. Temptatio aūt carnis interior difficilius vincit̄. quia interius oppugnans de nostro contra nos roborat̄. Homo ergo q̄ sola exteriori temptatiōe pulsatus cecidit. tanto grauius plectendus erat quāto leuiori impulsu fuerat prostratus. Et tamē q̄a aliquā licet modicā cadendi occasionē habuit. Jdcirco p dei gratiam iuuari potuit ad veniā. vt qui per alium ceciderat. p aliū erigeret̄. Qui ergo icitatiōe habuit ad malum. nō iniuste repatorem habuit ad bonū Diabolus vero quia sine alicui⁹ temptatione peccauit. p aliū vt surgeret iuuari non debuit. nec per se potuit. Et ideo irremediabile peccatū ei⁹ extitit. pctm̄ vero homis sicut p aliū habuit initium. ita p alium nō incōgrue habuit remediū.

Que sit exterior tēptatio ⁊ a quo fiat

Que sit temptatio interior ⁊ a quo fiat

Quare hō p aliuz surgere potuit ⁊ non diabol⁹ ⁊ hominis pctm̄ remediabile. diaboli vo n

Quare homo non angelus fuit redemptus. f

Preterea angelica natura qm̄ nō tota pierat. sed ex pte pstiterat nō est redempta. humana vero tota pierat. Et ideo ne penitus pderet̄. ex pte ē redempta. vt inde ruina suppleret̄ angelica. Vnde Aug⁹. in euch. Placuit vniuersitatis creatori ⁊ moderatori vt qm̄ n̄ tota multitudo angelorū deū deserēdo perierat. ea que perierat in ppetua pditiōe remaneret. Que aūt cū deo illa deserēte pstiterat. de sua certissime cognita semp felicitate gauderet. At vero creatura rationalis que i hominib⁹ erat. qm̄ peccatis atq̄ suplicijs tota perierat ex pte poterat repari. Vñ angelice societati suppleret̄ qđ ruina illa minuerat. hoc em̄ pmissum ē sanctis q̄ erūt equales angelis dei.

Aug⁹. i ench

q̄ non soli viro preceptum fuit datum. g

Illud etiam notan dum ē q̄ nō soli viro p̄ceptum videt̄ eē datum cū ipsa mulier testat̄ sibi etiam esse mādatum dicens. Precepit nobis de⁹ ⁊c̄. Supra tamen legit̄ ante factam mulierē deum dixisse viro. De ligno sciētie boni ⁊ mali ne comedatis. Non dixit. ne comedas. Forte quia facturus erat mulierē de viro. sic p̄cepit. vt per virum ad mulierē pueniret mandatum. quia mulier que subiecta viro fuit nō nisi mediante viro diuinum debuit accipere preceptum. Vnde apstolus. Si quid discere voluerint domi viros suos interrogent. Si quer̄it qūo loqui potuerunt vl loquentem intelligere qui non didicerāt inter loquētes crescendo vel magisterio? Bicimus quia deus eos tales fecerat qui possent loqui. ⁊ discere ab alijs si essent.

Aug⁹. super Gen̄.

Qūo loq̄ potuerūt ⁊ loq̄m̄ tem itelligere

Jsta est distinctio. xxj. hui⁹ secūdi libri. Jn qua magister post̄ egit de primentibus ad primam hominis istitutionē. agit de pertinētibus ad ei⁹ casum ⁊ destitutionem. Et tria facit. Primo ostēdit qūo contingit primos parentes preuaricari. Secundo subdit quare decuit pctm̄ eorū remediari. Tertio aūt subiungit q̄ preceptum dei p virum ad mulierem debuit derinari. Primum facit a principio distinctionis vsq̄ ibi. Et tamen quia aliquam. Secundum vsq̄ ibi. Jllud etiam. Tertium vsq̄ ad finem distinctionis. Et tantū in generali. Jn speciali sentētia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarum prima est hec. Homo in paradiso a diabolo tentatus est diuinum preceptum preuaricatus. Hanc propositionem magister probans dicit. q̄ diabolus videns q̄ homo p similitudinē obedientie posset ad gloriā ascēdere celestem a qua ipse p superbiā corruerat ideo inuidens homini eum temptauit. ⁊ vires suas quodammodo in eo expiens. sed in debiliori pte ser⁹. s. i mulierе quā p temptationē aggressus ē. Vñ volens do-

lo supplantare que virtute ꝛ violentia supare nequibat mulieri apparuit nō quidem in sua specie ꝓpria ne cognosceret apte. sed neq; etiam in quacunq; alia specie ꝓmissus fuit apparere. sed tantū in illa in q̄ eꝝ fraus de facile posset comprehendi. s. in specie ſpentis per quem diabolus quasi p quoddam instrumentum locutus est. nec serpens verba intelligebat. sed mouebaꝫ a diabolo. sicut asina Balaaz ab angelo bono. quem serpentem mulier videns loquentem. credidit ipsum loquēdi officiū a deo recepisse. Et subdit q̄ temptatio hoc ordine facta est ꝛ modo q̄ diabolus interrogatiue loquebaꝫ dicens. Quare precepit deꝰ ne de hoc ligno comederetis: vt ex responsione eius disceret qualiter in temptatione procedere deberet. Unde cum mulier statim dubitatiue respondit dicēs Ne forte morte moriamur. Ipe negatiuā addidit citius metum mortis excludēdo ꝛ dixit. Nequaq̄ moriemini. ꝛ ad mulieris maiorem deceptionem ꝑmiuz ꝓmittens ei illa que homo naturaliter appetit scz ꝑmo vitationē ignorantie dicens. Aperientꝫ oculi vr̄i. Secundo excellentiaz dignitatis addens. Et eritis sicut dij. ꝛ perspicacitatem scientie concludens. scientes bonum ꝛ malum. Temptauit quidē ꝑmo ipsam de gula loquens de cibo. Secundo de vana gloria in promissione dignitatis. Tertio de auaricia in sciētie ꝓmissione. In hac eñ triplici ꝓmissione triplici genere peccati diabolus primum hominem temptauit. Subdit etiam duas esse species temptationis quaꝝ vna est exterior. ꝛ fit cū maluz ab extra visibili signo vel ꝙbo suggeritur. Alia quidem est interior que invisibiliter ꝓficiꝫ ab aduersario. ꝛ est duplex. Quia ei q̄ñ ꝙ fit ab hoste tñ. ꝛ sic est sine pctō. Aliq̄n a carne. que nō fit sine peccato. ꝛ quia temptatio interior difficilior est q̄ exterior. ꝛ homo sola temptatione exteriori pulsatus cecidit. ideo tanto grauius plectendus erat. quāto leuiori pulsu fuerat ꝓstratus. Secunda ꝓpositio est hec. Conueniens q̄dem fuit hoiez post lapsum p aliquem redemptorē reformari ꝛ non angelum. Hanc eñ ꝓpositionez mgr̄ ꝓbans asserit rationes quare pctñ hominū fuit remediabile. ꝛ nō peccatum angelorum. Prima eñ est. quia licet homo modicam habuit occasionem ad pctñ. tñ quia p alium seductus cecidit. p alium repari debuit. Diabolus vero quia nullo suadente peccauit pctñ eius irremediabile extitit. Alia ratio est. qr non tota angelica natura preuaricata fuit. vel ꝓierat. humana aūt tota ꝓierat. ideo humana natura magis erat reparanda. immo etiam p humane nature repationē angelorum ruina erat reparanda ꝛ restauranda. Tertia propositio est hec. Congrue sunt diuina precepta per virum ad primam mulierē derivata. Hanc propositionem magister probans dicit Hic esse notandum q̄ nō soli viro datum fuit preceptū de abstinentia ligni vetiti. Quod patet ex hoc quia mulier respondens diabolo dixit. Precepit nobis deꝰ ꝛc. nō obstāte q̄ etiaz ante mulieris formationē dñs viro ꝑceptum dederit. quod per eum ad mulierem debuit deferri. quia viro subiecta debuit nō immediate a deo. sed p medium viri preceptum diuinum recipe. Sicut dicit apostolus ad Corꝝ. x. Si quid discere voluerint mulieres domi viros suos interrogent. Et subdit quomodo vir potuit loqui ꝛ qūo mulier virum loquentez intelligere potuit. Et dicit q̄ responderi potest q̄ tales fuerunt a deo facti. quia poterant loqui. Et tātum in speciali de sententia huiꝰ distinctionis.

De origine illius peccati a

DI. XXII

Hic videt diligenter inuestigandū eē que fuerit origo ꝛ radix illius peccati. Quidā putāt quādā elationem in animo hois precessisse. ex qua diaboli suggestiōi cōsensit. Qō videt Augꝰ. innuere sup Geñ. ita inquiēs. Nō ē putandum q̄ hō deijceret nisi pcessisset in eo quedam elatio cōprimēda. vt p humilitatē peccati sciret q̄z falso de se ꝑsumpserit. ꝛ q̄ nō bñ se habet natura si a faciente recesserit. Item in eodem. Qūo verbis temptatoris crederet mulier deum se a re bona ꝛ vtili ꝓhibuisse. nisi inesset eius menti amor ille p/prie potestatis. ꝛ de se ſupba ꝓsumptio. q̄ p temptationē fuerat conuincenda aut perimenda. Benigq; non contenta suasione serpētis aspexit lignū bonū esu. decorū aspectu. nec credēs se ide posse mori. forte putauit deū alicuiꝰ cā significationis illa dixisse ideo māducauit. ꝛ dedit viro suo fortassis cum aliqua suasione quā scriptura intelligēdā reliquit. Uel forte nō fuit suaderi necesse. cū eā mortuā esse illo cibo nō videret vir. Sic̄ ḡ nō ē ꝓmissus diabolꝰ tēptare feminā nisi p serpentē. ita nec virū nisi per feminā. Ut sicut ꝓceptum dei per virū venit ad mulierē. ita diaboli temptatio p mulierē trāsiret ad virū. In muliere vero que rationalis erat nō est ipse locutus vt in serpente. sed persuasio eius. q̄uis istinctu ad iuuaret interiꝰ qō p ꝙpētē gerebat exteriꝰ. Ex p̄dictis temptationibꝰ modꝰ atq; progressus insinuaꝫ. necnō etiā qō p̄dixim' innui videt. s. q̄ temptationē p̄cesserat aliq̄ elatio ꝛ p̄sumptio in mēte hois.

Opinio quorundā qui dicunt elationē ꝑcessisse i animo hominis

Aug⁹. super Genesim. De alitē loco ē diabolꝰ locutus liere q̄ mulier pente

Obiectio cōtra illos q̄ dicūt elationem precessisse in mente. b

Quod si ita fuit nō ḡ alicuiꝰ suggestiōe pⁿ peccauit cū autoritas tradat iō pctñ diaboli incurabile eē. qr non suggestiōe ꝙ ꝓpa supbia cecidit. homis vo curabile. qr nō p se ꝙ p aliū cecidit. ꝛ iō per aliū resurgē potuit. Quocirca p̄dicta verba Aug⁹. piū ac diligētē lectorē efflagitant q̄ sic itelligē sane q̄m. Nō deijceret hō in actū illiꝰ pcti vt. s. lignū vetitū edēt ꝛ i has miſias p tēptatōez diaboli. nisi elatō cōprimēda p̄cessisset: ñ vtiq; tēptatōez ꝙ opꝰ pcti Talis eñ fuit ordinis ꝓcessus. Diabolꝰ tē ptādo dixit. Si comederitis eritis sic̄ dij scientes bonū ꝛ malum. quo audito statim mēti mulieris surrepsit elatio quedā ꝛ amor pro/

Quo ite da sint illa ba hic dicta

Vide tēptationis ordinē

prie potestatis. ex quo placuit ei facere qd diabolus suadebat ⁊ vtiq; fecit. Suggestione igit̄ peccauit. quia temptatio precessit. ex q̄ in mēte ei⁹ orta ē elatio quā pctm̄ operis secutū ē ⁊ pena peccati.

Que fuit elatio mulieris. c

Et talis quidez elatio in mēte mulieris fuit ꝓ certo qua credidit ⁊ voluit habere similitudinē dei cū eq̄litate quadā. putās esse verū qd diabol⁹ dicebat. Et ideo specialiter mulierē cōmemorat Aug⁹. inquiens. Qūo crederet mulier diabolo nisi esset in mente eius supba presumptio. Et quod ibi sequitur. s. que ꝑ tēptationem fuerat conuincenda vel ꝑimenda. ad mulierē referendum est. vt intelligatur que mulier. nō elatio fuerat ꝑ temptationem ⁊c̄.

Que fuit elatio viri an crediderit ⁊ voluerit qd mulier. d

Solet queri vtruz illa talis elatio ⁊ amor ꝓprie potestatis in viro fuerit sicut in muliere? Ad quod dicimus quia adam nō fuit seductus eo modo quo mulier. Non enim putauit esse verum quod diabolus suggerebat. In eo tm̄ fuisse seductum credi potest ꝙ cōmissum veniale putauerit quod peremptoriū erat. Sed nec prior seductus fuit. nec in eo in quo mulier vt crederet deum illud lignū ideo tangere prohibuisse. qm̄ si tangerēt fierent sicut dij. Verūtm̄ ꝑuaricator fuit adam vt testat̄ apostolus. Poterat em̄ aliqua elatio menti eius inesse ilico post temptationem. ex q̄ voluit lignum vetitum experiri. cum mulierem nō videret mortuā esca illa percepta. Unde Aug⁹ sup Gen. Cum apl̄s adam ꝑuaricatorem fuisse ostendit dicens. In similitudinem preuaricationis ade. seductuz tm̄ negat vbi ait. Adam nō est seductus ꝫ mulier. Unde ⁊ interrogat⁹ nō ait. mulier seduxit me. sed dedit mihi ⁊ comedi. Mulier vero dixit. Serpens seduxit me. Hāc autem seductionem proprie vocauit apl̄us per quam id quod suadebatur cum falsum eēt verum putatum est. scz ꝙ deus lignum illud ideo tāgere prohibuerit. quia sciebat eos si tetigissent sicut futuros deos. tanq̄ eis diuinitatem inuideret. qui eos homies fecerat. Sed ⁊ si virum propter aliquā mētis elationem que deum latere non poterat solicitauit aliqua experiendi cupiditas cū mulierem videret accepta illa esca non esse mortuam. Nec tamen eum arbitror si iam spirituali mente preditus erat nullo modo credidisse qd diabol⁹ suggerebat.

Quid adā nō fuit seduct⁹ sic̄ mulier. scz vt crederet verū qd diabolus suadebat ⁊ tm̄ in aliquo fuit seduct⁹. s. vt veniale putaret pctm̄

Autoritate ꝯfirmat qd dixerat

Quā apl̄us vocauerit seductōnē qua mulier seducta ē nō vir

Quis plus peccauit adam vel Eua. e

Ex quo manifeste animaduerti potest. quis eorum plus peccauerit Adam scz vel Eua. Plus enim videtur peccasse mulier que voluit vsurpare diuinitatis equalitatem ⁊ nimia presumptione elata credidit ita esse futurum. Adam vero nec illud credidit ⁊ de penitentia ⁊ dei misericordia cogitauit. dum vxori morem gerens eius persuasioni consensit: nolens eam contristari ⁊ a se alienatam relinquere ne periret: arbitratus illud esse veniale non mortale delictum. Unde Augustin⁹ Apostolus ait. Adam non est seductus. Quod vtiq; ita accipi potest vt intelligatur nō eē seductus prior. s. vt in eo in quo mulier vt scz crederet illud esse verū. Eritis sicut dij sed putauit vtrūq; posse fieri. vt vxori morem gereret. ⁊ ꝑ penitentiam veniam haberet. Min⁹ ergo peccauit qui de penitentia ⁊ dei misericordia cogitauit. Postq̄ enim mulier seducta māducauit eiq; dedit vt simul ederent: noluit eaz contristari quā credebat sine suo solatio cōtabescere. ⁊ a se alienatam om̄ino interire. Nō quidem carnali victus concupiscentia quā nondū senserat. sed amicabili quadam beniuolētia qua plerūq; fit vt offendat̄ deus. ne offendatur amicus. qd eum facere non debuisse diuine sentētie iustus exitus indicauit. Ergo alio quodāmodo ipse etiam decept⁹ est. Inexpertus em̄ diuine seueritatis in eo falli potuit. vt veniale crederet esse cōmissum. sed dolo illo serpentino quo mulier seducta est nullo modo arbitror illum potuisse seduci. Ex his datur intelligi ꝙ mlier plus peccauerit in qua maioris tumoris ꝑsumptio fuit. Que etiam in se ⁊ in ꝓximum ⁊ in deum peccauit. vir aūt tm̄ in se ⁊ in deū. Inde etiam colligit̄ ꝙ mulier plus peccauerit. quia graui⁹ punita est. cui dictū fuit. In dolore paries filios. ⁊c̄.

Aug⁹. super Gen.

In quo adaz ē decept⁹ ⁊ in quo non

Ex pena etiā plus peccasse ꝓbat̄ mlier

Quid predicte sententie aduersari videtur. f

Sed huic videtur contrarium quod Aug⁹. super Geñ. de viro ⁊ muliere peccatum suum excusantibus ait. Dixit adam mulier quam dedisti mihi dedit mihi de ligno ⁊ comedi. nō dicit peccaui. Supbia em̄ habet confusionis deformitatem. non confessionis humilitatē Nec etiam mulier confitetur peccatū. sed refert in alterum dicens. Serpens decepit me et comedi. in impari sexu sed pari fastu. Ecce hic dicit Aug⁹. quia parem fastum habuit mulier cum viro⁹. ℘ariter ergo supbierūt ⁊ pariter peccauerunt. Sed hoc ita determinari potest vt dicam⁹ parem vtriusq; fuisse fastum in excusatione peccati. ⁊ etiaz in esu ligni vetiti. sed dispārē ⁊ in muliere multo maiorē in eo q; credidit ⁊ voluit esse sicut deus. quod nō vir. Uerūtamen et de viro legitur q; voluit esse sicut deus. Dicit em̄ Aug⁹. sup illum locum ps̄. Que non rapui tunc exoluebam. Rapuit adam ⁊ eua p̄sumens vt diabolus de diuinitate. rapere voluerunt diuinitatem. ⁊ pdiderunt felicitatem. Item super illum locum. Deus quis similis tibi. Qui per se vult esse vt deus. puerse vult esse similis deo. vt diabol⁹ qui noluit sub eo esse. ⁊ homo qui vt seru⁹ noluit teneri p̄cepto. sed voluit vt nullo sibi dominante esset quasi deus. Item super illum ep̄le locum. Non rapinam arbitrat⁹ est se esse equalem deo. quia nō vsurpauit quod suum non esset. vt diabolus ⁊ p̄mus homo.

Determinatō p dicte autoritatis

De viro etiaz legit̄ q; voluerit eē sic̄ de⁹

Quorūdam sententia q; adam ambierit esse vt deus. sed nō crediderit possibile. g

Ideo quibusdam videtur q; etiam adam ambierit esse sic̄ de⁹ nō tamē credidit id fieri posse. ⁊ ideo falsuz esse quod diabolus promittebat cognouit. Et licet diuinitatis equalitatem concupierit. nō tamē adeo exarsit. nec tanta est affectus ambitione sicut mulier que illud fieri posse putauit. ⁊ ideo magis illud ambiēdo supbiuit. Uirum autem aliqua forte ambitionis subzeptio mouit. sed non ita vt illud verum vel possibile foze putaret. Alijs autem videtur ideo dictum esse q; adam illud voluerit. quia mulier de eo sumpta illō voluit: sicut inquiunt. ℘eccatum dicitur per vnum hominē intrasse in mūdū. id ē. in humanam naturam. cum tamē mulier antevirum peccauerit. quia per mulierem intraue rit de viro factam. Uel potius ideo per hominem dicitur intrasse. quia etiam peccāte muliere si vir non peccasset: humanum genus minime peccatis corruptū p̄ret. Ubinus g̃ peccauit vir q̃ mulier.

Aliorū sentētiaq; p̄p̄ euā de viro sumptam id dcm̄ putant.

Per silitudinē ostendit

Obiectio cōtra id qđ dictū ē virū minus peccasse. h

His autem oppo- ni solet hoc modo. Tribus modis (vt Isidorus ait) peccatum geritur .s. ignorantia infirmitate. industria. Et grauius est infirmitate peccare q̃ ignorantia. grauiusq; industria q̃ infirmitate. Eua autem videtur ex ignorantia peccasse. quia seducta fuit. Adam vero ex industria. quia nō fuit seductus vt apostolus ait. Ad quod dicim⁹. quia licet eua in hoc per ignorantiam deliquerit quod putauit verū esse quod diabolus suadebat. non tamē in hoc quin nouerit illud dei esse mandatum ⁊ pctm̄ eē ꝓtra agere. Et ideo excusari a pctō p ignorātiaz nō potuit.

Rñsio q; delict ignorātia eue ē sc̄z ignorāte peccauit in quo

Q ignorantia alia excusat. alia non. i

Est enim ignoran- tia que excusat peccantem. ⁊ est ignorantia talis que non excusat. Est autem ignorantia vincibilis. ⁊ ignorātia inuincibil̄. Excusatio oīs tollit̄: vbi mandatum non ignoratur.

De triplici ignorantia que excusat ⁊ que non. k

Est autem ignorā- tia triplex ⁊ eorū .s. qui scire nolunt cuz possint que nō excusat. quia ⁊ ipsa peccatum ē Et eorum qui volunt. sed non possunt. que excusat. ⁊ est pena peccati nō peccatum Et eorum qui quasi simpliciter nesciunt nō renuentes vel ꝓponentes scire. que neminez plene excusat. sed sic forte vt minus puniatur. Unde Augustinus ad Ualentinū. Eis auferf excusatio qui mandata dei nouerunt quā solēt habere homines de ignorantia. Et licet grauius sit peccare scienter q̃ nescienter. non ideo tñ fugienduz est ad ignorātie tenebras. vt in eis quisq; excusa-

Ubi nō fit cusatio

tionem requirat. Aliud est em̃ nesciſſe. aliud scire noluiſſe. quia in eis q̃ intelligere noluerunt: ipsa ignorantia pctm̃ ē. in eis vo qui nō potuerunt peua peccati. Ignorātia vero que nō est eorū qui scire nolunt. ſ qui tanq̃ ſimpliciter nesciunt. nullū ſic excuſat vt eterno igne nō ardeat. ſed fortaſſe vt minus ardeat. Nō igit̃ mlier excuſationē habuit de ignorātia cū. ꝛ mādatum nouerit. ꝛ pctm̃ esse secus agere nō ignorauerit.

Unde ꝓcesserit consensus illi⁹ peccati cum natura hominis eēt incorrupta. l

Bolet etiam queri cum ſine vitio eſſet natura hominis. vnde conſensus mali ꝓcesserit? Ad quod respō/deri potest quia ex libero arbitrio ꝓprie voluntatis fuit. In ipso em̃ ꝛ in alio causa extitit vt fieret deterior. In alio. quia in diabolo qui ſuasit. in ipso. quia voluntate liberi arbitrij conſensit. ꝛ cum liberū arbitrium ſit bonū. ex re vtiq̃ bona malus ille cōſensus prouenit. et ita ex bono malū manauit. De hoc autem in ſequenti plenius tractabimus cuz origo mali ꝛ in q̃ re coaleſcat inueſtigabit.

An voluntas precesserit illud peccatum. m

Si vero queritur vtrum voluntas illud peccatū precesserit? Dicimus quia peccatū illud ꝛ in volūtate ꝛ in actu conſiſtit. ꝛ voluntas actum p̃ceſſit. ſed ipſam voluntatem alia hominis voluntas mala non precessit. atq̃ ex diaboli ꝑ ſuaſione ꝛ hominis arbitrio illa voluntas mala prodijt. qua iuſticiam deſeruit ꝛ iniquitatem inchoauit: et ipsa voluntas iniq̃tas fuit.

Iſta est diſtinctō. xxij. hui⁹ secūdi

libri. In qua mgr̃ post q̃ egit de temptatione ex parte temptantis. agit de eadem ex parte temptati. Et tria facit. Nā p̃mo inq̃rit q̃d q̃libz eorū peccādo appetierit. Secūdo quis eorū grauius peccauerit vir aut mulier. Tertio vñ cōſensus quo peccauerunt ꝓcesserit. Primū facit a principio diſtinctionis vsq̃ ibi. Ex quo manifeſte. Scōm ab inde vsq̃ ibi. Solet etiā q̃ri

Tertium vsq̃ ad finem diſtinctionis. Et tm̃ in generali. In ſpeciali aūt ſententia mgr̃i stat in tribus ꝓpositionibus quarū prima est hec. Nō adam ſed eua in tanta elatione fuit ſeducta vt per esum ligni vetiti ſe ſimilē fieri deo eſtimauit. Hanc mgr̃ ꝓbans dicit q̃ radix ꝛ origo primi peccati primorū parentū fuit. q̃ in animis eorum preceſſit quedā p̃ſumptionis elatio ex qua diaboli ſuggeſtioni conſenſerunt. p̃mo mulier poſtea vir. Cōtra quod dictū obijciēs dicit q̃ cū ipſo dicto ſequit̃ hoiem nō alterius ſuggeſtione ſz ꝑ ꝓpria ſuperbia peccaſſe vt angelus. ꝛ per conſequens vt angelus corruiſſe. cui⁹ tm̃ contrariū dicebat̃ in p̃cedenti diſtinctione. Ad quod rñdet dicendo q̃ cuz dicebat elationem quandam in peccato primorū parēt̃um preceſſiſſe nō ita intelligebat q̃ illa elatio p̃ceſſerit ſuggeſtionem ſed vt opus peccati. Naz in illo peccato iſte fuit ꝓcessus ꝛ ordo q̃ primo p̃ceſſit diaboli temptatio. ex qua ſecuta est immediate hominis elatio. quā ſecutū est peccatū operis ꝛ vlteri⁹ pena peccati. Et ſubdit q̃ talis elatio fuit aliter in muliere q̃ in viro. quia mulier credidit ſe posse hr̃e dei ſimilitudinem putans verum esse quod diabolus ſuadebat. vir aūt non credebat nec putauit verū esse quod diabolus ſuadebat. aliqua tm̃ elatio in mente ei⁹ per tēptationē extitit. vnde vir aliter fuit ſeductus q̃ mulier. quod diuerſis ſanctorū autoritatibus mgr̃ confirmat. Secunda ꝓpoſitio est hec. Hrauius eua q̃ adam peccauit trāſgrediendo diuinū p̃ceptū in paradiſo. Hanc mgr̃ ꝓbat tripliciter. Primo ex hoc q̃ mulier verū esse credebat quod diabolus ei dixit. qđ nō fecit vir. vt patet ex predictis. Secūdo ex hoc q̃ mulier elata nimis p̃ſumebat ſe posse fieri equalē deo quod nō fecit vir. ſed de penitentia ꝛ miſericordia dicogitans deceptus fuit in hoc q̃ eſtimabat peccatuz esse veniale qđ mortale fuit. Tertio ex hoc q̃ mulier peccauit in deū in ſe ꝛ in primū. vir aūt ſolum in deum ꝛ in ſeipſum. Sed contra illud obijcit tripliciter Primo autoritate Auguſtini dicētis q̃ vtriuſq̃ erat par faſtus. ꝛ per cōſequēs equaliter peccauerūt Ad quod reſpondens dicit. q̃ licet vtriuſq̃ erat par faſtus in excuſatione peccati. quia vir excuſauit ſe per mulierem. ꝛ mulier per ſerpentem. In muliere tamē multo maior faſtus erat. quo ad tria predicta. Secundo obijcit autoritate beati Auguſtini dicentis. q̃ etiam vir voluit esse equalis deo. Ad quod rñdens dicit. q̃ hoc aliqui opinati fuerunt. qui tm̃ cum hoc poſuerūt q̃ vir non tanta ambitione ad hoc exarſit ſicut mulier. Tertio obijcit cōtra idem aſſumens q̃ trib⁹ modis pctm̃ cōmittit̃. ſ. ex ignorantia. ex infirmitate ꝛ ex induſtria. ꝛ grauius est pctm̃ quod cōmittit̃ ex infirmitate q̃ quod cōmittitur ex ignorantia. ꝛ grauius quod cōmittit̃ ex induſtria q̃ quod cōmittit̃ ex infirmitate Cum ergo mulier videt̃ peccaſſe ex ignorantia: qz ſeducta fuit. Adam vero ex induſtria quia non fuerat ſeductus ſm̃ apoſtolū. ergo videtur vir grauius peccaſſe muliere. Et reſpondens mgr̃ dicit. q̃ licet mulier quo ad hoc ex ignorantia peccauit q̃ p diabolum ſeducta credidit esse verū quod ipſe ſuadebat. nō tm̃ quo ad hoc q̃ mādatū dei nō nouerit. cui⁹ oppoſituz diabolus ſibi ſuaſit. ꝛ ideo per ignorantiam excuſari non poteſt: cum ibi ignorantia tollat̃ vbi mandatum non ignorat̃ ꝛ peccatū esse cōtra ipſum mandatū agere nō dubitat̃. Poſtea ſubdit diſtinctionem ignorantie dicens. q̃ ignorantia alia est vincibilis. ꝛ est eorū que nolunt homines ſcire tamen poſſunt ꝛ tenentur. ꝛ illa non excuſat a peccato. ſed potius pctm̃ aggrauat. Alia est inuincibilis ꝛ est eorum que homines volunt ſcire ꝛ non poſſunt. ꝛ illa excuſat ꝛ non est peccatū ſed pena peccati. Et iſta confirmat autoritate Au

gustini. Tertia ꝓpositio est hec. Malus consensꝰ hominis naturaꝫ bonā habentis processit ex proprio libero arbitrio ⁊ suggestione diaboli suadentis. Hāc magister ꝓbans querit Cuꝫ natura hominis eēt sine vitio. vnde ꝓcessit consensus malus. Et respondens dicit. ꝙ processit ex libero arbitrio voluntatis. vnde ex hoc ꝙ homo fiebat deterior hoc fuit a diabolo qui suasit ⁊ a voluntate qua homo suadenti cōsensum dedit. quia liberum arbitrium licet de se fuit bonum. de ipso tamen potuit procedere consensus malus. Querit etiam vtrum voluntas illud peccatum p̄cesserit. Et respondet ꝙ volitiuaꝫ potest dicere potētiam anime. s. potentiam vltimam. ⁊ ſm hoc voluntas peccatum precessit. vel etiam malum actum volūtatis possumus vocare voluntatem. ⁊ ſm hoc voluntas peccatum non precessit. quia ante primam malā voluntatem primi hominis alia mala voluntas hoīs nō fuit. sed prima mala hoīs volūtas ex diaboli persuasione. ⁊ ex hoīs libero arbitrio prodijt. Et tm̄ in speciali.

Quare deus permiserit hominem temptari sciens eum esse casurum. a

DI. XXIII Augꝰ. super Geñ.

Preterea queri solet cur deus hominē temptari ꝑmiserit quē decipiēdū fore p̄sciebat? Sꝫ nō esset laudabile homini si ido bñ viuere posset. quia nemo male viuere suaderet. cum in natura posse ⁊ in potestate haberet velle nō cōsentire suadenti deo iuuante. ⁊ ē gloriosiꝰ nō consentire ꝙ temptari nō posse. Mouētur etiam quidam dicētes. Cur creauit deꝰ q̄s futuros malos presciebat? Quia preuidit quid boni de malis eoruꝫ esset facturꝰ? Sic em̄ eos fecit vt relinqueret eis vñ aliquid facerēt. ⁊ si culpabiliter aliquid facerent. illum de se laudabiliter opantem inuenirent. A se habēt voluntatē malam. ab illo naturā bonam ⁊ iustā penam. Frustra ḡ dicit̄. nō deberet deus creare quos presciebat malos futuros. sciebat em̄ bonis profuturos ⁊ iuste ꝑ mala voluntate punien/dos. Addunt etiam. taleꝫ hominē deberet facere qui nollet om̄ino peccare. Concedimus quidē meliorē naturam esse que omnino peccare nollet. Concedāt ⁊ ip̄i nō eē malam que talis facta est. vt posset nō peccare si vellet. ⁊ iuste punitam que voluntate nō necessitate peccauit. Cū ergo hec bona sit: illa melior: cur nō vtrāq̄ faceret vt vberiꝰ laudaret̄ de vtraq̄. Illa em̄ de sanctis angelis. hec de hominibus est. Item inquiūt Si deus vellet: ⁊ illi boni eēnt. Et hoc quidem concedimus. sed melius voluit. vt qd̄ vellent essent. Et boni quidem nō infructuose. mali vero nō impune essent. Item inq̄/unt. Posset deus voluntatē eorū vertere i bonum. quia om̄ipotens est. posset reuera cur nō fecit? quia noluit. Cur noluit? Ipse nouit. Non debemus plus sapere q̄ oportet.

Quare deus creauit quos p̄sciebat malos futuros

Hic qualis ſm aīam ⁊ agit de sciētia hominis ante peccatū. b

Et quidez sꝫm animam rōnalis fuit homo habēs discretiōeꝫ boni ⁊ mali. Scientiā quoq̄ rerū creatarū ⁊ cognitionē veritatis. que p̄me ꝑfectioni congruebat. mox cōditus nō incōgrue accepisse putat̄. ⁊ ad illam nō studio vel disciplina aliqua ꝑ interualla tempis ꝓfecisse. sed ab exordio sue conditionis diuinitꝰ illā percepisse.

Ꝙ triplicem habuit homo ante lapsum cognitionem scilicet rerum propter se factarum ⁊ creatoris et sui. c

Fuitqꝫ homo primus ante lapsum triplici cognitione preditus. rerum scꝫ ꝓpter se factarū. ⁊ creatoris ⁊ sui. Rerum quippe cognitionē hominem accepisse ꝑspicuum est: cū nō ip̄e creator vl̄ angelus aliquis. sed homo om̄ibus animātibus nomina imposuerit. vt ostenderetur ꝙ singulorū noticiam homo ipse habuerit Que em̄ ꝓpter illum creata erant. ⁊ ab illo regenda ⁊ disponenda erant: horum omnium deus illi ⁊ scientiam tribuit ⁊ ꝓuidentiam atq̄ curam reliquit. Quia vt ait apl̄us nō est cura deo de bobus. Quorū aliorūq̄ animaliū deus homini curā reliquit ⁊ ꝓuidentiā vt dominationi eius subijcerentur ⁊ ratione illius gubernarent̄. vt sciret illis necessaria ꝓuidere a quibus emolimentuꝫ debebat recipe. Hanc autem scientiam homo peccando nō ꝑdidit sicut nec illam qua carnis necessaria prouidentur. Et idcirco i scriptura homo de hmōi non erudit̄. sed d̄ sciētia aīe quā peccando amisit.

De cog[illegible] rerꝫ cr[illegible]

De cognitione cratoris. d

Cognitionem quoq̄ creatoris primus homo habuisse credit̄ Cognouit em̄ a quo creatus fuerat. non eo

modo cognoscendi quo ex auditu solo ꝑcipitur qũo a credentibus absens queritur. ꝫ quadam interiori aspiratione qua dei p̃sentiam cõtemplabat̃. nõ tamẽ ita excellenter sicut post hanc vitam sancti visuri sunt. neq; ita in enigmate qualiter in hac vita videmus.

De cognitione sui. e

Porro sui cognitionem idem homo talem accepisse videtur vt ⁊ quid deberet superiori. ⁊ quid equali ⁊ inferiori nõ ignoraret. Conditionem q̃ꝫ suam ⁊ ordinem scꝫ qualis factus esset ⁊ q̃lit̃ incedere deberet. q̃d agẽ. quid cauere intellexit. Si horum noticiã nõ habuisset. nõ esset reus preuaricationis. neq; seipsum cognouisset.

Vtrũ homo prescius fuerit eorum que sibi futura erant. f

Si autez queritur vtrum homo scientiam habuerit eorũ que circa eum futura erant. id est. si ruinam suam p̃sciuerit. ⁊ similiter prescierit bona que habiturus fuisset si i obediẽtia perstitisset? Responderi potest ꝙ ei magis facienda in dicta sunt q̃ꝫ futura reuelata. Accepit enim scientiam ⁊ preceptum eorum que faciẽda fuerant. sed non habuit prescientiam eoruꝫ que futura erant. Non fuit ergo homo prescius sui casus sicut ⁊ de angelo diximus. Quod Augustinus super Geñ. asserit ratione vtens quam supra posuimus. Hec de scientia hominis q̃tũ ad primũ statum ꝑtinet: dixisse sufficiat.

Rñsio q̃re dr̃ nõ hr̃e futurorũ p̃sciẽtiã

Ista est distinctio. xxiij. hui⁹ secũdi libri. In qua magister postq̃ egit de temptatione primorum parentum ex parte temptati ⁊ temptatoris. agit consequenter de eadem ex ꝑte dei ꝑmittẽtis Et tria facit. Nam primo inquirit quare deus hominem temptari ꝑmisit. Secundo de scientia qua homo illustratus fuit. Tertio an etiam homo statũ futurum presciuit. Primum facit a principio distinctionis vsq; ibi. Et quidem ꝫm animam. Secundum ab inde vsq; ibi. Si vero queritur. Tertium ab inde vsq; ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Deus hominem quem presciuit decipiendum ad laudabilius bonum temptari permisit. Hanc magister insinuans querit quinq; questiones. Prima ẽ cur deus hominem temptari ꝑmisit quem decipiendum presciuit. Et respondens ad hoc dicit ꝙ ad ostẽdendum humane nature dignitatem. quia dignior ẽ conditio posse temptari ⁊ non consentire q̃ꝫ nec posse temptari nec posse consentire. Secunda questio est. cur deus illos homĩes creauit quos futuros malos preuidit. Ad quod respondet dicendo ꝙ propter bonum quod inde venturum nouit. Tertia q̃stio est hec. Cur deus non fecit hominem impeccabilem. Et respondens dicit ꝙ ideo. ꝙ melius esset vtrãq; naturam esse scꝫ eam que non peccare posset sicut in sanctis angelis per gratiam in gloria confirmatis ⁊ eam qua peccare ⁊ non peccare posset si vellet. qualis fuit in hominibus. q̃ꝫ vnius modi solum. Quarta questio est. Cur deus qui sola sua voluntate potuisset eos saluasse a consensu non saluauit eos. Et respondens dicit ꝙ voluit eos nature sue relinquere. vt nec infructuose boni essent. nec impune mali.

Quinta questio est. Cur deus cum sit om̃ipotens non conuertit voluntates eorum ad bonum. Et rñdet ꝙ noluit cui⁹ nolitionis causa vlterius non ẽ querenda. Secunda propositio est hec. Deus mox hominem creatum repleuit omni scientia pertinẽte ad suum statum. Hanc ꝓpositionem magister insinuãs dicit ꝙ primus homo non per interualla siue per successionem temporis sed creatus mox scientiam sibi necessariam ⁊ competentem sibi accepit. vnde triplici cognitione primus parens preditus fuit. Primo cognitione rerum ꝓpter se creatarum. quarum curam erat habiturus. vnde ⁊ eis nomina imposuisse legit̃. ⁊ illam rerum cognitionem ꝑ speciem non perdidit. sed hanc peccato perpetrato retinuit. Secundo dotatus fuit primus homo cognitione sui creatoris. scꝫ dei non quidem enigmatica. sed per quandam ĩteriorem inspirationem. non tamen illa clare sicut in p̃ria ⁊ illam post peccatum non retinuit. Tertio fuit illustratus cognitione sui ipsius sciuit enim quid debuit supiori. quid alijs. quid sibi. ⁊ etiam post peccatum illam retinuit. Tertia propositio est hec. Hõ añ peccatum non presciuit futurum euentum sui status Hanc magister probans querit. Vtrum primus homo habuit scientiam eorum que circa ipsum futura erant. id est. ante presciuerat. qualia bona habuisset si ꝑstitisset. vel etiam ante presciuerit anteq̃ꝫ lapsurus erat. Et respondẽs dicit ꝙ primus homo acceperat scientiam eorũ que agenda ⁊ dimittenda fuerant. alias peccatum fuisset sibi iniuste imputatum. sed nõ fuit sui casus prescius. cuius simile supradictum est de angelis corruentibus. quod cõfirmat autortiate beati Augustini. Et tm̃ in speciali.

De gratia hominis ⁊ de potentia ante casum. a

DI. XXIIII

Nunc diligenter inuestigari oportet quam gratiam vel potentiam habuerit homo ante casuꝫ. Et vtrũ per eam potuerit stare vl̃ nõ? Sciendum est ergo ꝙ homini in creatione (sicut de angelis diximus) datum est per gratiam auxilium et collata est potentia ꝑ

Q̃ in gr̃a creat⁹ fuit i qua potuit stare ꝫ nõ ꝓficere

quam poterat stare. id est. nõ declinare ab eo quod acceperat. sed non poterat proficere intantum. vt per gratiam creationis sine alia mereri salutem valeret. Poterat q̃dem per illud auxilium gratie creatiõis resistere malo. sed non perficere bonum. Poterat tamẽ ꝑ illd̃ bñ viuere quodammodo quia poterat viuere sine peccato. sed nõ poterat sine alio gratie adiutorio spũaliter viuere quo vitam mereret̃ eternam. Vñ Augustinus in ench̃. Sic factus est homo rectus vt ⁊ manere in ea rectitudine posset: nõ sine diuino adiutorio. ⁊ suo fieri peruersus arbitrio. Vtrũlibet horuꝫ elegisset. dei voluntas fieret vel ab illo vel de illo. Et qꝛ suam maluit facere voluntatem q̃ꝫ dei. de illo facta est voluntas dei. Item in eodem. Sic hominẽ prius oportebat fieri. vt ⁊ bñ posset velle ⁊ male. Nec frustra si bene. nec ĩpune si male. Idem quoqꝫ in libro de correctione ⁊ gratia ait. Si hoc adiutoriũ vel angelo vel homini cum primum facti sunt defuisset. quoniam non talis natura facta erat. vt sine diuino auxilio posset manere si vellet. nõ vtiqꝫ sua culpa cecidisset. Defuisset quippe adiutorium sine quo manere non posset. Idem. Dederat deus homini bonã voluntatem. in illa quippe eum fecerat rectum. dederat adiutorium sine quo nõ posset in ea manere si vellet. ⁊ per quod posset Vt aũt hoc vellet: in eius dimisit arbitrio. In eodem. Acceperat posse si vellet. sed nõ habuit velle quo posset. Nam si habuisset perseuerasset. His testimonijs euidẽter monstrat̃ ꝙ homo rectitudinem ⁊ bonam voluntatem in creatione accepit. atqꝫ auxiliũ quo stare poterat. alioq̃n non sua culpa videret̃ cecidisse.

Q̃ etiã poterat ꝑ illã creationis gratiã bene viuere quodammõ.

Augusti.

Qualis fuerat illa rectitudo et bonitas voluntatis in qua creat⁹ est. b

Sed quomõ rectã

⁊ bonam voluntatem habuit homo si ꝑ eã nec mereri vitã valuit nec ĩ ea stare voluit? Quia nec aliq̃d mali ea tunc volebat. ⁊ ad tempus stare voluit. ꝫ non perseuerãter. et ideo recta ⁊ bona fuit tunc voluntas hominis.

Oppositio contra illud quod dictum est hominem non potuisse ꝓficere. c

Ad hoc autẽ quod

diximus hominẽ nõ posse ꝓficere vel mereri ꝑ gratiã creationis: solet opponi sic. Per illud auxilium gratie creationis potuit stare in bono quod accepat. Potuit ergo resistere temptationi. Sꝫ resistere temptationibus atqꝫ suggestionibus malis meritum ẽ ac bonum remunerabile. Om̃e autẽ bonuꝫ meritum: profectus est. Per gratiam ergo creationis proficere potuit sine adiectione alterius gratie. Ad quod dicimus qꝛ resistere malo ⁊ non consentire temptationi nõ fecisset illi meritum ⁊ si non consensisset. quia nihil in eo erat quod ad malũ impelleret sicut angelis qui nõ ceciderunt nõ fuit meritum quod steterunt. id est qd̃ non corruerunt. Nobis autem meritum est aliquando si malum non facimus sed resistimus. ibi dumtaxat. vbi causa subest q̃ nos id facere mouet. quia ex peccati corruptela proni sunt ad lapsum gressus nostri. Vbi autẽ non interuenit causa nos ad malũ impellẽs: non meremur si ab eo declinamus. Declinare em̃ a malo sꝑ vitat penam. ꝫ nõ sꝑ meret̃ palmam.

Respõsio

Q̃ resistere malo aliquando meritum aliqñ non

De adiutorio homini in creatione dato quo stare poterat. d

Hic considerandũ

ẽ quod fuerit illud adiutorium homini datum in creatione quo poterat manere si vellet? Illud vtiqꝫ fuit libertas arbitrij ab omni labe ⁊ corruptela immunis. atqꝫ voluntatis rectitudo. ⁊ omnium naturalium potentiarum anime sinceritas atqꝫ viuacitas

De libero arbitrio. e

Liberum vero ar-

bitrium ẽ facultas rationis ⁊ voluntatis q̃ bonum eligitur gratia assistẽte. vl̃ malum eadem desistente. Et dicitur liberum quantum ad voluntatẽ que ad vtrumlibet flecti potest. Arbitrium ꝟo quãtũ ad rationem cuius ẽ facultas vel potẽtia illa cui⁹ etiam ẽ discernere int̃ bonum ⁊ malum. Et aliq̃ndo quidẽ discretionẽ habẽs boni ⁊ mali qd̃ malum est eligit. aliquãdo ꝟo quod bonũ est. Sed quod bonum est nisi gratia adiuta non eligit. malũ vero ꝑ se eligit. Est em̃ in anima rationali volũtas nat̃alis qua na

turaliter vult bonum: licet tenuiter ⁊ ex/
iliter. nisi gratia iuuet. que aduenientes iuuat
eam ⁊ erigit vt efficaciter velit bonũ. Per
se aũt potest velle malũ efficaciter. Illa er/
go rõnalis anime potentia qua bonum vel
malũ potest velle. vtrũq; discernẽs liberuz
arbitriũ nuncupat̃. qd̃ bruta animalia non
habent. qꝛ rõne carẽt. habẽt tñ sensum ⁊ ap
petitum sensualitatis.

Q̃ bruta animalia nõ hñt libe. ar. sz appetitũ sensualitatis

De sensualitate. f

Est enim sensuali=
tas quedã vis anime inferior ex qua ẽ mo/
tus qui intendit̃ in corpis sensus atq; appe
titus rerum ad corpus ꝑtinẽtiũ. Ratio vero
vis anime est supior. que (vt ita dicamus)
duas habet ꝑtes vel differẽtias. supiorem
⁊ inferiorem. Scd̃m supiorem supernis cõ
spiciendis vel consulendis intendit. Secũ=
dum inferiorem ad temporaliũ dispositio=
nem prospicit. Quicquid ergo in anima no
stra nobis considerantibus occurrit quod
non sit cõmune cum bestijs: ad rationẽ ꝑti
net. Quod autem in ea reperis cõmune cũ
beluis. ad sensualitatem ꝑtinet. Et vbi no=
bis gradatim in consideratione partiũ ani
me progredientibus primũ aliquid occur/
rit quod non est cõmune cum bestijs: ibi in
cipit ratio. Hoc aũt Aug⁹. docet in duode=
cimo lib. de trinitate ita dicens. Uideam⁹
vbi sit quasi quoddã hominis exterioris in
teriorisq; cõfiniũ. Quicq̃d em̃ habemus in
animo cõmune cũ pecore. recte dicit̃ ad ex=
teriorem hominẽ ꝑtinere. Nõ em̃ soluz cor
pus exterior homo deputabit̃. sed adiun/
cta quadam vita sua qua compages corpo
ris ⁊ om̃es sensus vigent. quibus instruct⁹
est ad exteriora sentienda. Ascendentibus
ergo introrsum quibusdã gradibus cõside
rationis ꝑ anime ꝑtes vbi incipit aliq̃d oc=
currere quod non sit nobis cõmune cum be
stijs. ibi incipit ratio. vbi homo interior iaz
possit agnosci. Rationis autem ꝑs superi=
or eternis rationibus cõspiciendis vel con=
sulendis adherescit. Portio inferior ad tẽ/
poralia gubernanda deflectitur. Et illa ra=
tionis intẽtio qua cõtemplamur eterna. sa/
pientie deputat̃. Illa vero qua bñ vtimur
rebus tempalibus scientie deputat̃. Cum
vero disserimus de natura mentis humane
de vna quadam re disserimus. nec eam in
hec duo q̃ com memorauim⁹. nisi ꝑ officia
geminamus. Carnalis autem vl̃ sensualis
anime motus qui in corpis sensus intendi=
tur. nobis pecoribusq; cõmunis est. qui se/
clusus est a ratione sapiẽtie. rõni aũt sciẽtie
vicinus est.

De rõne q̃ hz duas ꝑtes q̃ tũ ad officia

Quid ad rõnem ꝑtinet

Vbi incipit rõ

Q̃ talis est ordo peccandi vel cadẽ
di in nobis qualis fuit in ꝑmis ho=
minibus. g

Illud quoq; pret̃=
mittendum nõ est q̃ talis nunc in vno ho/
mine temptationis est ordo ⁊ ꝓgressio qua
lis tunc in primis ꝑcessit parẽtibus. Ut em̃
tunc serpens malum suasit mlieri ipsaq; cõ
sensit. deinde viro suo dedit. sicq; consum=
matũ est peccatum. Ita ⁊ nunc in nobis ꝓ
serpente est sensualis motus anime. ꝓ mu/
liere inferior portio rationis. ꝓ viro superi
ori rationis portio. Et hic est vir q̃ ꝟm apo
stolum dicit̃ imago ⁊ gloria dei. ⁊ illa ẽ mu
lier que ꝟm eundẽ dicit̃ gloria viri. Atq; in
ter hunc virũ ⁊ hanc mulierez est velut qd̃
dã spũale coniugium naturalisq; cõtract⁹
quo supior rationis portio quasi vir debet
preesse ⁊ dominari. Inferior vero quasi mu=
lier debet subesse ⁊ obedire. Iõ vir ꝟm apo
stolum non debet habere velamen. ꝟ muli
er. Et sicut in cunctis animantibus non est
repertũ homini adiutoriũ simile sibi. sed de
illo sumptum quod ei formaretur in coniu=
giũ. ita in ꝑtibus aĩe quas cum pecoribus
habem⁹ cõmunes. nullũ menti nostre simi
le est adiutoriũ. Unde Aug⁹. in eodem. Il
lud nostrũ quod in actione tempalium tra
ctandorũ ita versat̃ vt nõ sit in nobis com/
mune cũ pecore. rationale est quidem. ꝟ ex
illa rationali mẽte qua subheremus intelli=
gibili ⁊ icõmutabili veritati tanq̃ ductum
⁊ inferioribus tractandis gubernandisq;
deputatum est. Sicut em̃ in om̃ibus peco=
ribus nõ est inuentũ viro adiutorium simi=
le sibi nisi de illo detractum in cõiugiũ for/
maret̃. ita mẽti nostre qua supnam consuli
mus veritatẽ: nullũ est ad vsuz rerũ tempa
lium q̃tum nature hominis satis est simile
adiutoriũ ex anime ꝑtibus quas cõmunes
cũ pecoribus habemus. Ideoq; rationale
nostrũ nõ ad vnitatis diuortiũ sepatum. ꝟ
in auxiliuz societatis quasi deriuatũ in suo
dispartitur officio. Et sicut vna caro ẽ duo
rum in masculo ⁊ in femina. sic intellectum
nostrũ ⁊ actionẽ siue rationẽ ⁊ appetitum ra
tionalẽ. vel si aliquo modo significanti⁹ di/
ci possunt vna mentis natura cõplectit̃. vt
cutsi de illis dictum est. erunt duo in carne

Q̃ in nobis ẽ vir ⁊ mulier ⁊ ꝟpens ⁊ q̃uo

prim Cor: XI cap:

De spũali cõiugio viri et mulieris i nobis.

Testimonio Augu. ita eẽ ostendit

vna,sic de his dici possit.duo in mẽte vna Ecce ex his apte intelligi potest qualiter in anima hominis existat imago illi⁹ coniugij ⁊ qualiter in singulis nostrũ spũaliter sint illa tria.s.vir.mulier.serpẽs.

Consummatur in Temptatio per Tria

Qualiter p illa tria in nobis consũmetur temptatio. b

Nũc superest ostẽdere qũo per hec tria in nobis consummet peccati⁹.Vbi agnosci poterit si diligent intendat quid fit in anima mortale vel veniale peccatum.Ut em̃ ibi serpẽs suasit mulieri.⁊ mulier viro.Ita ⁊ in nobis sensualꝭ motus cum illecebrã peccati conceperit.quasi serpens suggerit mlieri.s.inferiori parti rationis.id ẽ.rationi scientie.que si consenserit illecebre:mulier edit cibum vetitũ.Post de eodem dat viro cum superiori pti rationis id est rationi sapientie eãdem illecebrã suggerit quasi consentit.tunc vir etiam cum femina cibũ vetitum gustat.Si ergo in motu sensuali tãtũ peccati illecebra teneat:veniale ac leuissimũ est peccatũ. Si vero inferior pars rationis consenserit:ita vt sola cogitationis delectatione sine voluntate perficiendi teneat.mulier sola manducauit nõ vir.cui⁹ autoritate cohibet volũtas.ne ad opus vsq; pueniat.Si vero assit plena voluntas pficiendi vt si assit facultas ad effectum pducatur:vir quoq; mãducat.q; superior pars rationis illecebre ꝓsensit.⁊ tũc est damnabile ⁊ graue peccatum.Quando aũt mulier sine viro gustat aliquãdo ẽ mortale.aliquãdo veniale peccatũ.Ut em̃ dictum est tũc mulier sine viro gustat.cuz ita delectatione cogitationis peccatum tenet. vt faciendũ nõ decernat.vt cum quidã terminus ⁊ mensura peccato adhibetur a viro vt nõ liceat mulieri effrenata libertate i peccatum pgredi. Si ergo peccatũ nõ diu teneatur delectatione cogitationis.sed statim vt mulierem tetigit viri autoritate repellat:veniale est.Si vero diu in delectatione cogitationis teneat ⁊ si voluntas perficiendi desit.mortale est.⁊ pro eo damnabitur simul vir ⁊ mulier.id est. totus homo. quia ⁊ tunc vir non sicut debuit mulierem cohibuit. vñ põt dici consensisse.

Pctm̃ sit veniale

Mulier sola manducat cibũ vetitum

An ẽ mortale pctm̃ in gustu mlieris discerne aliquãdo mortale: aliqñ veniale peccatum

Repetit quãdo mlier sine viro gustat vbi oñdit qñ veniale et qñ mortale est

Repetitio summam perstringens i

Itaq; vt breuiter

summam pstringam.quãdo peccatũ ita in anima concipit vt illud facere disponat.vt etiam pficiat.aliud frequẽter.aliud semel. vel etiam quãdo delectatione cogitatiõis diu teneat:mortale est.Cum vero in sensuali motu tantũ est vt prediximus:tunc leuissimum est.quia ratio tunc nõ delectat.Ideo autem supra dixi aliud frequenter.aliud semel.quia quedam sunt que si tantũ semel fiant.vt facienda disponant.damnant. quedam vero non.nisi sepius fiant.vel faciẽda decernantur.vt de ocioso verbo ⁊ hmõi.

Aug⁹. Hec Aug⁹.in.xij.libro de trinitate tradit ita.Sicut in illo cõiugio primoz hominuz serpens manducandũ psuasit.Mulier autem non manducauit sola sed viro suo dedit ⁊ simul manducauerunt.ita ⁊ in q̃dam secreto coniugio quod in vno homine geritur ⁊ dinoscit cum rationi scientie que in rebus tempalibus agendis ratiocinandi vacitate versatur:aialis sensus ingerit quãdam illecebram.tunc velut serpens alloq;tur feminã.Huic aũt illecebre consentire ẽ ligno vetito est edere. Sed iste cosensus si sola cogitationis delectatione ꝓtentus est: supiori vero autoritate ita retinent mẽbra vt nõ exhibeant arma iniquitatis peccato:sic habendum estimo.velut lignũ vetitum mulier sola comederit.Si aũt in consensu illo ita decernitur quodq; peccatum vt si sit potestas etiam ope impleatur.intelligenda ẽ mulier dedisse viro suo simul edẽdum illicitum cibum.Neq; em̃ potest peccatum nõ solum cogitandum suauiter verũ etiam perpetrandum efficaciter mente decerni.nisi ⁊ illa mẽtis intentio penes quam summa potestas est membra in opus mouẽdi vel ab ope cohibendi male actioni cedat

Auctõr a ita cẽpit

Mlier viro manducat

Utrũ sit tale qõ in delectatione tenet cogitationis

Nec sane cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis non quidem decernens eẽ facienda:tenens tamen ⁊ volens libenter que statim vt attigerũt aimũ respui ⁊ ebuerunt:negandũ est esse pctm̃.sed longe minus q; si ⁊ ope statuatur implendũ. Et idõ de talibus quoq; cogitationibus venia petenda est pectusq; pcuciendum ⁊ dicendũ. Dimitte nobis debita nostra. Neq; em̃ si ẽ in illis duobus primis hominibus personam suam quisq; portabat. Et ideo si sola mulier cibum edisset illicitũ.sola vtiq; mortis suplicio plecteretur.ita dici potest i homine vno.si delectationibus illicitis a quibus continuo se deberet auertere cogitatio libenter sola pascatur nec faciẽda decernãtur mala.sed tamen suauiter in recordatio-

ne teneant̃ quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credẽ. Hic quippe vna psona est: vnus homo est. totusq; damnabitur. nisi hec que sine voluntate opandi. ꝫ tñ cum voluntate animum talibus oblectãdi solius cogitationis sentiunt̃ esse peccata per mediatoris gratiam remittantur. Idẽ quoq; in libro contra manicheos de hoc eodem sic ait. Apostolus dicit. Scd̃m principem potestatis aeris hui⁹ spũs qui nũc operatur in filijs diffidentie. Nunquid ergo visibiliter eis apparet aut quasi corporeis loci accedit ad eos ⁊ operatur. Sed miris modis per cogitationem suggerit quicq̃d potest. quibus suggestionibus resistendum ẽ Nõ em̃ ignoramus astutias eius. Quomodo em̃ accessit ad iudam quãdo ei persuasit vt dñm traderet. Nunquid in locis. aut ꝑ hos oculos ei visus est? Sed vtiq; vt dictũ est in cor eius intrauit. Repellit autem illũ homo si ꝑadisum mentis custodiat. Posuit em̃ hominem deus in paradiso vt operaretur ⁊ custodiret. quia sic̃ ecclesie dicit̃ in canticis canticorum. Ortus ꝯclusus fons signatus. quo vtiq; nõ admittit̃ ꝑuersitatis ille persuasor. sed tamen ꝑ mulierem decepit. Non em̃ etiam ratio nostra deduci ad consensionem peccati potest. nisi cum delectatio mota fuerit in illa ꝑte animi qua debet obtempare rationi tanq̃ rectori viro. Etiam in vno quoq; nostrum nihil aliud agitur cum ad peccatum quisq; dilabitur. q̃ tunc actum est in illis tribus serpẽte. muliere. ⁊ viro. Nam primo fit suggestio siue per cogitationem siue ꝑ sensus corporis vl̃ videndo vel tangendo. vel audiendo. vel gustando. vel olfaciendo. Que suggestio cum facta fuerit si cupiditas nostra nõ moueatur ad peccandum. excludit̃ serpentis astutia. Si aũt mota fuerit: quasi iam mulieri persuasum erit. sed aliquãdo ratio viriliter etiam commotã cupiditatem refrenat ⁊ compescit. Quod cũ sit: nõ labimur in peccatum. sed cum aliquãta luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat ⁊ quod libido cõmouerit faciendum eẽ decernat. ab omni vita beata tanq̃ de paradiso expellitur homo. Jam em̃ peccatum imputat̃ etiã si non subsequat̃ factũ. qñ rea tenet̃ in consensione cõscientia.

August.

Quare hec de anime partib⁹ dixit. k

Hec de anime partibus interseruimus. vt ipsius anime natura plenius cognosceretur. ⁊ ꝫm quaz sui portionem in ea sit liberum arbitrium: intelligatur. s. ꝫm rationem qua omne peccatuz mortale geritur. sed non om̃e veniale. illud scz qd̃ in solo motu sensualitatis existit.

Q sensualitas sepe in scriptura aliter q̃ supra accipit̃. s. vt etiaz inferior rationis portio eius nomine intelligat̃. l

Non est autem silẽtio pretereundum ꝙ sepe in scriptura noĩe sensualitatis. nõ id solum in anima quod ẽ nobis cõmune cum pecore. sed etiam inferior portio rationis que tempalium dispositioni intendit: intelligitur. Quod diligẽs lector in locis scripture vbi de ipsa fit mentis vigilanter annotet.

Ista est distinctio. xxiiij. hui⁹ secũdi libri. In qua magister postq̃ egit de temptatione primi hominis ꝑ quam cecidit agit de potentia per quam stare potuit. cuiusmodi est liberum arbitrium Et tria facit. Nam primo ostendit ꝙ primis parentibus fuit datum sufficiens adiutorium ad status innocentie tentionem. Secundo subdit ꝙ illud adiutoriũ fuit liberum arbitrium insinuans ad quam ipsum ꝑtineat anime portionem. Tertio subiũgit ꝙ nos peccantes sequimur quodãmodo primorũ parentũ temptationem. Primum facit a principio distinctionis vsq; ibi. Considerandum est. Scd̃m vsq; ibi Illud quoq; non pretereundũ est. Tertiũ vero vsq; ad finem distinctionis. In speciali sententia magistri stat in trib⁹ ꝓpositionibus quarũ prima est hec. Prim⁹ homo auxilio gratie a creatione sibi indite potuisset absq; merito cuilibet temptationi restitisse. Hanc mgr̃ probans dicit ꝙ primus hõ ex creatione habuit sibi inditum recte voluntatis auxilium. quo resistere potuit malo. licet nõ ad meritum glorie. Et ratio est qz si tale auxilium non habuisset peccatuz non fuisset sibi iuste imputatum. Sed contra obijcitur dupliciter Primo querẽdo quomodo talis voluntas recta possit dici. quia primus homo nec meruit nec stetit. Et respõdet ipsam fuisse rectam ꝑ mali carentiam. ⁊ quia per hoc eam ad tempus stare voluit. Secundo querit sic Cum resistere malo sit meritorium si potuit in primo statu resistere malo. ergo mereri potuit. Et respondet ꝙ resistere malo in natura corrupta meritorium bene est. in qua est aliquid impellens ad malum. sed non fuit sic in natura integra. in qua fuit auxilium includens rectitudinem omniũ potentiarũ anime. absq; quocũq; impellente ad malum. Secunda ꝓpositio est hec. Auxilium quo homo in statu innocentie potuisset vitasse peccatum est liberum arbitrium ꝑtinens ad supioris rationis portionem Hanc magister insinuans querit. Quid sit illud auxilium quo homo potuisset in primo statu vitasse peccatum. Et respodens dicit ꝙ fuit liberum arbitrium. quod describẽs dicit. ꝙ sit facultas rationis ⁊ voluntatis qua bonũ eligitur cum gratia ⁊ malum sine gratia. ⁊ dicitur liberum quo ad voluntatem. ⁊ dicitur arbitrium quo

ad rationem ad quam spectat potentia discernendi. Et dicitur facultas voluntatis ⁊ rationis eo ꝙ tā ad voluntatem q̄ ad rationem spectat. Ex quo correlarie infert ꝙ liberum arbitrium sit potentia rationalis nature qua potest velle bonum vel malum vtrūq; discernendo. ⁊ ꝑ consequēs bruta animalia eo carēt ⁊ sic tantum sensum ⁊ appetitum qui sensualitas dr̄ habent. Et subdit ꝙ sensualitas ⁊ ratio sunt duc vires anime ab inuicem differentes. Nam sensualitas respicit sensus corporis ⁊ appetitus eorum. Ratō vero est quedam vis anime superior excedens omne illud quod habemus cōmune cum brutis. Cuius quidem rationis duplex est portio. vna inferior que disponit temporalia. Alia supior que eternis bonis cōspiciendis intendit. Et he due portiones non nomināt duas esse potentias anime. sed diuersa esse officia vnius ⁊ eiusdem potentie. Tertia propositio est hec. Tunc mortaliter vel venialiter peccamus dū vel in opus vel in delectationem culpe consensum damus. Hanc magister insinuans dicit ꝙ ad instar primi hominis primi peccati aliquando ꝯtingit nos peccare. Unde sicut in primo peccato primorum parentum inueniebat serpens suadēs mulieri. ⁊ mlier suadens viro. ita ⁊ in nobis sensualitas ꝑ modum serpētis suadet rationi supiori. nam ratio supior ⁊ inferior habet se sicut vir ⁊ mulier. quia sicut vir seductus fuit a muliere sibi data in adiutorium. ⁊ vnum cū ipo existit in carne vna. ita ratio inferior a supiori deducitur ⁊ est ei in adiutorium vnū cuz illa vna mentis natura existens. Et subdit ꝙ motus ad peccandū q̄ solum est in sensualitate est pctm̄ veniale. sed ꝑueniens ad rōnem supiorē est pctm̄ mortale. cōsistens autē in rōne inferioris si nō diu tenet etiam ē veniale. Si vero in ea diu teneat mortale est. Et hec om̄ia ꝓbat autoritate beati Augustini. addens ꝙ ratio inferior etiam qn̄q; sumit ꝓ sensualitate qd̄ dimittit diligenti lectori ꝑscrutandum. igit ⁊c̄. Et tm̄ in speciali de sentētia huius distinctionis.

Redit ad liberi arbitrij considerationem a

DI. XXV

Diffinitio liberi arbitrij

Iam vero ad ꝓpositum redeamus. scz ad liberi arbitrij tractatuz. Quod philosophi diffiniētes dixert liberū de volūtate iudicium. quia potestas ipsa ⁊ abilitas voluntatis et rationis quā supra diximus eē liberū arbitrium. libera est ad vtrūlibet. qꝛ libere pōt moueri ad hoc vel ad illud. Liberum ergo dicit arbitriū q̄tum ad voluntatem. qꝛ voluntarie moueri ⁊ spontaneo appetitu ferri pōt ad ea que bona vel mala iudicat. vl̄ iudicare valet.

Q liberum arbitrium non pertinet nisi ad futurū. nec ad omne futurum. b

Hoc autez sciendū est ꝙ liberum arbitrium ad p̄sens vel ad p̄teritum nō refertur. sed ad futura contingētia. Quod em̄ in p̄senti est. determinatuz ē nec in potestate nostra est vt tunc sit vel nō sit quādo est. potest em̄ nō esse vel aliud eē postea. sed nō pōt nō esse dū ē. vl̄ aliud eē dū id est quod est. sed in futuro an hoc sit vel illud. ad potestatem liberi arbitrij spectat. Nec tamen om̄ia futura sub potestate liberi arbitrij veniunt. sed ea tantū que ꝑ liberum arbitrium possunt fieri vel nō fieri. Si quis em̄ tale quid velit ac disponat facere quod in eius nullatenus sit potestate. vel quia sine ipsius dispositione eque fieret. in hoc ip̄e liberū nō habet arbitriū.

Q supraposita descriptio liberi arbitrij non cōuenit deo nec his qui glorificati sunt. c

Et quidez sz̄m predictam assignationē in his tm̄ videtur esse liberū arbitrium qui voluntatem mutare ⁊ in contraria possunt deflectere. In quoruz videlicet potestate est eligere bonū vel malum. ⁊ vtrūlibet s̄m electionē facere vel dimittere. Scd̄m ꝙ nec in deo nec in his omnibus: qui tanta beatitudinis gratia sunt roborati. vt iam peccare nequeant liberum arbitrium esse nequit. Sed quod de⁹ liberū arbitriū habeat Aug⁹. docet in lib. xxij. de ciuita. dei. ita inquiens. Certe deus ipse nū quid qm̄ peccare nō pōt. ideo liberum arbitrium habere negādus est. Amb. q̄ in lib. de trini. ait. Paulus dicit. quia om̄ia opat vnus atq; idem spūs. diuidens singulis ꝓ ut vult. i. ꝓ libere voluntatis arbitro. nō ꝓ necessitatis obsequio.

Q in deo liberū arbitrium

Ambros.

Qualiter in deo accipit liberū arbitrium. d

Sed aliter accipit liberū arbitrium in creatore q̄ in creaturis Dei etem̄ liberum arbitrium dicitur ei⁹ sapientissima ⁊ om̄ipotens voluntas. que nō necessitate. sed libera bonitate om̄ia facit ꝓ ut vult. Jōq; Hiero. attendēs nō ita esse liberum arbitrium in deo sicut est in creaturis. ab ipso videt liberum arbitriū excludere in omelia quadā de filio prodigo dicens Solus deus ē in quem peccatuz non cadit. nec cadere potest. Cetera cū sint liberi arbitrij in vtrāq; ꝑtem flecti possunt. Dum ait cetera. indicat liberum arbitrium sicut ē in

Hiero.

ceteris nõ ita esse in deo.

Q angeli ⁊ sancti q̃ iam beati sunt habent liberũ arbitrium. e

Angeli vero ⁊ sancti qui iam cum dño feliciter viuũt. atq; ita gr̃a beatitudinis cõfirmati sunt vt ad malum flecti nõ velint. nec possint: libero arbitrio nõ carent. Uñ Aug⁹. in lib. xxij. de ciuitate ait. Sicut p̃ma imortalitas fuit quã peccando adam ꝑdidit posse nõ mori. ita p̃mum liberũ arbitrium posse nõ peccare. nouissimũ nõ posse peccare. Idẽ in ench. Sic oportebat prius hominẽ fieri. vt bene velle posset ⁊ male. Postea vero sic erit vt male velle nõ possit. nec ideo carebit libero arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium quod om̃ino nõ poterit seruire peccato neq; aut voluntas nõ ẽ. aut libera dicenda non ẽ. qua beati sic eẽ volumus. vt esse miseri nõ solum nolim⁹. sed nequaq̃ prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nostra nunc hz nolle infelicitatẽ. ita nolle iniquitatem semꝑ habitura est. Sed ordo ꝑuandus fuit quo deus voluit ostẽdere q̃ bonum sit animal rationale qđ etiã peccare possit. q̃uis sit melius qđ peccare nõ possit. Ecce his v̄bis euidẽter astruit̃ q̃ post beatitudinis confirmationẽ erit in homine liberũ arbitrium quo peccare nõ poterit. ⁊ nũc in angelis est ⁊ in sanctis qui cũ dño sunt. ⁊ tanto vtiq; liberius quanto a pctõ immunius ⁊ ad bonum pronius. Quo em̃ quisq; ab illa seruitute de qua scriptum est. Qui facit peccatum seruus est peccati. longius absistit. tanto in eligendo bonum liberius habet iudicium. Unde si diligenter inspiciatur liberum videt̃ dici arbitriũ. quia sine coactiõe ⁊ necessitate valet appetere vel eligere qđ ex rõne decreuerit.

Augusti.

Q liberius erit arbitriũ qñ peccare ñ poterit

Euidẽs ⁊ sufficiẽs rõ q̃re dicat̃ eẽ liberũ arbitrium

De libertatis arbitrij differẽtia ꝑm diuersa tempora. f

Ex p̃dictis perspicuum fit q̃ maior fuit libertas arbitrij p̃ma q̃ secunda. ⁊ tertia multo maior q̃ scđa vel prima. Prima em̃ libertas arbitrij fuit in q̃ poterat peccare ⁊ nõ peccare. Ultima vero erit in qua poterit nõ peccare. ⁊ nõ poterit peccare. media v̄o in qua põt peccare. ⁊ nõ põt ñ peccare. añ repatiõz etiã mortalit̃. p⁹ repationẽ v̄o saltẽ venialiter.

De quattuor statibus liberi arbitrij. g

Et possunt ĩ homine notari quatuor status liberi arbitrij Añ pctm̃ enim ad bonum nil impediebat. ad malum nil impellebat. Nõ habuit infirmitatem ad malum. ⁊ habuit adutorium ad bonum. Tunc sine errore ratio iudicare et voluntas sine difficultate bonum appetẽ poterat. Post pctm̃ v̄o añ repationẽ gratie p̃mit̃ a ꝯcupiscentia e ⁊ vincitur: ⁊ hz infirmitatẽ in malo. ꝑ non habet gratiam in bono. ⁊ ido põt peccare ⁊ non põt non peccare etiam damnabiliter. Post repationem v̄o añ confirmationem p̃mitur a concupiscentia sed non vincitur. ⁊ habet quidem infirmitatem in malo. ꝑ gratiam in bono. vt possit peccare propter libertatẽ ⁊ infirmitatem. ⁊ possit non peccare ad mortẽ propter libertatem ⁊ gratiam adiuuantẽ. nondum tamẽ habet posse om̃ino non peccare vl̃ non posse peccare propter infirmitatẽ nondum perfecte absorptam. ⁊ ꝓpt̃ gratiam nondũ plene consummatam. Post confirmationẽ v̄o infirmitate penitus consumpta ⁊ gratia cõsummata. nec vinci poterit nec p̃mi. ⁊ tunc habebit nõ posse peccare.

De corruptione liberi arbitrij per peccatum. h

Unde manifestuz ẽ q̃ p̃ter alias penalitates pro pctõ illo icurrit hõ penã in corruptiõe ⁊ dep̃ssiõe liberi arbitrij. Per illđ nãq; pctm̃ naturalia bona ĩ ip̃o hoĩe corrupta sunt. ⁊ gratuita detracta. Hic ẽ em̃ ille q̃ a latronib⁹ vulnerat⁹ ẽ ⁊ spoliat⁹. Vulnerat⁹ q̃dẽ ĩ naturalib⁹ bonis q̃b⁹ nõ ẽ p̃uat⁹. alioq̃n nõ posset fieri reparatio. Spoliat⁹ v̄o gratuitis q̃ ꝑ gratiaz naturalib⁹ addita fũant. Hec sunt data optima ⁊ dona ꝑfecta. Quorũ alia sunt corrupta ꝑ pctm̃. i. naturalia. vt ingeniũ. mẽoria ĩtellect⁹. alia sb̃tracta. i. g̃tuita. quãq̃ ⁊ naturalia ex gr̃a sint. Ad generalẽ đi q̃ppe gratiã ꝑtinẽt. Sepe tñ hmõi fit distictio cũ gr̃e vocabulũ ad spẽm nõ ad gen⁹ refert̃. Corrupta ẽ g̃ lib̃tas ꝑ pctm̃ ⁊ ex ꝑte ꝑdita. Uñ Aug⁹. in ench. Libero arbitrio male vtẽs homo ⁊ se ꝑdidit ⁊ ip̃m. Cũ em̃ libero arbitrio peccaret̃: victore pctõ amissum ẽ ⁊ liberum arbitrium. A quo em̃ q̃s deuictus est

Augusti.

huic seruus addictus est. Ecce liberū arbitriū dicit hoiem amisisse. non quia post peccatum nō habuerit libez arbitriū. sed quia libertatem arbitrij pdidit. nō quidē oīem ꝑ libertatē a miseria ⁊ a peccato.

De tribus modis libertatis arbitrij. i

Est nanqz libertas triplex. s. a necessitate a peccato. a miseria. A necessitate ⁊ añ peccatū ⁊ post eque liberum ē arbitrium. Sic eī tunc cogi nō poterat ita nec modo. Jdeoqz voluntas merito apud deū iudicat̄ que semp a necessitate libera est ⁊ nunq̄ cogi pōt. vbi necessitas ibi nō est libertas. vbi nō est libertas. nec volūtas. ⁊ ideo nec meritū. Hec libertas in oībus est tā in malis q̄ in bonis. Est ⁊ alia libertas a peccato. s. de qua dicit apostol⁹. Ubi spūs dñi ibi libertas. Et vitas in euāgelio. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Hec libertas a seruitute peccati liberat ⁊ seruos iusticie facit. sicut ecōuerso seruitus peccati liberos iusticie facit. Unde apostol⁹. Liberati a peccato serui facti est iusticie. Et item. Cum serui essetis peccati liberi fuistis iusticie. Hanc libertatem peccando homo amisit. Jdeoqz Aug⁹. dic̄. q homo male vtens libero arbitrio: ⁊ se perdit ⁊ ipsum. quia perdita est ꝑ peccatum libertas. nō a necessitate sed a peccato. Qui eī facit pctm̄. seruus est peccati.

De libertate a necessitate

De libertate a peccato

Qui habent hanc libertatem scz a pctō ⁊ per quid. k

Istam libertatem que est a peccato illi soli nunc habent quos filius ꝑ gr̄am liberat ⁊ reparat. nō ita q̄ penitus sint sine pctō in hac mortali carne. ꝑ vt in eis peccatuz nō dñet neqz regnet. Et hec est vera ⁊ bona libertas que bonaz parit seruitutem. s. iusticie. Añ Augustin⁹ in ench. ait. Ad iusticiā faciendam nō erit aliquis liber nisi a peccato liberatus: esse iusticie ceperit seruus. ⁊ ipsa est vera libertas ꝓpter recti facti leticiam. simul ⁊ pia seruitus ꝓpter p̄cepti obedientiam. Ast alia libertas nō vera male seruituti adiuncta. q̄ est ad malū faciēdū vbi ratio dissentit a voluntate iudicans nō esse faciendum qđ voluntas apetit. Ad bonū vero faciendū cōcordat ratio voluntati. ⁊ ido ibi vera libertas est ⁊ pia. De libertate aūt ad malum ⁊ seruitute mala ait Aug⁹. in ench. Serui ad dicti peccato. s. que potest esse libertas nisi q̄n eum peccare delectat. Liberaliter enim seruit qui sui dñi voluntatē libenter facit. ac ꝑ hoc ad peccādū liber ē. qui peccati seruus est.

Questio de libertate ad malum an sit ipsa libertas liberi arbitrij an alia l

Hic queri pōtvtrū hec libertas qua quis liber est ad malu sit libertas arbitrij: Si eī libertas arbitrij est: bonū quidem est. quia libertas arbitrij bonum naturale est. Quibusdā videt̄ q̄ sit ipsa libertas arbitrij. que semp bona est. ꝑ pter peccati seruitutem ad malum fit liberior ⁊ pronior. ⁊ ideo dicit̄ non esse vera libertas. quia ad malum est. Alijs autem videtur q̄ hec libertas ad malum quam supra cōmemorauit Aug⁹. nō sit ipsa libertas arbitrij. sed sit quedā pronitas peccandi et curuitas que ex peccato est. ⁊ mala est.

Respō quosdā

Questio alia de libertate ad bonum. an ipa sit libertas arbitrij an non. m

Similiter etiā queri solet vtrū illa libertas vera que est ad iusticiam faciendam sit ipsa libertas arbitrij: Quidam dicunt illam eandem esse sed reparatam ꝑ gr̄am: qua iuuante libera est ad bonum. sine gratia vero nō est libera ad bonum. Unde Aug⁹. in ench. Jsta libertas ad bene faciendum vnde erit homini addicto ⁊ vendito sub peccato nisi euz redimat qui dicit. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Quod anteq̄ fieri in homine incipiat. qūo quisq̄ de libero arbitrio gloriatur qui nōdū est liber ad opandū bñ. Ecce apte ostēdit liberum arbitrium ꝑ gratiaz liberari. vt ꝑ illud bene opet̄ quis. Jdeoqz dicūt illā libertatē verā q̄ ē ad bñfaciēdum cui⁹ supra meminit Aug⁹: eē libertatē ipam arbitrij gr̄a dei liberatā ⁊ adiutā. Alij vo putant nō eē ipam arbitrij libertatē. ꝑ aliā q̄ndā q̄ ex gr̄a ⁊ libero arbitrio i mēte hois deo opante incipit eē cū repatus ē.

Respō quosdā

Scōm

Certa determinatio vtriusqz questionis qua dicit̄ libertas ad bonū ⁊ ad malū eē libertas arbitrij. n

Verum nobis magis placet vt ipsa libertas arbitrij sit. ⁊ illa qua quis liber est ad malum. ⁊ illa qua ꝙs liber est ad bonum faciendū. Ex causis em̄ varijs sortitur diuersa vocabula. Dicit em̄ libertas ad malum faciēdum anteꝙ p gratiam sit reparata. sed cum per gratiam fuerit reparata dicitur libertas ad bonum faciendum. quia ante gratiam libera est voluntas ad malum. p gratiam vero libera fit ad bonum. Semp ergo voluntas homis aliq̄ modo libera est. sed nō semp bona est. Nō em̄ est bona nisi a peccato liberata. est tm̄ a necessitate libera. Unde Aug⁹. in libro de gratia ⁊ libero arbitrio. Semp in nobis voluntas libera est. sed non semp bona ē. Aut em̄ libera ē iusticie quādo seruit pctō. ⁊ tūc est mala. aut a peccato libera est qm̄ fuit iusticie. ⁊ tūc est bona.

De libertate a miseria. o

Est iteruꝝ libertas a miseria. de qua apls ait. Et ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertatem glorie filiorū dei. Hanc libertatē habuit homo ante peccatum. quia oīm carebat miseria ⁊ nulla tāgebat molestia. ⁊ pleniꝰ habebit in futura beatitudine vbi miser esse nō poterit. Sed in hac vita que ē inter primum peccatum ⁊ vltimā confirmationem: nemo a miseria liber est. qz pena pec cati nō caret.

Repetit de corruptione liberi arbitrij. vt addat alia. p

Ex predictis appareret in quo p peccatum sit imminutū vel corruptum liberū arbitrium. quia añ peccatū nulla erat homini difficultas. nullū ꝙ ipedimentū de lege membrorū ad bonum. nulla impulsio vel instigatio ad maluz. Nunc aūt p legem carnis ad bonum impeditur ⁊ ad malum instigat. vt nō possit velle ⁊ perficere bonū nisi p gr̄am liberet ⁊ adiuuetur qz ait apls. ¶Peccatū habitat in carne Liberū ergo arbitrium cū semp ⁊ in singulis sit liberū. nō est tm̄ piter liberū in bonis ⁊ in malis. ⁊ ad bona ⁊ ad mala. Liberi⁹ em̄ est in bonis vbi liberatū. est ꝙ in malis vbi liberatum nō ē. Et liberius ē ad maluz quod p se potest ꝙ ad bonū. quod nisi gratia liberet ⁊ adiuuet: nō potest.

Dz nō ē piter libe. ar. in bonis ⁊ in malis ad bona ⁊ ad mala

De libertate que fit ex gratia ⁊ que ex natura. q

Libertas ergo a peccato ⁊ a miseria p gratiam est. libertas vero a necessitate p naturam. Utrāq̄ libertatem nature. s. et gratie notat apostol⁹ cū ex persona hominis non redempti ait. Velle adiacet mihi. pficere aūt bonum non inuenio. ac si diceret. habeo libertatem gratie Ideo nō est apud me pfectio boni. Naz volūtas homis quā naturaliter habet. nō valet erigi ad bonum efficaciter volendum vel ope implendum. nisi per gratiaz liberetur ⁊ adiuuetur. Liberet quidem vt velit. ⁊ adiuuet vt pficiat. Quia vt ait apostol⁹ Non est volētis velle neq̄ currētis curre/re. id est opari. sed miserētis dei qui opat in nobis velle ⁊ opari bona. cui⁹ gratiā nō aduocat hominis voluntas vel operatio. sed ipsa gratia voluntatem p̄uenit preparando vt velit bonum. ⁊ preparatam adiuuat vt pficiat.

Quid possit p se bois volūtas. ⁊ qd p gratiam

Ista est distinctō. xxv. huiꝰ secūdi libri. In qua magister postq̄ egit de libero arbitrio put est in omnibus in generali. Agit de eo put est in quibusdam in speciali. Et tria facit. Primo enim ostendit respectu quorum sit liberum arbitrium. ⁊q̄ aliter sit in deo ⁊ aliter in homine ⁊ aliter in angelo. Secundo qūo differenter ad bonum vel malum se habeat in viatoribus. Tertio qualiter ipsum mō debilitatum sit ex peccato. Primum facit a principio distinctionis vsq̄ ibi. Hic queri potest. Secundum ab ibi vsq̄ ibi. Ex predictis apparet Tertium vero vsq̄ ad finem distinctionis. In speciali sentētia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec.

Liberum arbitrium quod solum respectu futurorum contingentium est in viatoribus aliter in deo. aliter in angelis. ⁊ aliter est in hominibus. Hanc mgr ponens dicit q̄ liberum arbitrium philosophi diffinientes dixerunt hoc esse liberum de voluntate iudiciū eo q̄ libere possit moueri ad hoc vel ad aliud. non āt attendit libertas arbitrij respectu p̄tiū aut p̄teritorū. qz p̄tia ⁊ p̄terita determinata sunt. nec subiacēt nr̄e volūtatis facultati. sed solū respectu futurorū cōtingentiū que solū humane subsunt ptāti. Et subdit q̄ liberū arbitriū dissimiliter est in deo nobis et angelis beatis. Nam in deo est oīmo liberū arbitriuz a seruitute peccati. In angelis beatis cōfirmatū per gr̄am. In nobis aūt est flexibile in bonū vel in maluz Uñ fm q̄druplicē hois statū quadruplex assignat in hoīe fuisse libertas. in statu innocētie erat libertas ī hoīe q̄ potuit peccare ⁊ nō peccare. in statu beatitudinis seu patrie. erat in eo libertas q̄ nullo mō poterat peccare. In isto statu vie post pctm̄ añ repatiōez habuit libertatem qua non potuit nō peccare etiam mortaliter. In statu vo post pctm̄ ⁊ p⁹ repationē ante gloriā habet libertatē qua nō pōt nō peccare venialiter. Arguit hō pōt peccare mortaliter post pctm̄ ⁊ p⁹ reparationem ante statum glorie. ergo illud dictum mgri ñ videt ve ē assumēdū. añcedēs pbat. qz ille potest peccare mortaliter qui habet potētiā ad oppo

sita existentem. Sed homo in illo statu existens habz ad oppositā potentiam inclinatā. ergo potest etiam mortaliter peccare. maioz nota est. Sed minoz patet ex hoc q homo habet in illo statu potentiam rōnalez que est ad oppositā. Solutio satis manifesta est z patet ergo dimittit. Ex quo infert cozrelariū q liberuz arbitrium p pctm est vulneratum z expoliatum. vulneratum quo ad naturalia. expoliatū quo ad gratuita. que duo homo sine gratia nō potest repare. sicut aliquis qui seipsum occideret ille nō posset per se ad vitam redire. qm non ens non potest esse alicuius rei pducibilis principiū. Sed p interfectionem occisus factus est non ens. ideo per se non potest ad vitam redire. licet tamen possibile sit p virtutem diuinam. alias non. sequeret cm q idem esset suipsius principiū productiuum quod contradictionem implicat. Subdit etiam q sit triplex libertas. Prima est a coactiōe z illa semp fuit z manet in hominibus in omni statu. Alia est libertas a miseria z illa habuit liberum arbitrium in statu innocentie. z habebit ipsaz in statu beatitudinis z glozie. Tertia est libertas a peccatis q̄ solum est in hominibus viatoribus qui p̄m gratiam a peccatis liberant. Unde infert q etiam sicut seruus iusticie est liber a peccatis. sic seruus peccati est liber a iusticia non tamen ꝓpter hoc seruus peccati est liber dicendus. eo q libertas a iusticia. s. nō sit vera libertas censenda. Scōa propositio est hec. Quāuis homo solo libero arbitrio mediante non possit pfecte p se in bonū p se tm ipso solo mediāte potest in malum. Hanc magister ꝓbans querit. Utrū in hoīe ad bonum z ad malum faciendum sit libertas arbitrij. Ad quod respondens recitat duas opiniones z postea sententiam suā ꝓpriam. Prima opinio dic q sola libertas arbitrij etiam nullo addito facit hoīem liberum ad bonum vel ad malum faciendum. Secunda dicit q non sola libertas arbitrij efficiat. sed mediante aliquo alio addito ita q pronitas ad peccāduz addito libero arbitrio moueat ipsum ad malum. gratia xo ipsi apposita moueat ipsum ad bonū. Sz magister ponens sententiā suā dicit. q vtrūq sit a libero arbitrio. s. et posse in bonū. z posse in malum. ita q posse in malum habeat homo ex se: posse autem in bonum mediante gratia. sine qua non potest quis in bonum nisi valde debiliter. Et hoc confirmat magister autozitate beati Augustini. Tertia propositō est hec. In hominibus liberum arbitrium est quodā modo per peccatum minutum. Hanc magister probans dicit q ex predictis patet q liberum arbitrium sit in homine per peccatum minutum seu quodāmodo in sua libertate cozruptum. quia ante peccatū homo potuit sine difficultate moueri in bonum. qō post peccatum non potest lege membrozum repugnante. eo q p peccatum recepit difficultatem ad bonum et incitamentum. seu pronitatem ad malum. que aū peccatum non habebat. Et libertas nature. id est. libertas a coactione. quam libertatem nature vocat. eoq p naturam inest z etiam cuilibet non sufficit ad bonū pficiendum. si non assit libertas gratie. id est. libertas a miseria z peccato. ita q per liberum arbitrium nullus potest velle bonum nisi liberatus a seruitute peccati neq pficere bonū nisi adiut gratia assistēte quod probat p illud apostoli. Non est volentis neq currentis sed dei miserentis qui opat in nobis velle z pficere. Et tm in speciali.

De gratia operāte z cooperāte a

DLXXV

Hec est gratia operās z cooperās. Opans em gratia p̄parat hoīs voluntatem vt velit bonū. Gratia cooperās adiuuat ne frustra velit. Un Aug⁹. in libro de gratia z libero arbitrio. Cooperando deus in nobis pficit quod opando incipit. q ipse vt velimus opaī incipiens. qui volentib⁹ cooperatur pficiens. Ut ergo velim⁹ opaī. Cū aūt volum⁹ z sic volum⁹ vt pficiam⁹: nob cooperaī. z tm sine illo. vl opante vt velimus. vel cooperante cū volumus bona pietatis opa nihil valemus. Ecce his xbis satis aperit que sit opans gratia. z que cooperans. Opans em gratia est que p̄uenit volūtatē bonā. ea em liberaī z p̄paraī hominis volūtas. vt sit bona. bonū q̄z efficaciter velit. Cooperās vero gra volūtatem iam bonā sequit adiuuādo. Un Aug⁹ cōtra Julianū hereticū qui bonā voluntatem ex libero arbitrio tm esse dicebat. atq hoiem p liberū arbitriū posse bonū velle z opari sine gra asserebat ait. Aptam de cōmendatione gre apls sententiā ptulit cum ait. Nō ē volētis neq currētis. sed dei miserētis. Hec si attenderes iuliane nō extēderes contra gratiā merita volūtatis humāe Nō em ideo miseret de⁹ alicui⁹ q̄z voluit z cucurrit. ꝑ ideo voluit z cucurrit. q̄z miser⁹ tus ē de⁹. Ꝑparaī em volūtas hois a deo z a dño gressus homis dirigunī. Ideoq cōgrue ait. Nō ē volētis neq currētis. sed miserentis dei. Nō q̄z hoc sine volūtate nostra agaī. sed q̄z volūtas nra nil boni agit: nisi diuinitus adiuueī. Un alibi aplus ait Nō aūt ego ꝑ gra dei mecum. Nō ideo dic q̄z nihil boni agebat. sed q̄z nihil boni agēt si illa nō adiuuaret His testimonijs apte insinuaī: q̄z volūtas hois gra dei p̄ueniī atq p̄paraī vt fiat bona. nō vt fiat voluntas. q̄z z añ gram volūtas erat. ꝑ nō erat bona z recta volūtas.

Que sit gratia operans q̄ cooperans

De pfectione iusticie

Augustinus ad paulū

Quid sit voluntas. b

Voluntatē ipsam

Aug⁹. i li. de duab⁹ aiab⁹ ita diffinit. Volūtas ē ai mot⁹ cogēte nllo ad aliq̄d nō admittēdū vl adipiscēdū. ꝑ āt vt nō admittat malū z adipiscat bonū p̄uenīt z p̄paraī di gra Un apls graz p̄ueniētē z sb̄sequētē cōmendās. i. opantē z coopātē vigilāt dixit. Nō ē volēt neq currēt. ꝑ miserēti di. z ñ econtra. nō ē miserētis dei sed volētis z currētis

De gra operāte z cooperāte z hois voluntate

Rondnob viij No Voluntat

Deus est em q operatur in vob et velle et pficere p bona philip: 2° capi:

Nam si vt quibusdam placuit quod dictū est ita accipiat. Non est volentis neq; currentis sed miserentis dei. tanq; diceret. nō sufficit sola voluntas hominis si non sit etiam misericordia dei. Econtra dicitur non sufficit etiam misericordia dei si non sit etiā voluntas hominis. Ac per hoc si recte dictum est illud. quia id voluntas hominis sola non implet. cur nō etiam a cōtrario recte dicit nō miserentis est dei: sed volentis est hominis. cuz id misericordia dei sola nō impleat. Homo em̄ credere vel sperare nō poterit nisi velit. nec pueníre ad palmaz nisi voluntate currat. Restat ergo vt ido ita recte dictū intelligat. vt totum det deo q̄ hominis voluntatem bonam preuenit z pparat adiuuandam. z adiuuat preparataz nolentem p̄uenit vt velit. volentem subsequitur ne frustra velit. Ecce his verbis et alijs p̄missis euidenter tradit quia voluntas hominis preparat z preuenitur gratia dei vt velit bonum. z adiuuatur ne frustra velit.

Q̄ bona voluntas comitat gratiam. c

Itaq; bona volū tas comitat gratiam nō gratia volūtatem Unde Augustin⁹ ad Bonifaciū papā scribens contra pelagianos inquit. Cuz fides impetrat iustificationem sicut vnicuiq; de⁹ ptitus est mensuram fidei. non gratiaz dei aliquid meriti precedit humani. sed ipa meret augeri. vt aucta mereat z perfici voluntate comitāte: nō ducente. pedissequa: nō preuia. Ecce hic aperte habes q̄ gratia p̄uenit bone voluntatis meritum. z ipsa bona voluntas pedissequa est gratie non preuia.

Que sit gratia volūtatē preueniēs scz fides cū dilectione. d

Et si diligenter intendas nihilomin⁹ ubi monstratur que sit ipsa gratia voluntatē p̄ueniens z pparās. scz fides cum dilectione. Ideoq; Aug⁹. in eodem tractans quō iustificati sumus ex fide. z tñ gratis. vtrunq; em̄ dicit apostolus qui dicit iustificati ex fide. alibi ait. Justificati gratis p gratiam. Hoc em̄ ideo dixit. ne fides ipsa superba sit ne dicat sibi si ex fide iustificati. quō gratis? Quod enim fides meret: cur nō potius reddit q̄ donat? Nō dicat hō ista fidelis. quia cū dixerit habeo fidem vt merear iustificationem. respondet ei. quid habes quod non accepisti. Fides em̄ qua iustificatus es: gratis tibi data est. Hic aperte ostendit q̄ fides est causa iustificationis. z ipsa est gratia z beneficiū quo hominis preuenit voluntas z preparatur Unde Aug⁹. in primo libro retractationū. Voluntas est qua z peccatur z recte viuit Voluntas vero ipsa nisi dei gratia liberet a seruitute qua peccati serua facta est. z vt vitia superet et adiuuetur. recte pieq; viuit a mortalibus nō potest. z hoc beneficiuz q̄ liberatur nisi eam preueniret iam meritū daretur. z nō esset gratia que vtiq; gratis datur. Preuenitur ergo bona hominis volūtas illo gratie beneficio quo liberat et p̄parat. Et illud beneficium fides christi recte intelligit. sicut Aug⁹. in ench. euidēter ostendit dicens. Ipsum arbitrium liberandum est post illam ruinam a seruitute peccati. Nec omnino per seipsum sed p solam dei gratiam que in fide christi posita ē liberatur z volūtas p̄paretur. Ecce aperte dicit gratiam per quā liberat arbitrium et preparat voluntas. sitaz esse in fide christi. Fides enim christi vt in eodez ait impetrat qō lex imperat.

1 Cor iij Cap:

Voluntas est z peccatur et recte viuit?

De beneficio quo volūtas liberat

Q̄ voluntas bona que preuenit gratia quedam dei dona preuenit e

Ipsa tamen eadez voluntas quedam gratie dona p̄uenit Un Aug⁹. in ench. Precedit bona volūtas hominis multa dei dona. sed nō omnia. que autem non p̄cedit: ipsa in eis est z ipsa iuuat. Nam vtrūq; legit in sanctis eloquijs. z misericordia eius p̄uenit me. z misericordia dei subsequet me. Nolentem quippe p̄uenit vt velit. volentem subsequitur ne frustra velit. Cur em̄ ammonemur orare pro inimicis nostris nolentibus pie viuere nisi vt deus in eis opet z velle. Itēq; cur āmonemur petere vt accipiamus nisi vt ab illo fiat qō volumus a quo factū ē vt velimus Inde aplus ait. Nō est volētis neq; currētis s dei miserētis. Ex his apparet q̄ bona hominis volūtas quedā dona dei p̄uenit. quia eam comitatur gra adiuuans. z q̄busdam p̄uenitur. quia eam preuenit gra opans. s. fides cū charitate.

Que predictis videant aduersari scz qd videt dici fidem esse ex voluntate. f

Non ē tamen ignorandum quod alibi Augustinus significare videt q ex voluntate sit fides. de illo vbo apostoli. Corde credit ad iusticiam. ita sup Johannem tractans. Ideo non simpliciter apostolus ait credtur. sed corde creditur. quia cetera potest homo nolens. credere non nisi volēs. intrare ecclesiaz ⁊ accedere ad altare potest nolens sed non credere. Item sup Genesim vbi Laban ⁊ Batuel dixerunt. Uocem⁹ puellam ⁊ queramus eius voluntatem. dicit expositor. quia fides est voluntatis non necessitatis Ad quod respondentes dicimus. nō hec ita accipienda fore vt ex volūtate hominis fides intelligatur prouenire cum ipsa sit proprie dei donum. vt ait apostolus. ⁊ ex ea bona hominis merita incipiant. Per hanc enim vt ait Augustinus super psalmum. lxvj. iustificatur impius. id est. fit de impio pius. vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionē operari. vnde omnia bona merita incipiūt Sz potius hec ideo ita dicta sunt. quia nō est fides nisi in eo. qui vult credere cui⁹ bonam voluntatem fides preuenit nō tempore sed causa ⁊ natura. Unde Augustinus supra congruenter dixit. q bona voluntas in eis donis est que non precedit. ⁊ ipsa iuuat. quia ea iuuat quibus preuenit duz eis cōsentit ad effectum boni ⁊ in eis est. quia tempore ab eis nō precedit.

Rñsio cū determinatione

Quedam adhuc addit que grauiorem faciunt questionē. s. q cogitatio boni precedit fidem. g

Ceterum hāc questionem magis acuunt. ⁊ vrgent vba Augustini quibus in libro de predestinatione sanctorum vtitur ptractans illud verbum apostoli. Non q sufficientes simus cogitare aliquid quasi ex nobis. Attendant iquit hic ⁊ verba ista perpendant: qui putant ex nobis esse fidei ceptū. ⁊ ex deo esse fidei supplementum. Cōmendās em̄ istā gr̄am que nō dat ꝑm aliqua merita. sed efficit omnia bona merita inquit. nō q sufficiētes simus cogitare aliquid boni. s. ex nobis. Quis autem nō videat prius eē cogitare q̄ credere Null⁹ quippe credit aliq̄d nisi prius cogitauerit esse credendū. Si ergo cogitare bonū nō ē ex nobis. vt hic aplus tradit: nec credere. quā q̄ ⁊ ip̄m credere nihil est aliud q̄ cū assensione mēt cogitare. Hic videt insinuare q cogitatio bona precedat fidē. ⁊ ita bona voluntas p̄uenit fidem. nō p̄ueniat. qd p̄dictis aduersari videt. Ad hoc aūt dicimus q aliqñ cogitatio bona siue voluntas p̄uenit fidem. sed nō est illa bona volūtas vel cogitatio qua recte viuit. Illa eniz sine fide ⁊ charitate nō est. Nā vt ait Aug⁹ ad Anastasium. sine spiritu nō est volūtas hominis libera. cum cupiditatibus vincat nō ē libera ad bonū nisi liberata fuerit. Nō aūt liberat nisi p spiritū sanctum diffundatur charitas in cordib⁹. nō est libera voluntas. nisi eaz liberet gr̄a p legem fidei. id est. nō est libera sine fide opante p dilectionem ⁊ illa sufficiēter bona est. Nō est em̄ fruct⁹ bonus qui de charitatis radice non surgit. Si vo assit fides opans p dilectionē: fit delectatio boni.

Quid sit credere

Determinatio

De illa cogitatione boni que precedit fidem plene disseritur. h

Illa autem cogitatio siue volūtas que fidem ⁊ charitatē aliasq̄ iustificatiōes p̄cedit nō sufficit ad salutez nec recte ea viuit. Hac volūtate cōcupiscit illa bona volūtas que est magnū bonū. ista vero nō. Alia ergo illa est volūtas siue cogitatio: alia ista. Et sicut illa istam p̄cedit. ita illam preuenit intellectus. Unde Aug⁹ istam distinguens sup illum locū ps̄. Concupiuit aīa mea desi. iu. ait. Cōcupiuit desiderare inquit. nō desiderauit. Uidem⁹ eniz rōne nōnunq̄ q̄ vtiles sunt iustificationes dei. ꝑ infirmitate p̄pediti aliqñ nō desideramus. Preuolat ḡ intellect⁹. sequit tardus aut nullus affectus. Scimus bonū nec delectat agere. ⁊ cupimus vt delectet Sic iste olim desiderare cōcupiscebat. que bona eē cernebat. cupiens eorū habere delectationem quorū potuit videre rationem. Ostendit itaq̄ quibus q̄si gradib⁹ ad eas puenia tur. prius em̄ ē vt videant q̄ sint vtiles et honeste.: deinde vt earum desideriū cōcupiscat. Postremo vt ꝓficiente gratia delectet earum opatio quarū sola ratio delectabat. Attende hunc ordinem gratiarum quem hic distincte assignat Augustinus. qualiter scz intellectus bonorum precedit

Quid sit cogitatio ⁊ mala tatem

Aug⁹

Scdm Augu ordinē nit

concupiscentiam eorundem. et ipsa concupiscentia delectationem que fit per fidem ⁊ charitatem. qua habita vere bona est voluntas qua recte viuit. Ipaq; fidei comes est: nō preuia Qui vba Augustini pmissa sm hanc distinctionē cōsiderat. nullā ibi repugnantiā fore aīaduertit. nō ignorans etiam ante gratiā pueniēntem ⁊ opantez q̄ volūtas bona prepat in homine. precedere quedam bona ex dei gratia ⁊ libero arbitrio. quedā etiam ex solo libero arbitrio q̄bus tn̄ vitam nō meret: nec gr̄am qua iustificat. Illius em̄ gratie pcipiende que volūtatē hominis sanat. vt sanata legem impleat nulla merita precedūt. Ipa est em̄ q̄ iustificatus impius fit iustus. qui prius erat impius. merit aūt impij non gratia sed pena debet. nec ista esset gratia si nō daret gratuita. Datur aūt gratuita. quia nil boni añ feceramus vnde hoc mereremur. Non negamus tn̄ multa ante hanc gr̄az ⁊ pter hāc gr̄am ab homine fieri bona p liberum arbitrium. vt tradit Aug⁹. in rn̄sionib⁹ contra pelagianos. vbi dicit homines p liberū arbitrium agros colere. domos edificare. et alia plura bona facere sine gr̄a coopante.

Q aliqn̄ gr̄a iustificatiōis multa i hoīe pcedūt bona q̄dā ex gr̄a et libertate arbitrij tm̄

Aug⁹. de spiritu ⁊ lr̄a Aug⁹. ad Sixtum

Q ab homīe bona fiūt p liberū arbitriū

Utrum vna eademq; sit gratia que dicit operans ⁊ cooperans. i

Hic considerandū est cum p̄dictum sit p gratiam opantem et preuenientē voluntatem hominis liberari ac p̄parari vt bonū velit et p gratiam cooperantē ⁊ subsequētez adiuuari. ne frustra velit. vtrū vna ⁊ eadez sit gratia. i. vnū munus gratis datum quod opet ⁊ coopet. an diuersa alteruz ⁊ altrū cooperās? Quibusdam nō irrōnabiliter videt q̄ vna ⁊ eadem sit gr̄a. id est. donum: eadem vt⁹ que opatur ⁊ coopat. sed ppter diuersos ei⁹ effectus ⁊ dicit opans ⁊ cooperās. Opans em̄ dicit inq̄tū liberat ⁊ p̄parat voluntatē hominis vt bonum velit. Cooperans inq̄tum eandem adiuuat ne frustra velit. s. vt opus faciat bonū. Ipa em̄ gr̄a non est ociosa. sed meretur augeri. vt aucta mereatur perfici.

Dic dicit q̄ vna sit: sz propter diuersos effect⁹ diuersa sortit noīa

Quid sit ipsa gratia ⁊ qūo meret augeri querit. k

Si vero queritur quomodo ipsa gratia preueniēs mereatur augeri ⁊ perfici. cum nullum meritū sit absq; libero arbitrio. ⁊ q̄d sit ipa gratia an virtus an nō? ⁊ si virtus: an actus vel nō? Ut hoc apte insinuari valeat premittendum ē tria esse genera bonorum. Alia nanq; sunt magna. alia minima. alia media. vt Augustinus ait in primo libro retractationū Virtutes inquit quibus recte viuit magna bona sunt. Species autem quorumlibet corporum sine quibus recte viui potest minia bona sunt. Potentie vero animi sine quibus recte viui non potest media bona sunt Item virtutibus nemo male vtitur. Ceteris autem bonis. id est. medijs ⁊ minimis. non solum bene sed etiam male quisq; vti potest. et ideo virtute nemo male vtitur. q̄z opus virtutis est bonus vsus istorum quibus etiam non bene vti possumus. Nemo autem bene vtendo male vtitur. Non solū aūt magna s etiā media ⁊ minima bona eē p̄stitit bonitas dei. Ecce habes tria genera bonorum distincta.

Añq̄ soluit p̄mittit de tribus generib⁹ bonorū.

Idē in li. de ibe. ar.

In quibus bonis sit liberum arbitrium. l

Queritur autez in quibus bonis contineatur liberum arbitrium? De hoc Augustinus in primo libro retractationum ita ait. In medijs quidē bonis inuenitur liberum voluntatis arbitriū quia ⁊ male illo vti possumus. sed tamē tale est vt sine illo recte viuere nequeamus. Bonus autem vsus eius iam virtus ē que in magnis reperitur bonis. quib⁹ male vti nullus potest. Et quia bona ⁊ magna ⁊ media ⁊ minima ex deo sunt. sequit vt ex deo sit etiam bonus vsus libere voluntatis qui virtus est. ⁊ in magnis numeratur bonis.

Augusti.

Attende diligenter que dicta sunt ⁊ confer in vnum. Sic em̄ aperietur quod supra querebatur. Dixit equidem opus virtutis esse bonum vsum illorum bonorum quib⁹ etiam non bene vti possumus. id est mediorum in quibus posuit liberum arbitrium. cuius quoq; bonum vsum dixit esse virtutem. Quod si est. non est ergo opus virtutis quod supra dixit. q̄z aliud est vtus aliđ opus eius.

Premissas autoritates ꝯsiderari ⁊ cōferri iubet vt possit soluiq̄đ querebat

In quo magister postq̄ egit de deo ꝺm se seu ꝺm rōnē sue naturalis pfectionis. s. in primo. ⁊ ꝺm q̄ eius potentia relucet in effectu mundane creationis. puta in secundo libro. Agit consequenter de eo in q̄ntum eius sapientia resplendet in effectu mūdane restaurationis. Et diuidit iste tertius liber in tres tractatus principales. In primo agit ō verbi eterni incarnatione. ⁊ ille extenditur a principio libri vsqꝫ ad decimam quintā distinctionē. In secundo tractat de eiusdem verbi incarnati passione. ⁊ protēditur a decimaquinta distinctione vsqꝫ ad vicesimātertiam distinctionem. In tertio determinat de donoꝫ ⁊ virtutum perfectione. ⁊ hoc a vicesimatertia distinctione vsqꝫ ad finez libri. In prima inquā distinctione primi tractatus tria facit. Primo eī ostendit quid sit incarnatio. Secundo qualiter specialiter filium incarnari decuit: deducit. Tertio an pater ⁊ spūssāctus incarnari potuerunt: inquirit. Primuz facit a principio distinctionis vsqꝫ ibi. Diligenter xo. Secundum xo subiungit abinde vsqꝫ ibi. Si xo queritur. Tertium autem subiungit vsqꝫ ad finem distinctionis. In speciali eī magistri sententia stat in tribus ꝓpositionibus. quarum prima est hec. Visibilis dei filij missio est ipsa xbi incarnatio. Hanc eī ꝓpositionez magister probat autoritate apostoli dicentis. q̄ in tempore plenitudinis. scilicz in tempore gratie quod initium habuit ab aduentu saluatoris nostri. pater misit filium suum antiquis patribus ꝓmissum in lege. cuius quidem filij visibilis in carnem missio dicitur esse ipsa incarnatio. Secunda ꝓpositio est hec. Licet etiam a qualibet persona diuina potuit humana natura assumi. nulla tamen personarum ita congrue humanari potuit sicut persona verbi. id est filij. Hanc quidem ꝓpositionez magister ꝓbat triplici ratione. Quarum quidez rationum prima sumitur ex appropriato filij s. sapiētia. Nam consonum fuit. vt deus qui in sapientia om-

nia condidit. per sapientiam etiam omnia restaura ret. ⁊ hoc confirmat parabola euangelica de mulie re querente et inueniente dragmam perditam Luce. xv. Secunda ratio sumitur ab origine ipsius filij. Nam origo filij est esse ab alio. congruum igitur fuit vt primo mitteretur ille qui est a solo patre. et deinde spiritussanctus qui est a patre ⁊ filio. Et hãc rationem confirmat autoritate beati August. iiij. libro de ciui. ca. j. Tertia ratio ad idem colligitur ex pprio filij. Nam pprium filij est esse filium. cum ergo congruum fuit vt qui in deitate erat dei filius. i humanitate fieret hominis filius. ne duos filios estimaremus decuit personam filij precipue incarnari. Hanc rationẽ confirmat autoritate Augustin in ecclesiasticis dogmatibus. ca. ij. Tertia propositio ẽ hec. Quãuis pater ⁊ spiritussanctus incarnari posset si vellent aut voluissent. ad solum tamen filiuz carnis assumptio terminata est. Hanc probat p hoc q vna ⁊ eadẽ est diuinaz psonaz potẽtia. si igit ex illa potentia vna potuit incarnari. ⁊ omnes potuerunt incarnari. Postea magister obijcit contra superius dicta scz q solus filius sit incarnatus. Et arguit sic. Opera trinitatis adextra sunt indiuisa. si igitur filius assumpsit naturam humanam. ⁊ pater ⁊ spiritussanctus assumpserunt. Alioquin aliquid faceret vna persona quod non faceret alia. ⁊ sic opera trinitatis adextra essent diuisa. Ad quam obiectionez magister dicit. q Quis tota trinitas incarnationẽ christi sit operata. eo q opera trinitatis ad extra sint indiuisa. sola tamen persona filij est incarnata. eo q assumptio nature humane ad ipsum terminatur. quod exemplificat de tribus puellis vni ỗ ipsis tunicam induentibus. que omnes operantur ad iudutionem. ⁊ tamen vna sola est induta. Et tm̃ in speciali.

Quare totam humanam naturã accepit. et quid nomine humanitatis vel humane nature intelligẽdum sit. a

DI. II

ET quia i homine tota humana natura vitio corrupta erat. totã assumpsit. id est animã ⁊ carnez. vt totam curaret ⁊ sanctificaret. Q autez humane nature siue humanitatis vocabulo: anima ⁊ caro intelligi debeant. aperte docet Hieronymus in expositione catholice fidei dicens. Sic confitemur i christo vnã filij esse personã. vt dicamus duas perfectas ⁊ integras esse substantias. id est deitatis ⁊ humanitatis que ex anima continetur ⁊ corpore. Ecce aperte ostendit humanitatis nomine animã ⁊ corpus intelligi. q̃ duo assumpsisse dei filius intelligitur vbi hominẽ siue humanitatẽ vel humanã naturã accepisse legitur. Errant ergo qui nomine humanitatis non substantiam sed pprietatem quandam a qua homo nomniatur significari contendunt vbicũq humanitas christi memoratur. Ait em̃ Johannes damascenus. Sciendum quidẽ est q deitatis ⁊ humanitatis nomen substantiarum. s. naturarum est repsentantium. Natura em̃ non sic accipitur in christo. vt cuz dicitur vna natura esse omniũ hominum. quod euidenter idem Johannes ostendit differentẽ rationem dicti assignans. cũ natura humana i christo nominat. ⁊ cuz vna dicitur natura omniũ hominũ. Ait enim. Cum vnaz hominũ naturam dicimus sciendum est q non considerantes ad anime ⁊ corporis rationez hoc dicimus. Impossibile em̃ est vni⁹ nature dicere domini corpus ⁊ animã ad inuicez compata. Sed q plurime persone hominũ sunt. omnes autem eandem suscipiunt rationem nature. omnes em̃ ex anima ⁊ corpe cõpositi sunt ⁊ omnes naturas anime participãt. ⁊ substantiam corporis possident. cõmunẽ speciem plurimaz et differentium psonarum vnam naturam dicimus vniuscuiusq scz persone duas naturas habentis. ⁊ in duabus perfecte naturis anime scz ⁊ corporis existentis. In domino autem iesu christo non est cõmunẽ speciem accipere. neq em̃ factus est nec est. nec aliquãdo fiet alius. Sed christus ex deitate ⁊ humanitate est. i deitateq ⁊ humanitate deus factus est idem ⁊ homo pfectus. Totaz ergo hominis naturam. id est animã ⁊ carnẽ ⁊ horum pprietates sine accidentia assumpsit deus. non carnẽ sine anima nec animã sine ratione: vt heretici voluerunt: sed ⁊ carnẽ ⁊ animam cum sensibus suis. Unde Jo/ Jo. dam̃. hannes damasce. ait. Omnia que in natura nostra plantauit de⁹. verbũ assumpsit scz corpus ⁊ animam intellectualem ⁊ horum idiomata. Totus em̃ totũ assumpsit me. vt toti mihi salutem gratificet. Quod em̃ inassumptibile est: incurabile est.

Hieron.

Errorẽ quorundam tangit qui hũanitatez male accipiunt.

Jo. dam̃.

De vnione verbi et carnis mediãte anima. b

ASSũpsit ergo dei filius carnem ⁊ animam. sed carnem mediante anima. vnitum est carni per medium intellectum verbum dei. Tante em̃ subtilitatis atq simplicitatis est diuina essentia. vt corpori de limo terre formato vniri nõ congruerit. nisi mediante rationali essentia. Illa autem vnio inexplicabilis ẽ adeo vt etiam Johannes ab vtero sanctificat⁹: se non esse dignum fateatur soluere corrigiam calciamenti Jesu. quia illius vnionis modum inuestigare: alijsq explicare

non erat sufficiens. Non sunt ergo audiē/di. qui non verum hominē filiū dei susce/pisse dicunt. neq; natum ō femina. sed fal/sam carnem ⁊ imaginem corporis simula-tam ostendisse videntibus. In quem erro rem prumpūt. quia timent qō fieri nō pos sit. scilicet ne humana carne veritas ⁊ sub stantia dei inquinetur. ⁊ tamen predicant istum visibilē solem radios suos per om/nes feces spargere. ⁊ eos mundos ⁊ since ros seruare. Si ergo visibilia munda visi bilibus imūdis ꝓtingi pñt ⁊ nō coinq̄nari q̄ntomagis incōmutabil' ⁊ inuisibilis veri tas p spirituz animā. ⁊ p animā corpus su scipiens: totum hominē sine sui cōmutati one assumpsit. et ab omnibus infirmitati/bus liberauit. Ecce hic dicit dei sapientiā p spiritum assumpsisse animā. ⁊ p animaz corpus. Spiritus em̄ sanctus pars anime superior. ⁊ maiori similitudine deo ꝓpin/quat q̄z anima. scilicet ipsa eadem ſm infe riorem partē. et anima magis q̄z corpus. et ideo non incongrue aia dicit assūpta p spm̄. ⁊ corpus p animā.

Q verbum simul assumpsit carnē et animā. neq; caro prius est cōce pta q̄z assumpta. c

Si autez queritur

vtz verbū carnem simul ⁊ animā assum/pserit. an prius animā q̄z carnem. vel car-nem q̄z animā. ⁊ vtrum caro illa prius fue rit in vtero virginis concepta. ⁊ postea as sumpta. Uerissime ⁊ absq; vlla ambigui tate dicitur. quia exquo deus hominez as sumpsit: totum assumpsit. simulq; sibi vni uit animā ⁊ carnem. nec caro prius fuit cō cepta ⁊ postmodū assumpta. sed in conce-ptione assumpta. ⁊ in assumptione concep-ta. Unde Augustinus in libro de fide ad Petrū. Firmissime tene. ⁊ nullatenus du bites non carnem christi sine diuinitate cō ceptam in vtero virginis prius q̄z susci/pere a verbo. sed ipsum verbum deū sue carnis acceptione conceptū. ipsam q̄z car/nem verbi incarnatione conceptam. Idē in libro ō trinitate. Non esset dei hominū q̄z mediator. nisi esset idem deus idem ho mo in vtroq; vnus ⁊ verus. quam serui/lem formam a solo filio susceptam. tota tri nitas cuius vna est voluntas et operatio fecit. Non autem in vtero virginis prius caro susceptа est. ⁊ postmodum diuinitas venit in carnem. sed mox vt verbum ve/nit in vterum. seruata veritate ꝓprie natu re. factum est caro ⁊ perfectus homo. ⁊ in veritate carnis ⁊ anime natus est. Be hoc etiam Gregorius in moralibus ait. Angelo nunciante ⁊ spiritu adueniente. mox ō verbum in vtero. mox intra vterum verbuz caro. Gregor

Formissime Augusti. tene.

Jsta est distictio secūda huius ter tij libri. In qua magister postq̄ egit de persona car nem assumente. tractat de modo assumendi. Et tria facit. Primo em̄ ostendit q̄ verbum totam naturaz humanam assumpsit integre. Secundo q̄ ordina-te assumpsit carnem scilicet mediante anima. Ter-tio q̄ animam et carnem simul assumpsit tempore. Primum facit a principio distinctionis vsq; ibi. As-sumpsit dei filius. Secundum vsq; ibi. Si autē que ritur. Tertium vsq; ad finem distinctionis. In spe-ciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarum prima est hec. Filius dei cum sibi humanaz naturam vniuit: totam naturaz. s. corporis ⁊ anime simul assumpsit. Hanc magister ꝓbans dicit senten tialiter. q̄ quia p peccatum primox parentum tota natura humana corrupta fuit. ideo dei filius totaz naturam assumpsit que constat ex corpore ⁊ anima. vt totam naturaz curaret ⁊ sanctificaret. In christo em̄ vna persona fuit ⁊ due substantie seu nature. sci licet diuina ⁊ humana. Si igitur habuit et assūpsit humanam substantiam: assumpsit tā corpus q̄ ani-mam ⁊ p consequens naturam totam ⁊ integrā. cuz nomine humanitatis corpus ⁊ anima simul intelli-gantur. Postea excludit errorem quorundam dicē tium. q̄ filius dei carnem humanam vel humanita tem non assumpsit ſm substantiā ipsius nature. sed solum ſm quandaz ꝓprietatem. a qua ꝓprietate ho minis denominationem accepit. Et fuerunt isti for-te de opinione illorum hereticorum qui christū ſm q̄ homo dicebant non esse quid ſz aliqualiter se ha-bens. ponentes humanitatem eē in christo vt habi tum. Uel de opinione Platonis ponētis formas vl' res in actu extra animam vt sic ꝓprietate particip-ta christus homo diceretur. Sed hunc errorem ma gister excludens dicit filium dei assumpsisse carnem ⁊ animam ⁊ omnes ꝓprietates ipsas sequentes. Et hoc confirmat autoritate Johannis damasceni. Se cunda ꝓpositio est hec. Quāuis vtranq; scz carnez ⁊ animā assumpserit dei filius. tamē carnem assum psit mediante anima. Hanc magister ponens ratio nem huius addit dicens. q̄ decebat simplicissimam diuinitatis eēntiam corpori terreno nō vniri nisi me diante rationali eēntia. que quidem vnio ab huma no intellectu inuestigari non potest. in qua vnione non corpus fantasticum. sed verum corpus natum de muliere christus assumpsit. quod tamen quidaz hereticorum negabant. estimantes verbum dei ve ram carnem non posse assumere sine sui inquinatiōe quorum erroris vesaniam dicit elidi per radios so lares: quos super immunda ⁊ feda diffundi videm⁹ ⁊ tamen non inquinari. Tertia ꝓpositio est hec. In assumptione perfecte humanitatis inter conceptio nem ⁊ animationem ⁊ vnionem non fuit ordo tēpo ralis posterioritatis vel prioritatis. Hanc magister insinuans querit. Utrum verbuz simul assumpserit carnem ⁊ animam. vel prius carnem q̄ animaz aut econtra. Et rñdendo dicit q̄ simul ⁊ semel carnem ⁊ animā assūpsit mediante spūssancti opatione. nec vnū prius assūpsit alio. Et ꝓbat hoc autoritatibus btōz. s. Aug. ⁊ Grego. Et tm̄ in speciali.

De carne quam verbum assumpsit qualis ante fuerit. et qualis assumpta sit. a

DI. III

Queritur etiam de carne verbi. an prius quam concipetur obligata fuerit peccato. an ⁊ talis assumpta fuerit a verbo? Sane dici potest ⁊ credi oportet. iuxta sanctorum attestationis conuenientiam: ipsam prius peccato fuisse obnoxiam sicut reliqua virginis caro. sed spiritussancti operatione ita mundatam: vt ab omni peccati cōtagione immunis vniretur verbo. Pena tantū non necessitate. sed voluntate assumentis remanente. Mariam quoq; totam spiritussanctus in eam preueniens a peccato prorsus purgauit. ⁊ a fomite peccati etiam liberauit. vel fomitem ipsum penitus euacuando: vt quibusdam placet: vel sic debilitando ⁊ extenuando. vt ei postmodum peccādi occasio nullatenus extiterit. Potentiam quoq; generandi absq; viri semine virgini preparauit. Ita em̄ verba euangelij docent. vbi angelus virginem alloquens ait. Spiritussanctus superueniet in te: et virt⁹ altissimi obumbrabit tibi. Et quod nascetur ex te sanctum vocabitur fili⁹ dei. Cui sacra virgo respōdit. Ecce ancilla domini: fiat mihi ꝟm verbum tuum. Quod exponens Johānes ait. Post consensum autem sancte virginis. spiritussanctus p̄uenit in ipsam. ꝟm verbum domini quod dixit angelus purgans ipsam. et potentiam deitatis verbi receptiuam preparans simul autem et generatiuam. Et tunc obumbrauit ipsam dei altissimi per se sapientia ⁊ virtus existens. id est filius dei patri homousios. id est consubstātialis sicut diuinum semen. Et copulauit sibijpsi ex sanctissimis ⁊ purissimis ipsius virginis sanguinib⁹. nostre antique conspersionis carnem animatam anima rationali ⁊ intellectiua. non seminans sed per spiritumsanctum creans. quare simul caro. simul dei caro. simul caro animata. rationaliq; ⁊ intellectu. simul dei verbi caro animata rationali ⁊ intellectiuo. Ex his perspicuum fit quod ante diximus. carnem scz verbi simul conceptam et assumptam. eandemq; immo totam virginem spiritusancto preueniente ab omni labe peccati castificataz

Q. non solū illa caro sed etiā sacra virgo ab oī peccato. a spiritusancto fuit mundata.

Jo. dam̄.

Cui collata est potentia nouo more generandi. vt sine coitu viri. sine libidine concipientis in vtero virginis celebraret̄ conceptus dei ⁊ hominis. Illa em̄ caro quaz deus de virgine sibi vnire dignatus est sine vitio concepta. sine peccato nata ē. hāc tamen carnem non celestis. nō aeree. non alterius cuiusq; putes esse nature. ꝟ ei⁹ cuius est omniū hominū caro.

Autoritate firmat extūc fuisse virginē immunē a peccato. b

Quod autez sacra virgo extunc ab om̄i peccato immunis extiterit: Augustinus euidenter ostendit in libro de natura ⁊ gratia inquiens. Excepta sancta virgine maria. de qua ꝓpter honorem domini. nullam prorsus cum d̄ peccatis agitur haberi volo questionem. Inde em̄ scimus q̄ ei plus sit gratie collatuz ad vincendum ex omni parte peccatuz q̄ concipere ac parere meruit. quam constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo virgine excepta: si omnes sancti ⁊ sancte congregari possent. ⁊ quereret̄ ab eis an peccatum haberent. quid responderetur nisi quod Johannes ait. Si dixerimus quia peccatum non habemus nosipsos seducimus. Illa autem virgo singulari gratia p̄uenta est atq; repleta. vt ipsuz haberet vētris sui fructum quez ex initio habuit vniuersitas dominum. vt illud quod nascebatur ex propagine primi hominis: tantummodo generis. non criminis originez duceret.

Augusti.

Quare non fuit christus decimatus in abraam sicut Leui. cū caro quam acceperit in eo fuit peccato obnoxia. c

Cum autem illa caro cuius excellentia singularis verbis explicari non valet. anteq̄ esset verbo vnita obnoxia fuerit a peccato in maria ⁊ i alijs a quibus propagatione traducta est. non immerito videri potest in Abraam peccato subiacuisse. cuius vniuersa caro peccato subiacebat. Unde queri solet quare leui decimatus dicatur in Abraaz ⁊ nō christus. cum i lumbis abrae vterq; fuerit ꝟm materialem rationē quando abraam deci-

matus est. ⁊ decimas dedit melchisedech

Qua intelligentia Leui decimat⁹ dicat in abraã

Tunc eñ apostolus Leui decimatum dicit in abraam tanq̃ in materiali cã. Quia ea decimatione sicut Abraã minor Melchisedech ostenditur: cui psonaliter decimas soluit. ita ⁊ leuiticus ordo qui i abraam ſm rationẽ seminalẽ erat: ⁊ ex eo p cõcupiscentiã carnis descẽdit. xp̃s autẽ non est decimatus. qz licet ibi fuerit ſm carnẽ. nõ tamẽ descẽdit ſm legẽ cõmunẽ. ſ. p carnis libidinẽ. sicut etiam in adam oñs peccauerunt. sed non xp̃s. Unde Aug. super Geñ.

Aug. sup Geñ.

Sicut Adam peccãte qui i lumbis eius erant peccauerũt. sic Abraam dante decimas qui in lũbis ei⁹ erãt decimati sũt Sz ẽ nõ sequit i xp̃o: licet in lũbis Ade ⁊ abrae fuerit. qz non ſm concupiscentiam carnis inde descendit. Cũ ergo leui ⁊ xp̃s ſm carnem essent in lumbis abrae qñ decimatus est. ideo pariter decimati non sunt qz ſm aliquem modũ nõ erat ibi xp̃s quo erat ibi leui. Scõm rationẽ quipe illaz seminalem ibi fuit leui. qua ratione p concubitũ venturus erat in matrẽ. ſm quã rationẽ nõ erat ibi christi caro q̃uis ſm ipsaz ibi fuerit Marie caro. Ille ergo decimatus est in Abraam. qui sic fuit in lũbis abrae. sicut ille fuit in lumbis patris sui. id ẽ qui sic est natus de patre abraã. sicut ille de p̃re suo natus ẽ. ſ. p legem carnis ⁊ inuincibilẽ concupiscentiã.

Scõz aliquẽ modũ ibi fuit leui q̃ non christus.

Qua ratiõe caro christi dicta ẽ in scriptura nõ fuisse peccatrix sed similis. quo aperit̃ quare obligata pctõ non fuit in xp̃o. d

Quo circa primiti

am nostre masse recte assũpsisse dicit̃ christus. qz non carnem peccati sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit. n. deus filiũ suũ: vt ait apls: in similitudinẽ carnis peccati. Assumpsit. n. verbũ carnẽ peccati simile i pena ⁊ nõ in culpa. ⁊ ideo non peccatricẽ. Cetera vo hoim ois caro peccati ẽ. Sola illius nõ ẽ caro peccati. qz nõ eũ mater concupiscẽtia. sed gratia ꝯcepit. habet tñ similitudinẽ carnis peccati p passibilitatez ⁊ mortalitatẽ. qz esurijt. sitijt. et hmõi. Licet ergo eadẽ caro sit que ⁊ nr̃a. non tñ ita facta est in vtero sicut nr̃a. Est eñ sanctificata in vtero. ⁊ nata sine peccato. ⁊ nec ipse in illa vnq̃ peccauit. Jn pena ẽ similis ẽ nostre. nõ i qualitate pcti. qz pollutione que ex ꝯcupiscẽtie motu concepta est oñino nõ habuit. nec ex carnali delectatione nata est. Uenit ergo ad corpus imaculatũ. qđ p̃ter libidinis ꝯcupiscentiã fuit ꝯceptũ. nec illud in se habuit vitiũ quod i alijs est causa peccati. nec in eo peccauit. Jdeoq̃ vere dicit̃ verbi caro nõ fuisse in xp̃o obligata pctõ.

Hieron.

Tres causas ponit

Quidã vident̃ aduersari illi sententie qua dictũ ẽ carnẽ xp̃i nõ pi⁹ conceptã q̃z assumptã. e

Illi autẽ sñie qua

supra diximus carnẽ verbi nõ añ fuisse cõceptã q̃z assumptã: videt̃ obuiare qđ aug. ait sup Joh. vbi legitur. Soluite templũ hoc ⁊ in tribus dieb⁹ excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. xl. ⁊. vj. annis edificatũ ẽ hoc templũ. ⁊ in tribus dieb⁹ excitabis illud. Hic inq̃t numerus pfectioni dñici corporis ꝯuenit. qz vt dicũt phisici tot dieb⁹ forma humani corpis pficit̃. Hoz occasione verboz quidã dicere p̃sumpserũt domici corpis formã tot dieb⁹ ad modũ aliorũ corpoz pfectã. ⁊ membroz lineamẽti distinctã. ⁊ moz verbũ dicit̃ sibi vnisse carnẽ ⁊ aiam. ⁊ hoc modo dicunt illũ numez pfectioni dñici corpis cõuenire. Sed alia rõ illius dicti extitit ex qua sane orit̃ intelligẽtia verbi. Nõ. n. ideo illud dixit Aug. qui moz vt caro illa ope spũssancti sanctificata. ⁊ a reliqua sepata fuit verbo dei cũ anima vniret̃. vt pfectus ⁊ verus de⁹ esset pfectus et ver⁹ homo. Sed quia membroz rũ illius dominici corpis distinctio in ipo momẽto conceptionis ⁊ vnionis dei ⁊ hominis adeo tenuis erat ⁊ parua: vt humano visui vix posset subijci. dieb⁹ aũt quos Aug. memorat pfecta est ⁊ notabilis facta Incarnatũ est ꝯ verbũ: vt ait Jo. damas. ⁊ a ppria incorpalitate nõ recessit. ⁊ totuz incarnatũ est. ⁊ totũ ẽ incircũscriptũ. Hi norat̃ corpaliter ⁊ contrahit̃. ⁊ diuine est incircũscriptũ. non coextẽsa carne eius cũ incircũscripta diuinitate. Jn oñibus igit̃ qui sup omnia erat. ⁊ in vtero sancte genitricis existebat. sed i ipso actu incarnatõis

Aug. ⁊ verbis apostoli

Joh. damas. quõ ihc erat in ma

Jsta est distinctio tertia huius tertij libri. Jn qua quidem distinctione postq̃ magister egit de persona carnem assumente ⁊ modo assumendi: agit hic consequenter de qualitate nature assum

pte. Et tria facit. Nam primo inq̃rit qualis fuit christi caro in agente primo. scilicet virgine beata. Secundo qualis fuit in antiquis patribus: puta an fuit in Abraam decimata. Tertio qualiter fuit in virginali utero formata. Primum vsq; ibi. Cum autem illa caro. Secundum vsq; ibi. Illi autem sententie. Tertium vsq; ad finem distinctionis. Et tantum in generali. In speciali sententia magistri stat i tribus ꝓpositionibus. quarum prima est hec. Caro christi anteq̃ esset de virgine separata materialiter sicut reliqua caro Marie fuit peccato obligata. Istam magister ponens ꝓponit duas questiones. quarum prima est. Utrum caro christi fuerat peccato obligata ante sui conceptionem videlicet anteq̃ a carne virginis separabatur. Secunda questio est. Utrum adhuc caro christi fuerat peccato obligata: quando a verbo assumebatur. Ad primũ respondet ꝑm communem sanctorum doctorum attestationem. q̃ caro ante sui conceptionem fuerit peccato obligata sicut reliqua beatissime virginis caro. Ad secundã questionem respondet dicens. q̃ caro illa ad hoc q̃ vniretur verbo spiritussancti operatione immunis redderetur ab omni peccato. remanente tamẽ i ea possibilitate patiendi. & hoc non ex aliqua necessitate: sed ex libera voluntate ipsam assumentis. Et q̃ spiritussanctus preueniens virginez in conceptione: ipsam ab omni labe purgauit. extinguendo in ipsa fomitẽ peccati. ita q̃ extunc non posset ei existere occasio vel inclinatio ad malum. Ipsiq; virgini nouã generandi potentiam absq; virili semine & absq; vitio tam concipientis q̃ etiam nati contulit. Qui natus ex ꝓpagine primi hominis originem tantum generis & non crimina duxit. Et omnes has sententias probat magister autoritatibus doctorum scilicet Augusti. & Damasceni. que patent in textu. Secunda ꝓpositio est hec. Quamuis christus de semine abrae ꝑm corpulentam substantiam sit natus: non tamen est in eo vt Leui decimatus: eum ab ipso non sit ꝑm culpam propagatus. Hanc magister probans querit. Quare christus non dicit decimatus in lumbis Abrae vt Leui: cum tamen uterq; eorum fuit in abraã quando ipse Melchisedech decimas dedit. Ad quod respondens dicit. q̃ licet uterq; ipsorum fuerit in Abraam & ab eo descenderit. tamen Leui i eo fuit ꝑm rationem seminalẽ: & descendit ab eo ꝑm legem communẽ aliorum hominũ. Unde dici potest q̃ licet christus in Abrahã fuerit quando decimas solvit. decimatus tamen non exibit. sicut dicitur q̃ omnes peccauerunt. & tamen christus non peccauit in eo qui etiam in eo fuit. Et subdit q̃ caro christi fuit talis qualis fuit in statu innocentie primitus instituta. & ideo dicit sumpsisse primitiua nostre masse. unde caro eius fuit similis nostre non i culpa: sed i humanis penalitatibus. Unde licet eadem sit caro xp̃i & aliorum hominũ ꝑm materiã. tamẽ christi caro fuit p̃ gratiam concepta & sanctificata & nata. qđ aliorum hominũ caro non habet. & ꝓpter hoc caro xp̃i non fuit obligata. Tertia ꝓpositio ẽ hec. Caro xp̃i in principio sue conceptionis fuit simul debita membrorum distinctione formata. animata & assumpta. Licet tamen i quadragintasex diebus membra corporis christi ad tantam quantitatez qua distincte discerni possent sunt adaucta. Hãc magister insinuãs obijcit contra superius dicta. scilicet q̃ caro christi non fuit prius concepta q̃ assumpta. & hoc p verbum beati Augustini super illo verbo Johannis. Soluite templum hoc & in tribus diebus reedificabo illud. Hic numerus dicit beatus Augustinus perfectioni dominici corporis conuenit. quia vt dicunt phisici tot diebus forma humani corporis perficit. Ex quibus verbis patet carnem christi per successionem dierum fuisse formatam sicut ceterorum hominum. & p consequens non in primo sue conceptiõis animatam seu assumptam. Ad quod respondens dicit beatum Augustinum verba illa non ideo dicere: q̃ caro christi p aliquot dies fit formata anteq̃ animata seu assumpta. sed ideo quia distinctio membrorum corporis quod verbum animatum in principio conceptionis assumpsit tam tenuis & parua erat q̃ vix discerni potuisset. que quia i quadragintasex diebus tantum increuit q̃ perfecte discerni potuit. ideo dicit numerum tot dierum dominici corpis perfectioni conuenire. Quod confirmat autoritate damasceni. Et tñ in speciali.

Quare in scriptura sepius tribuatur incarnatõ que est opus trinitatis spũisancto. et de ipso etiã cõceptus et natus dicat. a

QUoniam in primo dI. IIII carnatio verbi sicut in supioribus tractatũ est: operatio vere sit patris & filij et spũssancti. inuestigatione dignũ nobis videtur quare i scriptura spirituisancto hoc opus sepius tribuatur. & de ipso christus conceptus & natus memoretur. Non em̃ ideo operatõ incarnatiõis spũisancto sepius tribuitur. q̃ eaz ipse solus sine patre ac filio fecerit. sed quia spũssanctus est charitas & donuz patris & filij. & ineffabili dei charitate verbuz caro factum est. & ineffabili dei dono filius dei sibi vniuit formaz serui. Non ergo frequens denominatio spiritussancti ab illo opere patrem vel filium secludit. sed potius vno nominato tres intelliguntur. sicut fit sepe in alijs operibus. Unde Augusti. sup hoc mouens questionem in hunc modum. eandẽ determinat i enchi. ita inquiens. Cũ illam creaturã quam virgo concepit & peperit: cuius ad solam ꝑsonam filij ptinentẽ: tota trinitas fecerit. neq; em̃ separabilia sunt opera trinitatis. cur i ea facienda spũssanctus solus nominatus est. An etiam quando vnus triũ i aliquo opere nominat: vniuersa opari trinitas intelligit. ita vere est & exemplis doceri potest Audistis ꝓpositã questionẽ. eiusdẽq; solutionẽ vel expositionẽ. Augusti. Solutio.

Quo sensu dicat xp̃s conceptus et natus de spũsancto. b

Bed non ẽ in hoc diutius immorandum. Illud enim mouet quomodo dictus est christus nat' de spũ-

sancto. cum filius nullo modo sit spiritus/ sancti. Nunquid dicturi sumus patrē hominis christi esse spiritumsanctū. vt deus pater verbuz genuerit: spiritussanctus hominem. ex qua vtraqz substantia christus vnus esset. ⁊ dei patris filius ꝟm verbum et spiritussancti filius ꝟm hominē. ꝙ eum spiritussanctus tanq̄z pater eius de matre virgine genuisset. Quis hoc dicere audebit: cum hoc ita sit absurdum vt nulle fidelium aures id valeant sustinere. Proinde cum fatemur christum natum de spiritu/ sancto ex Maria virgine. quomodo non sit filius spiritussancti ⁊ sit filius virginis: cū ⁊ de illo ⁊ de illa sit natus explicare difficile est. Proculdubio non sic de illo vt ꝺ patre. Sic autem de illa vt de matre natus est. Non est autem concedenduz quicquid de aliqua re nascitur continuo eiusdem rei filium nuncupanduz. Ut eni omittam aliter de homine nasci filium. aliter capillum. aliter pediculum et lumbricuum. quorum nihil est filius. Ut ergo hec omittam. quoniam tante rei deformiter comparantur. certe qui nascuntur ex aqua ⁊ spiritusancto: non aque filios eos recte quispiam dixerit. sed dicuntur filij dei patris. ⁊ matris ecclesie. Sic ergo de spiritusancto natus est christus. nec tamen filius est spiritussancti. Sicut econuerso nō omnes qui dicuntur alicui⁹ filij. consequens est vt de illo etiam nati esse dicantur. vt illi qui adoptantur. Dicuntur etiam filij gehenne. non ex illa nati. sed in illam preparati. Cum itaqz de aliquo nascatur aliquid: et non ita vt sit filius. nec rursus omnis qui dicitur filius ꝺ illo sit natus cuius dicitur filius. Profecto modus iste quo natus ē christus de Maria sicut filius: ⁊ de spiritusancto non sicut fili⁹. insinuat nobis gratiaz dei qua homo nullis meritis precedētibus in ipso exordio nature sue quo esse cepit. verbo dei copularetur in tantā persone vnitatē: vt idem esset filius dei qui filius hominis. et filius hominis qui filius dei. ⁊ sicut in nature humane susceptione fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturaliter qua nullum possit admittere peccatum. que gratia ideo ꝑ spiritumsanctum est significata. quia ipse ꝓprie sic est deus vt sit etiam dei donum. Per hoc ergo ꝙ de spiritusancto esse natiuitas xp̄i dicit̄. quid aliud q̄z ipsa gratia dei demōstrat̄ qua homo mirabili et ineffabili modo verbo dei est adiunctus atqz ꝯnexus.

Q̄ non quicquid de aliq̄ re nascit̄ ei⁹ filius dicit̄.

Non om̄s q̄ dicunt̄ alicuius filij de illo nati sunt.

⁊ diuina gratia corꝑaliter repletus.

Alia ratio quare dicatur nat⁹ de spiritusancto. c

Potest etiam dici christus ꝟm hominem ideo natus de spiritusancto. quia eum fecit. Inq̄ntum enim homo est. ⁊ ipse factus est: vt ait apostol⁹ Conceptus ergo ⁊ natus de spiritusancto esse dicitur. non ꝙ spūssanctus fuerit virgini ꝓ semine. non em̄ de substantia spiritussancti semen partus accepit. sed quia ꝑ gratiam dei et operationem spūssancti de carne virginis est assumptum quod verbo est vnituz. Et in euangelio ꝟm hanc intelligentiā legit̄ de maria ꝙ inuenta est in vtero habens de spiritusancto. Cuius dicti rationem Ambrosius insinuans in tertio libro de spiritusancto: ait. Quod ex aliquo est. aut ex substantia. aut ex potestate eius est. Ex substātia sicut filius. qui a patre vl' ex patre. ⁊ spiritusancto qui a patre ⁊ filio procedit. Ex potestate autem sicut ex deo omnia. Quomodo ergo ī vtero habuit Maria ex spiritusctō? Si q̄si ex substantia. ergo spiritus in carnem ⁊ ossa conuersus est. non vtiqz? Si ꝟo quasi ex operatione et potestate eius virgo concepit: quis neget spiritumsanctū domice incarnationis auctorem?

Aug. i enchiridion

Ambro. lex positione fidei catholice.

Quare apostolus dicat christum factum cum nos eū esse fateamur natum. d

Sed queri potest cum nos saluatorem natuz ꝓfiteamur cur apostolus eum factum dicat ex semine dauid. ⁊ alio loco factum ex muliere. cuz aliud sit fieri. aliud nasci. Aliquid ergo significauit hoc dicto. Quia em̄ non ab hūano semine ꝯgregata est caro dn̄i in vtero ꝟginis. ⁊ corpus effecta. sed effectu et virtute spiritussancti. ideo apostolus dicit factuz non natum. Aliud est em̄ semine admixto et sanguinis coagulo generare. Aliud est non ꝑmixtione. sed ꝟtute ꝓcreare. possūt em̄ homines generare filios sed nō facere Ecce quare dicit apostol⁹ factū ⁊ non natum. ne eius. s. natiuitas que fuit sine virili semine: nr̄e sil'is putaretur que cōficitur seminū commixtione. Ideo autez cum factū diceret: apostol⁹ addidit. ex semie da-

uid. ꝛ quia si nō intercessit semen homis i cōceptione virginis. tñ qz ex ea carne christus formatus est que constat ex semie: recte dicit quia factus est.

Ista est distinctio quarta huiꝰ ter

tij libri. In qua magister postꝫ egit ō qualitate nature assumpte: agit de auctore assumptiōis. Et tria facit. Nam primo inquirit quare opus incarnatiōis potius attribuat spūisancto ꝙ toti trinitati. Secundo quare xp̄us sit conceptus de spiritusancto cū tamen nō sit filius spūssancti. Tertio quare apostolꝰ dicit potius xp̄m de muliere fieri ꝙ nasci. Primum facit vsqz ibi. Sed non est in hoc. Secundū ab inde vsqz ibi. Sed queri potest. Tertium vsqz ad finē distin. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quarum prima est hec Licet opus carnalis incarnationis frequenter attribuatur spiritui sancto. ab hoc tamē nō excludit patris ꝛ filij cooperatio Hanc magister ꝓbans querit. quare opus incarnationis spūisancto specialiter attribuit in scripturis. cum tamen vt supra dictum est tota trinitas ipsam incarnationē operata sit. ꝛ respondet scripturam hoc facere: nō ideo qz spūssanctus solus sit incarnationē operatus. sed qz verbum dei factuz ē caro ex ineffabili charitate et inestimabili dei dono et bonitate. q̄ quia spūisancto appropriant. ideo opus incarnatiōis sibi specialiter attribuitur. nec ꝓ hoc ab ipso opere incarnationis pater ꝛ filius excludūtur. quia in actionibus essentialibus sub vna persona cetere subintelligunt. cum opera trinitatis adextra sunt indiuisa. Quam sniam magister confirmat autoritate beati Aug. in enchiridion. Secunda ꝓpositio est hec. Licet filius dei dicatur natus de virgine vt de matre. tamen de spūisancto non est natus vt de patre. Hanc magister insinuans querit. Cum christus sit natus de spiritusancto an debeat dici filius spiritussancti. Et arguit primo qz non. Nam ex quo pater eum genuit ꝑm qz est verbū. si ergo spūssanctus eū genuisset ꝑm qz est homo. christus ex duabus naturis ſ. diuina ꝛ humana compositus esset ꝛ ꝑm vnam esset filius vnius. et ꝑm aliam eēt filius alterius quod est absurdum. In oppositum arguit sic. Nam quia christus natus est de beata virgine dicitur filius beatevirginis. igitur a simili quia natus est a spiritusancto debeat dici filiꝰ spiritussancti. Ad quod respondens magister dicit. qz filius dei nō potest dici filius spiritussancti. quia nō est natus de ipso vt de patre. Sed bene potest dici filius beate virginis. eo qz natus sit de ipsa vt de matre. Quaz sententiam confirmat ꝓ hoc qz multa ō aliqua re nascūtur. que tamen nō dicuntur filij eius. vt pili de capite. ꝛ etiam hi qui nascunt ex aqua ꝛ spūsancto in baptismate: nō dicuntur aque filij sed ecclesie. Et ecōuerso multi aliquorum filij dicunt. qui tamē ō ipsis nō nascuntur. vt filij adoptiui ꝛ filij gehenne qui tamen de ipsis nati nō sunt. Et subdit etiam magister duas rationes quare christus specialiter dicat natus de spiritusancto. Quarum prima est. quia. ſ. hutusmodi incarnatio est donum dei. ad designandum ergo qz nullis precedentibus meritis. sed ex solo dei dono: copulatio nature humane cum persona diuina sit expleta. Et ꝑm hoc cum christus dicit natus de spiritusancto. ly de denotat rationem operis. Secūda est qz christus dicitur natus de spūsancto. qua ꝛ virtute ꝛ potestate spiritussancti illud scriptum ē de virgine qz verbo vnitum est. non sic qz spūssanctus fuerit seminalis materia. sed qz fuerit efficiens causa. ꝛ sic cum christus dicitur natus ō spiritusancto. ly de denotat habitudinem cause efficientis. sicut omnia dicuntur esse ex deo non substantialiter sed potestatiue seu effectiue. Tertia ꝓpositio est hec. Quāuis christus natus sit de virgine. potius tamen dicit factus ꝙ natus. cum non sit conceptus ex virili semine. Hanc magister insinuans querit. Cur apostolus ad Romanos primo. dicat christum factuz ex semine Dauid. et alibi dicit ipsum factum ex muliere. cū tamen nos dicimus christum natum. ꝛ aliud est nasci. ꝛ aliud est fieri. Ad qō respondens dicit qz apostolus tñ dixit christum factū ex muliere ad ostendēdam differentiā conceptionis sue a cōmuni hominū conceptione. Nam christus ratione sue singularꝭ cōceptionis habet tam nati ꝙ facti rationem. ex eo qz sola operatione spūssancti in vtero virginis formabatur. Ceteri autem homines habent solam ratiōez nati ꝛ non facti. quia caro eorum virtute virilis seminis formatur in vtero. quare etiam homines dicūt filios generare ꝛ nō facere. Et subdit qz apostolus dicit christum factum ex semine. non ideo qz semen hominis eius conceptioni interuenit. sed qz ex carne virginis que ex semine dauid venit caro xp̄i formata fuit. Et tñ in speciali.

Si persona vel natura psonaz vel naturā assumpsit. et si natura dei incarnata sit. a

DEterea in- DI. V

quiri oportet cum ex premissis constet verbū dei carnē ꝛ aiam simul assūpsisse i vnitatem psone. q̄d hoz potius concedendū sit scz qz psona psonā. vel natura naturā. vel psona naturā. vel natura psonā assumpserit. Et an ita cōueniat dici diuinā naturaz esse incarnatā sicut deus incarnatus ꝛ verbū incarnatū sane dicit. Hec inq̄sitio siue querēdi ratio. iuxta sacraz autoritatū testimonia ptiz implicita atqz pplexa. ptim vo explicita est ꝛ apta. Certuz ē em̄ ꝛ sine ambiguitate vez qz nō natura psonā. nec psona psonam. sed psona naturam assumpsit. quod sanctoz subditis comprobat testionijs ꝛ astruit documētis. Ait em̄ aug. in libro de fide ad ꝑetz. Deus vnigenitꝰ dū concipetur veritatem carnis accepit ex virgine. ꝛ cum nasceret integritatē virginitatis seruauit i matre. ꝛ paulo post. Sic deus humanā naturā in vnitatē psone suscepit. qz se humiliās ꝓ misericordiā incorrupte virginis vterū ex ea nasciturus impleuit. Formā ergo serui. id est naturā serui in suam accepit ille deus psonam. Jtez Deus verbū nō accepit psonaz hominis sed naturaz. Jtē. Dei filius vnigenitus vt carnē homis animāqz mūdaret susceptōe carnis animeqz rationalis incarnatus est His alijsqz pluribus autoritatibus euidēter ostendit. non naturā personā. nec pso-

Q̄ illa questio apta est.

Augusti.

nã personam. sed personam naturam acce
pisse. De quarto vero questionis articulo
vtrum scilicet natura naturam assumpse/
rit: scrupulosa etiam inter doctos que/
stio est. Quia ⁊ in hoc plurimũ dissentire
videntur. qui autoritate preclari. alijs do
ctiores in sacra pagina extiterunt. nec tan
tum alij ab alijs. verumetiã idem a seipsis
dissonare videntur sicut subiecta capitula
docent. Legitur enim i concilio toletano
viij. traditum sic. Solum verbum caro fa
ctum est: ⁊ habitauit in nobis. et cum tota
trinitas operata sit formationem suscepti
hominis. quoniaꝫ inseparabilia sunt ope-
ra trinitatis. solus tamen filius accepit ho
minẽ in singularitatem persone. nõ in vni-
tatem diuine nature. id est quod est ꝓpri/
um filij non quod ꝯmune est trinitati. Itẽ
in concilio. xj. toletano. Unius substantie
credimus deum patrem et filium et spiri/
tum sanctum. non tamen dicimus vt hu/
ius trinitatis vnitatem Maria virgo ge-
nuerit. sed tantum filium qui solus natu/
ram nostram in vnitatem sue persone as/
sumpsit. Incarnationeꝫ quoqꝫ huius filij
dei tota trinitas operata esse credenda est
Solus tamen filius formã serui accepit in
singularitatem ꝑsone. His insinuari vide
tur ꝙ persoua tantũ naturam. non natura
naturam assumpserit. Si em̃ quod cõmu-
ne est trinitati nõ accepit hominẽ. ergo nõ
natura diuina que ꝯmunis est tribus ꝑso
nis. Cui videtur obuiare quod Aug. ait i
libro de fide ad Petꝝ. Nec diuinitas inq̃t
xp̃i aliena est a natura patris. ꝟm illd̃. In
principio erat verbuꝫ. nec humanitas ei⁹
aliena est a natura matris. ꝟm id ꝙ verbũ
caro factum est. Illa em̃ natura que semꝑ
genita manet ex patre naturam nostraꝫ si-
ne peccato suscepit vt nasceret̃ ex virgine
Hac autoritate videt̃ tradi ꝙ diuĩa natu
ra humanã suscepit. Ubi vehemẽter mo-
ueri possumus ꝙ eam genitam eternaliter
ex patre dicit. nisi forte natura pro ꝑsona
hic accipiat̃. alioquin si dixerim⁹ naturaꝫ
tribus ꝑsonis communẽ genitam esse: oc-
currunt nobis ex aduerso que in tractatu
de trinitate disseruimus. vbi diximus nõ
naturam naturam. sed ꝑsonam ꝑsonã ge-
nuisse. Quia si natura genuisset naturam
cum vna eademqꝫ sit natura trinitatis. ea
dem res seipsam genuisset. Quod Aug. fi
eri posse negat. Sed alibi certũ reꝑim⁹ do
cumentũ. quo naturã naturã assumpsisse
monstrat̃. Ait em̃ August. in primo libro
de trinitate. Etiam seipso christus factus

De ꝑte questionis ꝓplexa.

De toletano ꝯcilio hic ponit ea q̃bus innui videt̃ naturam nõ accepisse naturam.

Hic poĩt ea quibus ꝓbatur non accepisse naturã

est minor formã serui accipiens. Neqꝫ em̃
sic accepit formã serui vt amitteret formã
dei. in qua erat equalis patri. vt ⁊ i forma
serui ⁊ in forma dei idem ipse sit vnigeni-
tus filius patris. q̃a forma dei accepit for
mã serui. Si autem forma dei formam ser
ui accepit. sine dubio natura naturaꝫ acce
pit. Forme em̃ nomine natura significat̃.
vt Augustinus euidenter docet in libro d̃
fide ad Petrũ. Cum inquit de christo au-
dis. qꝛ in forma dei erat. oportet te agno/
scere firmissimeqꝫ tenere in illo forme no/
mine naturalẽ plenitudinẽ debere intelli-
gi. In forma dei ergo erat. qꝛ i natura dei
patris semꝑ erat de quo natus erat. Hyla
ri⁹ quoqꝫ in. xij. libro de trini. ita ait. Esse
in forma dei non alia intelligentia est q̃ꝫ in
dei manere natura. Didicisti nomine for-
me itelligẽtiã fieri nature. at audisti ꝙ for-
ma dei formã serui suscepit. vnde conse/
quens est ꝙ natura diuina naturã huma-
nã suscepit. Quod etiã Hiero. in explana
tione fidei euident̃ insinuat inquiẽs. Pas
sus est filius dei nõ putatiue sed vere. ꝟm
illud. passus ẽ qd̃ pati poterat. i. non ꝟm il
lã substantiã que assumpsit. sed ꝟm illaꝫ q̃
assumpta est. Ex quo apparet diuinã sub
stantiã assumpsisse humanã. Ex v̄bis aũt
Augustini superius positis adhibita dili
gentia innui videt̃ solum verbũ carneꝫ fa
ctum. ⁊ naturam solum suscepisse huma/
nam ⁊ diuinam naturam eandem accepis
se. Ait em̃ Trinitas nos sibi reconciliauit
ꝑ hoc ꝙ solum verbum carnem ipsa trini
tas fecit. In quo sic veritas incõmutabi-
lis manet diuine humaneqꝫ nature. vt si/
cut vera semper est eius diuinitas quam
de patre habet. ita vere semꝑ ⁊ incõmuta
bilis eius sit humanitas quam sibi vnitaꝫ
summa diuinitas gerit. Ecce ⁊ solum ver
bum dixt carnem factum. et humanitateꝫ
diuinitati vnitam. Idem quoqꝫ superius
dixit seruilem formam a solo filio susce/
ptam quam tota trinitas fecit. Iam faci-
le est agnoscere q̃ꝫ diuersa ⁊ multiplicia su
per questione proposita autores tradide-
runt. Ideoqꝫ posteriores ea legentes vari
as atqꝫ contrarias ex p̃dictis occasionem
sumentes ꝓmunt sententias.

Quid forme noĩe intelligatur.

Hylarius

Hierony.

Quid de hoc tenendũ sit. b

Nos autez omnis
mendacij et contradictionis notam a sa-
cris paginis secludere cupiẽtes. orthodo
xis patribus atqꝫ catholicis doctoribus

nulla prauе intelligentie ſuſpitione nota/
tis conſentimus dicentes. ⁊ pſonaz filij aſ
ſumpſiſſe naturā humanā. ⁊ naturā diui/
nā humane nature in filio vnitā. eamqz ſi/
bi vniſſe vel aſſumpſiſſe. Unde ⁊ vere in/
carnata dicit. Qz ꝙo dicit ſolus filius for/
mā ſerui accepiſſe. ꝓ hoc non excludit di/
uina natura ab acceptione ſeruilis forme.
ſed alie due pſone pater. ſ. ⁊ ſpūſſanctus.
Determinatio autoritatum.
Quidā noie magistri.
Item ⁊ illud aliud. ſcz id quod eſt ꝓpꝛiuz
filij nō quod commune eſt trinitati: homi
nem accepit. ſic oportet intelligi. id eſt pꝛo
pꝛie in hypoſtaſi filij. non in tribus cōmu/
niter perſonis. diuina natura humanā na
turā ſibi vniuit. Qui ſenſus ex verbis Jo
Hyla
Jo. dam̄.
hannis damaſceni confirmatur qui totaz
diuinam naturam in vnaz hypoſtaſim in/
carnatam eſſe euidenter aſſerit dicēs. In
humanatione dei verbi aimus omnē ⁊ ꝓ/
fectam naturaz deitatis in vna eius hypo
ſtaſeon incarnatā eſſe. id eſt vnitam huma
ne nature ⁊ non partē parti. Omni. n. hu/
mane nature aimus eſſe vnitaz omnē dei/
tatis naturam vel ſubſtantiā. Itē. Eadē
eſt natura in ſingula hypoſtaſeon. id eſt p
ſonarum. ⁊ quando dicimus naturaz ver
bi incarnatam eſſe ꝟm beatos ſcilicet ꝟm
Athanaſium ⁊ Cyrilluz. deitatem dicim⁹
eſſe vnitam carni. ⁊ vnam naturā dei ver
bi incarnatā confitemur. Uerbū aūt et qō
cōmune eſt ſubſtātie poſſidet. ⁊ qō ꝓꝛie/
tatis eſt habens hypoſtaſeos .i. perſone.
Ex his manifeſte oſtendit qꝫ natura diui/
na incarnata ē. Uñ ⁊ eadē vere dicitur ſu
ſcepiſſe humanā naturam.

An diuina natura debeat dici ca/ro facta. c

Ꝫz queritur vtrū

eadem diuina natura debeat dici caro fa/
cta ſicut verbum dicit caro factuz. Si em̄
idē eſt incarnari qō eſt carnez fieri: videri
poteſt ita vebere dici qꝫ ſit caro facta ſicut
Reſpō
dicitur incarnata. Ad quod dicimus qꝛ ſi
illud dictum in ſacra ſcriptura repiretur:
ex eadem intelligentia acciperet qua cum
dicitur incarnatata. Sed qꝛ illud autoꝛi/
tas ſubticuit. atqꝫ locutionis modus nimi
am videretur facere expꝛeſſionem: ſi na/
tura diuina diceretur caro facta. melius
ſilere hoc puto vel negare qꝫ temere aſſere
re. ne ſi illud dicatur conuertibilitas natu
re in naturā ſignificari putet. Ex p̄miſſis
idubitabilit̄ ꝟſtat qꝫ pſō ꝟbi ſiue natura
homis naturā. ſ. carnē et aiam aſſūpſit. ⁊
nō pſonam homis. Si aūt natura diuina
naturā homis accepit. quare non dicit̄ fa
cta homo vel eſſe homo ſicut verbuz dei?
Ad qō dici pōt qꝫ dei filius dicit̄ fact⁹ hō
Reſpō
vel eſſe hō. nō ſolū qꝛ hoiem aſſūpſit. ⁊ qa
ipſum in vnitatē ⁊ ſingularitatē ſui ⁊ pſo
ne accepit. Natura aūt diuina hominē q/
dem accepit. i. hominis formā ſibi vniuit
ſed nō in ſingularitatē ⁊ vnitatē ſui. Ser/
uata em̄ ꝓꝛietate ac diuerſitate duaꝝ na
turarum pſone ſingularitas extitit. Jdeo
qꝫ nō ſic dicit̄ diuina natura eſſe homo. vl̄
facta homo: ſicut dei filius. Quidaz tñ in
differenter vtrūqꝫ concedunt.

Quare non accepit pſonā homis cū hominē acceperit. d

Ideo vero non p=

ſonam homis aſſumpſit. qꝛ caro illa ⁊ ānima illa nō erant vnita in vnā pſonā quaz aſſumpſerit. quia non ex illis conſtabat p
ſona quando illis vnitum verbū eſt. Naz ſibi inuicem ſunt vnita ſimul cum verbo
Altera tamen vnione inuicem vnita ſunt illa duo. ſcilicz anima ⁊ caro. alia vniōe ꝟbo vnita ſunt. Quia alia eſt vnio anime illius ad carnē. ⁊ alia eſt vnio verbi ad ānimā illā ⁊ ad carnē. Nō ergo accepit ꝟbuz dei pſonam homis ſed naturā. qꝛ nō erat ex carne illa ⁊ anima illa vna compoſita pſona quā verbū accepit. ⁊ accipiendo vniuit ⁊ vniendo accepit.

Contra hoc opinio qua probare quidam volunt pſonam accepiſſe perſonam. e

Hic a quibuſdam

opponit̄ qꝫ pſona aſſumpſit pſonā. Per/
ſona em̄ ē ſubſtātia rōnalis indiuidue na
ture. ⁊ aūt ē anima. Ergo ſi animā aſſum
pſit. ⁊ pſonam. quod ideo nō ſequit̄. quia
anima non eſt pſona quādo alij rei vnita
eſt pſonaliter: ſed quādo ꝓ ſe eſt. abſoluta
em̄ a coꝛpoꝛe pſona eſt ſicuti angel⁹. Illa
autē anima nunqꝫ fuit q̄n eſſet alij rei con
iuncta Jdeoqꝫ nō ea aſſumpta. pſona ē aſ
ſumpta. Aliter quoqꝫ nituntur pbare ꝟbuz
Alia pba=
tio.
dei aſſumpſiſſe pſonā qꝛ aſſumpſit aliquē
hoiem. Aſſumpſit em̄ Jeſum chriſtū. ergo
aliquē hominē. Qꝛ autem hominē Jeſum
chriſtum aſſumpſerit: Auguſtin⁹ i expoſi=
tiōe ſymboli ſub anathemate tradit dicēs

Si quis dixerit atq; crediderit hoiez Jesuz xp̃m a filio dei assumptū nō fuisse anathema sit. Qui etiaz i plurib⁹ scp̃ture locis hmōi vtiḳ locutiōibus. Jlle hō a v̄bo dei est assumptus. Jlle hō factus est xp̃s. Et ꝓpheta de homine xp̃o loquens deo ait. Beatus quē elegisti ⁊ assumpsisti ⁊c. Ex quibus consequi videḳ. q; aliquis homo assumptus sit a verbo. et ita psona a pso/na sit assumpta. Sed qz hoc nephas ē di/cere aut sentire. p̃misse locutões eisq; simi les fm hāc intelligentiā sane accipi debēt vt homo xp̃us siue homo ille siue quidaz homo dicatur assumptus a verbo siue vni tus verbo. nō qz hominis psona sit assum pta vel vnita verbo. sed qz illa anima ⁊ ca ro illa assumpta sunt ⁊ vnita verbo. i qui/bus subsistit psona dei ⁊ homis. vt ad ho mis naturā nō ad psonā respicias: cū assū ptū vel vnitū. vel quendā vel aliquem in hmōi locutōnibus scriptura cōmemorat. Quocirca cū querit sine ꝓposita autoritate. an aliquis vel quidā sit assumptus a v̄bo vel vnitus verbo. sine distinctiōe intelligētie nō est hic reddenda responsio. quoniam multiplex p̃missa ē questio. sed instā tie querentis ita determinato. si de homi/nis psona queris. respondeo nō. si de ho/minis natura. dico est.

Respōsio de terminās p̃missas locutiones.

Jsta ē distinctio quinta huius ter tij libri. in qua magister postq; egit de psona assumē te. de qualitate nature assumpte. et auctore assumptionis. mouet ⁊ determinat quasdā dubitationes. Et circa hoc tria facit. Primo eñ determinat quasdā questiões p̃ncipales. Secō soluit questiões q̃sdā incidētes. Tertio remouet impugnātes. Primū vsq; ibi. Sed queriḳ. Secundū vsq; ibi. Jdeo v̄bo nō psonā. Tertiū vsq; ad finē distinctionis. In speciali sn̄ia magistri stat in tribus ꝓpositiōibus. quaꝝ p̃ma ē hec. Persona psonā vel naturā naturā assum psisse nullus ꝓcedit catholice. Hanc mgr̄ ponens q̃rit quadrimembrē questionem. quaꝝ prima ē hec. Utr̄ psona assumpsit personā. Secūda est. vtrum natura assumpsit personā. Tertia est. vtrū persona assumpsit naturam. Quarta est. vtrum natura assū psit naturā. Et rñdendo dicit ad primos tres articulos q; certū est q; psona nō assūpsit personaz. nec natura personā. sed psona naturā. Sz ad q̃rtū articulū. s. an natura assumpsit naturā maxime difficile ē rñdere. scz cū p̃clari doctores sn̄ias quasi ꝓtrarias de hoc videnḳ tenuisse. Nā q; natura nō assūpsit naturā hoc videḳ sentire autoritas ꝓcilij toletani dicens. q; q̃uis incarnatōnem tota trinitas sit opata cū opa trinitatis adextra sint indiuisa sicut ei⁹ substātia. sol⁹ tñ filius carnē vel naturā assūpsit hūanā. Q; aūt natura naturā assumpserit: hoc videḳ sentire beatus Aug. in de fide ad Petrū dicens. q; ista natura que sp manet genita ex p̃re naturā assūpsit humanā. vbi. b. Aug. exp̃sse dicit naturā assūpsisse naturā. Et confirmat idē p. b. Aug. in de fide ad Petr̄ dicentē. q; cū persona sit idē qō natura. videtur certe Augz. velle naturā naturā assūpsisse. Qō

mgr̄ iteꝝ confirmat autoritatibus sanctoꝝ Hyla. ⁊ Hiero. quā difficultatē tādē soluēs dicit eē tenēdū. q; diuina persona assūpsit humanā naturā. ⁊ q; natura diuina humane nature i persona filij sit vnita. ⁊ q; natura diuīa incarnata sit. Et q̃uis dicaḳ q; solus filius naturā seu formā accepit. ab hac tū exceptione nō excluditur natura diuina. sed hoc dicit q; hmōi assūptio in psona p̃ris vel spūsc̄acti nō ē facta vñ cum dicit q; ꝓpriū sit filij q; naturaz humanā assumpsit talis sensus exp̃imi intendit q; in ꝓpria hypostasi filij ⁊ nō i tribus psonis deus sibi humanaz naturā vniuit. p cuius euidētia magister allegat autoritatē Dama s. que pz in textu. Secūa ꝓpositio est hec. Licet sit ꝓcedendū q; diuina natura etiā persona filij sit incarnata. nō tū est affirmanduz simpl̄r q; eadem sit caro facta. Hanc magister ponēs q̃rit. Cū natura diuina possit dici incarnata an etiā sit cōcedendū q; sit caro facta. sicut rōne incarnatōis dicit q; verbū caro factū est. Et rñdet q; si hmōi locutio: natura diuina est caro facta: in scriptura inueniatur. intelligenda est vt idē sit q; incarnata. sed tamē melius dicit simpl̄r ē negāda. ne puteḳ q; natura diuina sit in carnē ꝓuersa. qz iste modus locutionis nimiā videḳ facere exp̃ssionē. Et subdit querendo. Cū natura diuina assumpsit naturā humanā. q̃re rōne illius assumptiōis natura diuina nō posset dici facta eē hō. vel esse homo. sicut verbū dei dicit factū esse hō. ⁊ esse homo ratione illius assumptionis. Et rñdet hoc eē ideo. qz natura diuina nō vniuit sibi naturā humanā in vnitatē nature. sicut verbū dei vniuit sibi naturā humanā in vnitate psone. Tertia ꝓpositio ē hec. Sic ꝑuenit verbū dei corporis ⁊ aie vnionē q; nō assūpsit aliquā homis psonā. Hanc mgr̄ insinuās dicit q; verbū nō assumpsit personam homis. qz caro humana ⁊ anima que v̄buz assumpsit nō fecerūt aliquā personā añ assumptiōz sui. Sed contra istud obijcit dupl̄r. Primo sic. Verbum assumpsit animā. sed ex quo illa sit persona cuz rōnalis nature individua substantia verbū videḳ assumpsisse personā. Secō sic. Scōm. b. Aug. in expositiōe symboli. verbū assumpsit hoiem. sed cū homo sit persona videḳ verbū assumsisse psonā. qō est ꝓtra p̃dicta. Ad primā obiectionē rēspondet magister dicens. q; anima carni vnita nō habet rōez persone. sed tm̄ a corpore sepata. cum igitur verbuz nō assumpsit aīam sepatam sed coniunctā. videtur vt pus nō assumpsisse psonā. Et in hoc q; magister dicit animā eē psonā nō tenetur a modernis doctoribus Ad scōm dicit: cum dicit verbū assumpsisse hoiem. ly homo accipiendū est vt est exp̃ssiuū nature. ⁊ non vt significat personā. Et tm̄ in speciali.

persona

De intelligentia harū locutionuz deus factus est homo. deus ē hō. an his locutiōibus dicaṫ deus factus esse aliquid. vel esse aliquid. vel non esse aliquid.

Ex premissis DI. VI. autez emergit questio plurimum continēs vtilitatl. sed nimiū difficultatl atq; pplexitatl. Cū. n. ꝓstet ex p̃dictis ⁊ aliȝ pluribus testimonȝ. oēs q; catholici vnanimiter fateanṫ deum factū esse hominē. ⁊ xp̃m verum deum esse.

ꝛ vez hoiem. queriꝫ an his locutõibꝰ deꝰ factus ẽ hõ. filius dei factus est filius hominis. deus est homo. ꝛ homo ẽ deus. dicaꝫ deus factus esse aliq̃d. vl esse aliquid vel aliq̃d dicaꝫ esse deus. ꝛ an ita ꝓueniat dici. hõ factus ẽ deus. ꝛ filius hominis factus ẽ filius dei. sicut ecõuerso dicit. et ex his locutõnibus nõ dicit deus factus esse aliq̃d. vel esse aliquid. Que sit intelligentia hꝫ locutionũ ꝛ siliũ. Jn huius pfũdi tati reseratõe ꝛ scrupulose questiõis expositõe plimũ differre inueniunt sapientes.

Hꝫ in huius questiõis expõsitõe differunt sapiẽtes.

Quozundã sententiam refert. b

Alij enim dicunt ĩ

ipsa verbi incarnatõe hoiez quẽdã ex anima rõnali ꝛ humana carne ꝓstitutũ. Ex q̃bus duobus ois verus hõ ꝓstituit. et ille hõ cepit esse deus. nõ quidẽ natura dei. ꝙ psona verbi ꝛ deus cepit esse hõ ille. Cõcedunt etiam hominẽ illum assumptũ a ꝟbo ꝛ vnitũ verbo ꝛ tamen esse verbum. et ea ratione tradunt dictũ esse deum factuꝫ hominẽ vel esse hominẽ. qz deus factus ẽ id est cepit esse quedã substãtia ex aia rationali ꝛ hũana carne subsistẽs. ꝛ illa sbstãtia facta est. id ẽ cepit esse deus. nõ tamen demigratiõe nature in naturã. sed vtriusq̃ nature seruata ꝓprietate factũ ẽ. vt deus esset illa substãcia. et illa substãtia esset deus. Undevere dicit deus factus est homo. ꝛ homo factus est deus. ꝛ deus ẽ homo. ꝛ homo deus. ꝛ filius dei filius hominis ꝛ ecõuerso. Cũq̃ dicunt illũ hominez ex anima rationali ꝛ humana carne subsistere. nõ tamen fatent ex duabus naturis esse compositũ. diuia scz ꝛ humana. nec illius partes esse duas naturas. sed animã tm̃ ꝛ carnem.

Autozitates ponit quibus muniunt suam sententiam. c

Et ne de suo sensu

tm̃ loqui putent. hanc sniaꝫ pluribus muniunt testimonijs. Ait. n. Augustꝰ. in libro de trinitate. Cum legit verbũ caro factũ est. in verbo intelligo verũ dei filiũ. in carne agnosco vez hominis filiũ. ꝛ vtrũq̃ simul vnã psonam deum et hominẽ ineffabilis gratie largitate coniunctũ. Jdem in ench. Christus iesus deus de deo est. homo autez natus est de spũsancto ex maria virgine. Utraq̃ subꝫ diuina ꝛ humana filius ẽ vnicus dei patris omnipotẽtis. de quo ꝓcedit spũsanctus vtrunq̃ vnus. sed aliud ꝓpter verbum. ꝛ aliud ꝓpter hominẽ. nõ duo filij deus ꝛ homo. sed vnus dei filius. Deus sine initio. homo a certo initio. Jdez in eodẽ. Quid natura humana in christo homine meruit vt in vnitatẽ psone vnici filij dei singulariter assumpta esset. Que bona voluntas. que bona opera pcesserunt. quibus mereret iste hõ vna fieri psona cũ deo? Nũquid antea fuit homo. ꝛ hoc ei singulare bñficium pstitum ẽ vt singulariter ꝓmereret deuꝫ. Nẽpe ex quo homo esse cepit: non aliud cepit eẽ homo q̃ dei filius ꝛ hic vnicus. ꝛ propterea dei verbuꝫ. quia est ab illo suscepta caro. facta est vtiq̃ deus. vt quẽadmoduꝫ vna ẽ psona quilibet homo anima. s. ratiõalis ꝛ caro. ita sit xp̃s vna psona verbũ ꝛ homo. Jdẽ sup Jobem. Agnoscamus geminã substãz xp̃i diuinã. s. qua equalis est patri. ꝛ humanã qua minoꝛ ẽ patre. vtrunq̃ aũt simul nõ duo sed vnus ẽ xp̃s. ne sit q̃ternitas nõ trinitas deus. Ac ꝓ hoc christus ẽ deus. anima rõnalis et caro. Jdem quoq̃ ĩ libro de ꝓdestinatiõe sanctoꝝ. Ille hõ vt a verbo patri coeterno i vnitatez psone assumptus filius dei vnigenitꝰ esset. vñ hoc meruit? qõ bonũ eiꝰ ꝓcessit? vt ad hanc ineffabilem excellẽtiaꝫ pueniret. Faciẽte ac suscipiente deo verbo. ipse homo ex quo esse cepit filius dei vnicꝰ esse cepit. Jtẽ homo quicũq̃ ita gr̃a fit xp̃ianus. sicut gratia homo ille ab initio factꝰ est christus. Jdem in libro. xiij. de trinit. Gracia dei nobis in homie xp̃o ꝓmendat. Quia nec ipse vt tanta vnitate deo vero cõiunctus: vna cũ illo psona filius dei fieret. vllis est ꝓcedentibus meritis assecutus. sed ex quo homo esse cepit. ex illo est et deus. Vñ dictũ ẽ. verbũ caro factũ est. Hylarius quoq̃ in. x. libro d̃ trinita. ait. Christũ nõ ambigimus esse deum verbũ. neq̃ rursus filiuꝫ homis ex anima ꝛ corpe constitisse ignoramꝰ. His alijsq̃ autozitatibus vtunt. qui hominẽ quẽdaꝫ ex anima rationali ꝛ carne compositũ dicunt deũ factũ sed gratia. nõ natura. Sola. n. gr̃a habuit ille homo. non meritis vel natura. vt esset deus siue dei filius. vt haberet omnẽ sciẽtiã et potentiã quã habet verbũ. cũ quo ẽ vna psona. Nec tm̃ in supioribus legit q̃ hõ ille sit vna psona cũ verbo. ꝛ sit ipsum verbũ. sed etiã q̃ aia rationalis ꝛ caro eadem psona sit. ꝛ xp̃s sit: ꝛ deus.

Hylarius

Augusti.

Aliorum sententia. d

Būt aūt et alíj qui

istis in pte consentiunt. sed dicūt hoiem illū nō ex aia rationali ⁊ carne tm̄. sed ex humana ⁊ diuina natura. i. ex trib⁹ substātijs diuinitate. carne ⁊ aia ꝓstare. ⁊ hunc iesū xp̄m fatenť ⁊ vnā psonā tm̄ esse. añ incarnationē ꝙo solummō simplicē. ꝟ incarnatione factā ꝓpositā ex diuinitate ⁊ hūanitate. Nec ē ideo alia psona q̄ p̄us. sed cuz p̄us esset dei tm̄ psona. i incarnatiōe facta est etiā hois psona. nō vt due essent psone sed vt vna ⁊ eadē esset psona dei ⁊ homis Persona ḡ que p̄us erat simplex ⁊ in vna tm̄ natura exñs. i duabus ⁊ ex duabus sb̄ sistit naturis. et psona que tm̄ de⁹ erat. facta est etiā ver⁹ hō. subsistēs nō tm̄ ex aia ⁊ carne. ꝟ etiaz ex diuinitate. nec tm̄ psona illa debet dici facta psona. q̄uis dicať facta psona homis. Facta est igiť illa psona (vt q̄busdā placet) q̄ddam subsistens ex aia ⁊ carne. sed nō est facta psona vel substantia vel natura. ⁊ inq̄tum est illa subsistens: ꝓpositā est. Inquantum autē verbum est: simplex est.

Autoritates etiā ponit que hanc probant sententiam. e

Deboc Aug⁹. in lí-

bro sentē. pspi ait. Quodis oībus approbare ꝓtendimus sacrificiū ecclie duob⁹ cōstare. duobus ꝓfici. visibili elemento ⁊ specie. ⁊ inuisibili dñi nostri Jesu xp̄i carne ⁊ sanguine. sacramento ⁊ re sacr̄i. i. corpore xp̄i. sicut xp̄i psona constat ⁊ ꝓficiť ex deo ⁊ hoie. cū ipse xp̄s verus sit deus ⁊ verus homo. Quia omnis res illa ⁊ rerum naturam ⁊ veritatē in se continet ex q̄bus cōficiť. De hoc eodē Joh. damascen⁹. In domio nr̄o Jesu xp̄o duas quidem naturas cognoscim⁹. vnā autē hypostasim ex vtrisq̄ compositā. Incarnatus est ergo xp̄us ex virgine assumēs p̄mitiā nr̄e masse. vt ipa extiterit i carne hypostasis. que dei ꝟbi hypostasis ꝓpositā ⁊ facta fuerit: q̄ prius simplex erat verbi hypostasis. Cōposita ꝙo ex duabus pfectis naturis. deitate ⁊ humanitate. ⁊ ferat ipsa diuine ꝟbi dei filiationis characteristicū et determinatiuū idioma. ſm qō diuisa est a patre ⁊ spū sancto. ⁊ carnis characteristica ⁊ determinatiua idiomata. ſm que differat a matre

Jo. dam.

⁊ reliquis homibus. Jtez. Vnā hypostasim filij dei confitemur in duabus naturis pfecte se habentib⁹ deitatis et humanitatis ⁊ icarnatā esse eādē hypostasim. ⁊ has duas naturas custodiri ⁊ manere i ipso post vnionē non seorsum ⁊ ſm ptes ponentes singulā. sed vnitas inuicē in vnā compositam hypostasim. substantialē. n. inquim⁹ vnionē. s. verā ⁊ nō ſm fantasiā. substantialē aūt nō duabus naturis pficientibus alterā. s. vnā compositā naturaz. ꝟ vnitas inuicē i vnā hypostasim cōpositā filij dei ⁊ manere eandē substantialē dr̄iam determinamus. Q̄ creabile mālit creabile. ⁊ q̄ increabile increabile. ⁊ mortale mortale ⁊ immortale imortale. ⁊ circūscrptibile circumscriptibile. ⁊ incircūscriptibile incircumscriptibile. ⁊ hoc quidē refulget miraculis. De hoc etiā Aug. in libro de trinita te ait. Quemadmodū ſm deitatē vna est patris filiiq̄ natura. ita etiaz iuxta humanitatē. eadem est matris ⁊ filij vna natura Ex vtraq̄ ergo ſuba ⁊ diuinitatis ⁊ humanitatis vnus atq̄ idē est deus. dei ⁊ hois filius Jesus xp̄s. vt verus deus ita etiaz homo verus. Jdē etiā in lib. xiij. de trinitate. Sic deo ꝓiūgi potuit humana natura. vt ex duabus substātijs fieret vna psona. Ac ꝙ hoc iā est ex tribus. deo. anima ⁊ carne His alijsq̄ pluribus autoritatib⁹ se muniūt qui dicunt psonā xp̄i ꝓpositā esse vel factā siue constantē ex duabus naturis siue ex tribus substantijs.

Aug.

Tertia aliorum sententia. f

Buntetiā alíj qui

i incarnatione verbi nō solū psonaz ex naturis ꝓpositā negant. verūetiā hoiem aliquē siue etiā aliquā substantiā ibi ex aia ⁊ carne compositā vel factā diffitenť. Sed sic illa duo. s. aiam ⁊ carnē verbi psone vl̄ nature vnita esse aiūt. vt nō ex illis duob⁹ vl̄ ex his tribus aliqua natura vel psona fieret siue componereť. sed illis duob⁹ velut indumento verbū dei vestireť. vt mortaliū oculis ꝓgruenter appareret. Qui iō dicit verus factus hō. q⁹ veritatē carnis ⁊ aie accepit. Que duo etiā i singularitatē vl̄ vnitatē sue psone accepisse legiť. nō quia illa duo vel aliqua res ex illis cōposita sit vna psona cū verbo. vel sit verbū. sed q⁹ illis duobus accedētibus ꝟbo: nō ē psonarū numer⁹ auct⁹ vt fieret quaťnitas i trinitate. ⁊ ꝙa ipsa psona verbi que p̄us

erat sine indumẽto. assumptõne indumẽti nõ ẽ diuisa vel mutata. ꝫ vna eadẽq; inu/tata pmansit. Qui ſm habitũ deũ ⁊ hoiez factũ dicũt. Accipiẽdo em̃ hoiem dictus ẽ deus. factus est hõ. ⁊ ꝓpter acceptũ homi nẽ dicit deus vere esse hõ. ⁊ ꝓpter assumẽ tem deũ dicit homo esse deus. Nã si essen tialiter inquiũt illi deus esse hõ. vel homo esse deus intelligeret. tunc si deus assum/psisset hoiem i sexu muliebri. ⁊ mulier eẽ tialit deus esset. ⁊ ecõuerso. At potuit de-us assumpsisse hoiem in sexu muliebri. po tuit ergo mulier esse deus ⁊ ecõuerso.

Autoritates inducit quib⁹ hec sen tẽtia roborat. §

Ne autez et isti de

suo sensu influere videant: testimonijs in mediũ ꝓductis: quod dicũt cõfirmãt. Ait em̃ August. in libro ð gratia noui testamẽ ti. Sicut nõ auget numerus ꝑsonaꝝ. cum caro accedit anime vt sit vnus hõ. sic non auget numerus ꝑsonaꝝ cum homo acce/dit verbo vt sit vnus homo xp̃s. Legitur itaq; deus homo. vt intelligamus hui⁹ p-sone singularitatẽ. nõ vt suspicemur i car/nẽ mutatã diuinitatẽ. Idẽ quoq; tractãs illud verbũ apostoli. Habitu inuentus est vt hõ. manifeste oñdit deũ dici factuz esse hoiem. vel esse hoiem ſm habitũ. in libro lxxxiij. questionũ: ita inquiẽs. Multi mo dis habitũ dicim⁹. vel habitũ animi sicut disciplineꝫ ceptiõem vsu firmatã. vl habi tũ corꝑis. sicut dicim⁹ aliũ alio validiorez vel habitũ eoꝝ que membr̃ accomodant extrinsecus. vt cũ dicimus aliquẽ vestituz vel calciatũ. ⁊ hmõi. ¶ In omnib⁹ generib⁹ manifestũ est in ea re dici habitũ que acci/dit vel accedit alicui. ita vt eã possit etiam nõ hr̃e. ¶ Hoc aũt nomen ductũ est ab illo ꝟbo qð est hr̃e. ¶ habitus g̃ in ea re dicit que nobis vt habeat accidit vel accedit. Ve/rũtamen hoc interest. qz quedã eoꝝ q̃ acci dunt vel accedunt: vt habitũ faciãt nõ mu tant. sed ipsa mutant in se integra ⁊ incon cussa manẽtia. sicut sapia accedens homi nõ ipsa mutat. sed hominẽ mutat. quez de stulto sapientẽ facit. Quedaz ꝟo sic acce/dunt vel accidunt vt mutent ⁊ mutent. vt cibus qui amittẽs speciẽ suã in corꝑus ver titur. ⁊ nos cibo refecti: ab exilitate atq; lã guoze in robur atq; valentiam mutamur. Tertiũ genus est cũ ea que accidunt vl ac cedũt. nec mutant ea quibus accidunt nec ab eis ipsa mutant. sicut ãnulus positus i digito. qð genus rarissime repitur. Quar tũ genus est cũ ea que accidũt vel accedũt mutant nõ a sua natura. sed aliã speciem ⁊ formã accipiunt. vt est vestis que deiecta atq; deposita nõ habet eã formã quam su-mit induta. Induta. n. membr̃ accipit for mã quam nõ habebat exuta. quod genus congruit huic compationi. Deus em̃ filiꝰ semetip̃m exinaniuit nõ formã suã mutãs sed formã serui accipiens. neq; conuersus aut transmutatus in hominẽ amissa incõ-mutabili stabilitate. sed in similitudine ho minũ factus est ipse susceptor veꝝ homi/nẽ suscipiendo habitu inuentus est vt hõ. id est habendo hoiem inuentꝰ est vt homo nõ sibi sed eis quibus i hoie apparuit. Q aũt dicit vt homo veritatẽ exp̃mit. nomie g̃ habitus satis significauit apl̃s qualiter dixerit in similitudinẽ hoim factus. qz nõ transfiguratiõe in hoiem. sed habitu factꝰ est. cũ indutꝰ est hoiem quẽ sibi vniẽs qõ-ammodo atq; conformans immortalitati eternitatiq; sociaret. Non g̃ oportz intelli gi mutatũ esse verbũ susceptiõe homis. si-cut nec mẽbra veste induta mutant. q̃uis illa susceptio ineffabiliter susceptũ suscipi enti copularet. His ꝟbis apte innuere vi-det aug. deũ dici factũ hominẽ ſm habi/tum. Qui etiam ipsius incarnationis mo-dũ volens exp̃rimere querentibus in. iiij. li. de trinit. ait. Si querit ipsa incarnatio quomõ facta sit? ipsuz verbũ dei dico car-nem factũ. i. hoiem factũ. Non tamen in ꝺ q; factuz est conuersũ atq; mutatũ. sed car ne vt carnibus congruent apparet indu tũ. Ita sane factũ vt ibi sit nõ tm̃ ꝟbũ dei ⁊ homis caro. sed etiã rõnalis homis aia. Atq; hoc totũ ⁊ deus dicat ꝓpter deuz. ⁊ homo ꝓpter hominẽ. Quod si difficile in-telligit. mens fide purget a peccatis absti nendo ⁊ bona operando. difficilia em̃ sunt hec. Idem in li. de fide ad ꝑetr̃. Dei filiꝰ cũ sit deus eternus ⁊ verus. ꝓ nobis factꝰ est homo verus et plenus. In eo verꝰ. q̃ a verã habet deus ille humanã naturã. In eo vero plenus. qz ⁊ carnem humanaz su/scepit ⁊ animã rationalẽ. Item. Nõ aliud fuit illa dei summi susceptio vel exinanitõ nisi forme seruilis. i. nature humane susce ptio. vtraq; ergo est in christo forma. quia vtraq; vera ⁊ plena est in christo substan/tia. diuina. s. ⁊ humana natura. Idem i li-bro ꝯra Maximinũ. Cum esset ꝓ seipsũ inuisibilis. visibilis in homine apparuit. quem ð femina suscipere dignatus ẽ. Idẽ

Augusti.

Prima spẽs habitus.

Secunda

Tertia.

Quarta spe cies cõgruit huic compa tioni.

Augusti.

De modo in carnationis

in eodē. Nos xp̄m dn̄m verū hominē su/
scepisse credimus. ⁊ in ipso visibiliter inui
sibilem hominibus apparuisse. In ipso in=
ter hoīes cōuersatū fuisse. In ipso ab ho/
minibus humana ptulisse. In ipso homi/
nes docuisse. Hylarius quoq; in .x. lib. de
Hylarius trini. ait. Quomodo dei filius nat⁹ ex ma/
ria est nisi q verbū caro factū est. scz q fili
us dei cum in forma dei esset: formam ser=
ui accepit. Unuz tamen eundemq; nō dei
defectione sed hominis assumptione p̄fite
mur, ⁊ in forma dei ꝓpter naturā diuinaz:
⁊ in forma serui ex concepttone spūssancti
ſm hois habitū repertū fuisse. nō fuit ha/
bitus ille tm̄ homis. sed vt hominis. neq;
caro illa caro peccati. sed i similitudie car=
nis peccati. Audistī tres ſm diuersos po=
sitas sententias. ⁊ pro singulis inducta te=
stimonia.

Jsta est distinctio sexta huius ter
tij libri. In qua magister postq; egit ō filij dei incar
natione. s. de conditionibus constituentibus actum
vnionis: incipit agere de conditionibus actum vnio
nis consequentibus. Et circa hoc tria facit in hac ⁊
in se. distin. Nam primo ponit quinq; questiones. Se
cundo recitat varias opiniones. Tertio dat questi=
onum motaq; solutiones. Primū facit vsq; ibi. Alij
autē dicunt. Scōm abinde vsq; ad finē distinctōnis
Tertium xp̄o facit per totā sequentē distin. In spec
ali snia magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quaꝝ
prima est hec. Ad hmōi questiones. scz an deus fa=
ctus ē homo vel homo factus sit deus ⁊ consimiles:
difficulter possunt dari responsiones. Hanc magister
ꝓbans dicit. q ex dictis p̄cedentibus emergūt que
stiones difficiles ⁊ dubie. Quaꝝ prima est hec. Cū
dicit filius dei factus est homo. ⁊ deus est homo. ⁊
homo est deus. Utrum deus factus est aliquid. vel
aliquid dicat esse deus. Secunda est. Utrum bene
possit dici. Homo factus est deus. sicut bñ dr̄ econ=
uerso. Deus homo factus est. Et respondet dicens
q difficile est ad hmōi questiones respōdere: cū mul
ti doctores videant in eaꝝ solutionibus discordare.
⁊ sic dimittit eas absq; vlteriori responsiōe vsq; ad
distinctionē sequentē. Scōa ꝓpositio est hec. Tres
sunt antiquorū opiniones de eterni x̄bi incarnatio
ne. Has magister recitans nō discutit. sed earuz di
scussiones legentibus derelinquit. Quarum opinio
nū prima dicit. q aīa ⁊ corpus xp̄i ordine non tpis:
sed nature prius fuerunt ad inuicē vnita ad constitu
endū hominē. ⁊ sic homo ex eisdē constitutus fuit a
verbo assumptus. ⁊ q: homo est nomē suppositi. iō
opinio dicit duo suppositā esse in xp̄o. vnū creatum
quod ē homo subsistens i natura humana. aliud in=
creatum verbum subsistens i natura diuina. ⁊ q̄uis
sic in ehristo ponat duo suppositā. in ipso tamen nō
ponit nisi vnam psonam. q: suppositum creatum. s.
homis non dicit esse psonam. illa de causa q psona
dicit suppositum ad dignitatez ptinens. Cū igit̄ sup
positum creatū i ehristo sit vnituz suppositō diuino
seu digniori: psoneitas in xp̄o solum accipienda est
a suppositō digniori. s. diuino ⁊ nō humano. Item
ista opinio dicit. q ꝓprietas vnius suppositi in xp̄o
nō dicit de altera absolute: sed tm̄ cum quadā redu
plicatione. Jta ſm istam opinionē tales ꝓpositiōes
non sunt concedende. Iste homo demonstrato xp̄o
est eternus. nisi addatur inc̄tum deus. ⁊ simili ista
Iste homo est mortuus demonstrato eodem. nisi ad
datur inc̄tum homo. Itē opinio hec dicit. q perso
na verbi non fuit magis composita post incarnatio=
nem verbi q̄ añ. cum homo assumptus ſm ipsaz nō
pertineat ad vnitatē persone diuine. Ista omnia p=
bat magister particulatim octo doctorū autoritatib⁹
Secunda opinio quā magister recitat: ponit p̄mo:
q corpus ⁊ anima xp̄i fuerunt prius natura: ⁊ non
tempore vnita. non tm̄ ad constitutionē supposit:
sed tm̄ ad constitutionem nature humane. ⁊ sic a x̄bo
simul fuerunt assumpta. Secūdo ponit q in chri
sto non est nisi vnum suppositum seu vna psona sub=
stans duabus naturis. Tertio ponit q ꝓpter vnio=
nem suppositi in duplici natura possint de xp̄o vere
p̄dicari nomina significantia ꝓprietates vtriusq; na
ture. vt dicēdo. Deus est passus. iste homo est eter=
nus. ⁊ sic de alijs. Quarto ponit q persona verbi
post incarnatōem facta est composita: que p̄us erat
simplex. ita intelligendo q persona verbi que añ in
carnationē subsistebat tm̄ in vna natura: post incar=
natōem substitit in duabus. Et ista omnia magister
ꝓbat diuersis sanctorū autoritatibus. Tertia opi=
nio ponit primo: q anima christi ⁊ corpus christi di
uisa ab inuicē sine vlla compositione inter se verbo
fuerunt vnita seu a verbo assumpta. ita q ſm eam
cum dicit filius dei assumpsit naturam. locutō intel
ligenda est materialiter vt sit sensus. filius dei assū=
psit naturam humanā. i. assumpsit ptes humane na
ture: que dicunt humana natura sicut partes dom⁹
dicunt domus. Secundo ponit q anima ⁊ corp⁹ fue
runt x̄bo vnita solū accidētaliter p modū extrinseci ha
bitus. sicut vestis vnit corpori. Tertio ponit q ani
ma xp̄i ⁊ corpus non ptineant ad personalitatē x̄bi
sed extrinsece se habent ad illam: sicut indumentuz
ad hominē. Quarto consequenter ponit. q i christo
sit vna psona tam simplex post incarnatiōz sicut añ
⁊ ista omnia fultiunt autoritatibus doctoꝝ que pa=
tent i textu. Et subdit postea quatuor genera habi
tuū: eliciens exinde qualiter verbū dei sit in carne ⁊
i aīa quasi habitu indutū.

Ꝓpositis sentētijs ꝓbatisq; testio
nijs intelligētias ꝓpositarū locu=
tionū exequitur ſm singulas sen=
tētias. et prius ſm primā. a DI. VII

Secundū pri=
mā xo dicit deus factus hō
et homo factus deus. q: de=
cepit esse quedā substātia ra=
tionalis que añ nō fuerat. ⁊ illa suba cepit
esse deus. ⁊ hoc gratia nō natura vel meri
tis habuit. Uñ recte dicit xp̄s inc̄tū ho/
mo p̄destinatus esse filius dei. Huic autē Que oppo
snie opponit. Si illa substantia cepit esse nantur hue
deus. ⁊ deus illa. Quedā ergo substantia sententie.
est deus que nō semp fuit deus. ⁊ quedaz
substātia est deus que non est diuina sub/
stantia. ⁊ deus est aliquid quod nō semp
fuit. Quod ⁊ illi concedunt Origenis te= Sup. eplam
stimonio innitentes qui ait. Fact⁹ est sine ad Romāos

dubio id quod prius nō erat. sed addidit ſm carnez. Scōm deū vo erat prius. ⁊ nō erat qñ nō erat. Alijs quoq; pluribus modis illi ſentētie pōt opponi. quibus ſupſedemus exercitationis ſtudiū lectori relinquētes. ⁊ ad aliam pperantes.

Hic explanat ſecundā ſniam et earū locutionū ſenſus. b

In ſecunda vero

ſnia huius diſtinctionis talis videt rō: vt cū dicit deus factus ē hō. intelligat cepiſſe eſſe ſubſiſtens ex duabus naturis vt tribus ſbſtātijs. ⁊ ecōuerſo hō factꝰ eſt deus. qz ſubſiſtēs in duabus naturis cepit eē deus. vel potius hō factꝰ eſt deus. ⁊ ecōuerſo dicit. qz deus aſſumpſit hoiem: ⁊ hō aſſumptus ē a deo. Añ Aug. dicit in lib. de trini. Talis fuit illa ſuſceptio que hoiez faceret deum. ⁊ deuz hoiem. Variat aūt intelligentia cū dicit. deus ē hō. ⁊ hō ē deꝰ. Dicit em̄ deus eſſe pſona ſubſiſtēs in duabus: ⁊ ex duabus naturis. et pſona ſubſiſtēs i duabus ⁊ ex duabꝰ natur dicit eē deus. i. verbū vel natura diuina. Pōt em̄ pdicari pſona ſimplex vel natura de pſona ꝓpoſita. Nō eſt aūt vt ait Joh. dama. idē dicere naturā vel pſonam.

Augusti.

Q nō ē idez dicere naturam vel perſonam.

Ex quo ſenſu dicunt chriſtum predeſtinatum. c

Iſti dicūt chriſtuz

pdeſtinatū inc̄tum ē hō. i. inc̄tū eſt ſubſiſtens ex duabus ſubſtātijs. ſ. anima ⁊ carne. Nam c̄tū ad naturā diuinitatis non ē ipſe pdeſtinatus. Nō g̃ inc̄tum in ea vel ea ſubſiſtit pdeſtinatus ē. ſed inc̄tū ſubſiſtit in alijs duabus ſubſtātijs. i. in anima ⁊ carne: hoc eſt inc̄tū eſt homo.

Qualit exponūt autoritates ꝓme q̃ſti videtur obuiare ſnie. d

Determinant etiā

autoritates q̃ prime cōueniūt ſnie. ⁊ huic vident ꝓtradicere. vt cū legit. hō ille aſſūptus a verbo in ſingularitate pſone. vt factus vna pſona cū verbo. de natura hūana intelligat: que vbo vnita eſt in ſingularitatē pſone. i. ita q eadē pſōa q̃ prius erat ⁊ ſimplex erat. ſine incremēto nūeri pſonaꝝ etiā imutata pmānſit licet ꝓpoſita. Cōpoſitionis vo huius aliā dicunt eſſe rōnem c̄tū ſit in alijs homibus. qz huius ex tribꝰ. alioz̄ ex duabus ſubſtātijs eſt compoſitio. Negant quoq; naturā humanā eſſe pſonā vel dei filiū. et ſicut vnū eundēq; dicūt eſſe hominē ⁊ deū. ⁊ filiū homis ⁊ filiū dei ita vnū ⁊ idem non aliud ⁊ aliud. ſicut nec aliū ⁊ aliū.

Quedam ponit q̃ pmiſſis videt aduerſari. e

Sed his videntur

aduerſari que ſubditis coutinent capitul Auguſti. Ait. n. Aug. ſup Joh. Aliud eſt vbū dei. aliud homo. ſed verbū caro factū eſt. i. hō nō itaq; alia verbi. alia eſt homis pſona. qm̄ vtrūq; xp̃s ⁊ vna pſona. Idē ad Felicianū. Aliud dei filius. aliud homis filiꝰ. ſ nō aliꝰ. Itez. Dei filiꝰ aliud de pr̃e. aliud de mr̃e. Idē in lib. j. d trini. Cū filiꝰ ſit ⁊ deus ⁊ hō: alia ſubſtātia deus. alia hō.

Qualit his reſpondeant. f

Hecautez in hunc

modō determināt. qz cū dicit. aliud vbuz dei. aliud hō. ſiue alia ſuba deus. alia homo. alterius nature ſignificat xp̃s eſſe inq̃tum eſt homo. ⁊ alterius inq̃tū eſt deꝰ. ⁊ aliud natura qua eſt hō. aliud natura q̃ eſt deus. Ut em̄ ait Joh. dama. Incōuerſe ⁊ inalterabiliter vnite ſunt ad inuicē nature. neq; diuina diſtante a ppria ſimplicitate. neq; humana aut cōuerſa in deitatis naturā. aut in nō exiſtentiā diuiſa. neq; ex duabus vna facta compoſita natura. Cōpoſita em̄ natura neutri eaꝝ ex q̃bus ꝓponit natur: homouſia. i. ꝓſubſtantialis eſſe pōt ex alteris pficiēs alteꝝ. vt corpus ex q̃tuor elemētis ꝓpoſitū. nec ignis nominat nec aer. nec terra. nec aqua. nec hoꝝ alicui homouſion dicit. Si g̃ ſm hereticos xp̃s vnius ꝓpoſite nature poſt vnionē extitit. ex ſimplici natura ꝓuerſus eſt i ꝓpoſitā. ⁊ neq; pri ſimplic nature exñti. neq; mri eſt homouſios. ⁊ neq; deꝰ neq; hō denoiabit ſ xp̃s ſolū. ⁊ erit hoc nomē. ſ. xp̃s nō pſone ipſius natura. ſ vnius ſm ipſos ꝓpoſite nature. Nos aūt xp̃m non vniꝰ ꝓpoſite nature dogmatizamꝰ. ⁊ hoc nomen. ſ. xp̃s pſone dicimꝰ. nō monotropos. i. vno mō dictū. ſ duaꝝ naturaꝝ eſſe ſignificatiuū. ſ. deitatis ⁊ humanitatis. Ex deitate aūt ⁊ humanitate deū pfectū ⁊ hoiem pfectū eun-

Jo. dam.

dem ⁊ esse ⁊ dici. ex duab⁹ ⁊ in duabus naturis confitemur: Sic ergo dicit̃ aliud eē filius dei. aliud filius homis. q⁊ alterius ē substantie vel nature inq̃tuz est filius dei. alterius inq̃tum est filius hominis. nō q̄ ipse filius dei ⁊ hominis sit duo illa diuersa. i. due diuerse nature.

Autoritate confirmat determinationem. g

Apte enim Hylarius in. ix. lib. de trini. ait. Cuz non aliud sit filius homis. neq̄ aliud filius dei. verbuz em̄ caro factū est. ⁊ cū ille qui filius dei est ipse ⁊ homis sit filius. requiro q̄s in hoc filio hominis glorificatus sit? Euidēter dicit non aliud esse filiū dei. ⁊ aliud filiū hominis. Ex quo p̄missa roborat̃ ⁊ approbatur determinatio.

Alia etiam verba autoritatum annotat vt determinet. h

Quod etiam dictū est vtrūq̄ xp̄s ē: ⁊ vna p̄sona. mouere potest lectorē sicut ⁊ illud quod Aug. dicit i j. li. de trini. Quia forma dei formaz serui accepit. vtrūq̄ deus. vtrūq̄ hō. Sz vtrūq̄ deus: ꝓpter accipientē deū. ⁊ vtrunq̄ hō ꝓpter acceptū hoiem. Et illud qd̄ idez ait in lib. de bono p̄seuerātie. Qui fidelis ē: i eo verā naturā humanā credit suscipiente deo verbo ita sublimatā. vt q̄ suscepit ⁊ qd̄ suscepit vna esset in trinitate p̄sona. assumptione illa ineffabiliter faciente p̄sone vnius in deo ⁊ hoie veritatē. Si autez qui suscepit. ⁊ qd̄ suscepit vna est p̄sona. g̊ natura humana cū verbo vna est p̄sona Sed hec oīa ex tali sensu dicta fore tradūt vt vtrūq̄ dicat̃ esse christus ⁊ vna p̄sona q⁊ in vtroq̄ vnus christus ⁊ vna persona subsistit. Ita etiā susceptū cū suscipiēte dicit̃ vna p̄sona. q⁊ susceptuz suscipienti est sociatū in vnitate p̄sone. ⁊ ita q̄ vnitas p̄sone p̄mansit. nō ita vt caro ⁊ aīa sint vn⁹ deus. q⁊ vt ait Hiero. verbū est deus non caro assumpta. Et Ambro. in li. iij. de spū sancto ait. Aliud est qd̄ assumpsit. ⁊ aliud qd̄ assumptū est.

Auugsti.

Et hic autoritate vtit̃ vt ꝯfirmet determinationem

Hic quandam ponit autoritatem que multum videtur huic sn̄ie opposita. i

Est autem et aliud quod huic sentētie plurimū videt̃ obuiare. Ait em̄ Aug. in lib. j. ꝯtra Maximinū Christus vna p̄sona est gemine substātie. q⁊ ⁊ de⁹ est ⁊ hō est. nec tn̄ deus vel hō p̄s huius sube dici pōt. alioquin filius dei deus anteq̄ suscipet formā serui: nō erat totus. ⁊ creuit cū hō diuinitati eius accessit. Ecce deū dicit non esse partē illius p̄sone Vn̄ videt̃ illa p̄sona nō constare ex deo ⁊ homine. Ad qd̄ etiā illi dicunt illā p̄sonaz nō ita ꝯstare ex deo ⁊ hoie: quasi totuz ex p̄tibus. Ita em̄ p̄tes alicuius totius ꝯueniūt: vt ex illis qd̄ nō erat cōstituat̃. Non aūt sic hūana ⁊ diuina natura in xp̄o vniunt̃. Inexplicabilis em̄ ē istius vnionis q̄ nō est p̄tiū rō. Quidā tn̄ noie dei ibi p̄sonā significari putāt. q⁊ de tribus agebat p̄sonis: quaꝝ nullā trinitatis p̄tē esse dicebat: sicut p̄s istius p̄sone nō est deus. Qd̄ si de p̄sona intelligat̃: manifestū est q⁊ p̄sona non est p̄s p̄sone. Posita est diligenter sn̄ia scd̄a ⁊ eius explanatio. cui i nullo vel in modico obuiāt autoritates i tertia sn̄ia inducte que iā consideranda est.

Rūsio eorū cū determinatione.

Tertia sententia que sit p̄missarū ꝓpositionū intelligētia. k

In hac ergo sentētia sic dr̄ deus factus hō. q⁊ hoiem accepit. sic dicit̃ esse hō. q⁊ hoiem habet. vl̄ q̄a ē habens hoiem. ⁊ hō factus deus: q⁊ assumptus est a deo. ⁊ hō esse de⁹. q⁊ habēs hoiem est deus. Cū g̊ dicit̃ deus ē homo. vel habitus p̄dicat̃ vel p̄sona sed humanata. Et q̄ p̄sona humanata p̄dicet̃: cassiodorus ostendere videt̃ dicēs. Factus est vt ita dixerim humanatus deus: q̄ etiā in assumptiōe carnis: de⁹ esse nō destitit. Qd̄ tn̄ varie accipi pōt vt dicat̃ deus fact⁹ humanatus. vel xp̄s factus de⁹ humanatus vtrūq̄ em̄ sane dici pōt. Cū ergo dicit̃ factus est deus hō. multiplex s̄m istos fit intelligentia: vt naturā humanaz accepisse. vel humanatū verbū esse incepisse intelligatur. Nec tn̄ si incepit esse humanatū v̄bum. ideo sequit̃ q̄ inceperit esse verbum nec si deus factus est humanatū verbum: sequit̃ q̄ factus sit verbuz. sicut de aliquo dicit̃. Hodie iste cepit esse bonus hō vl̄ factus est bon⁹ homo. nec tn̄ hodie cepit eē hō: vel factus est homo.

Cassiod.

Quo sensu ꝺm istos dicat ꝑdestinatus christus. l

Secundū istos dicit xps ꝺm q hō ꝑdestinatus esse filiꝰ dei. qz est ꝑdestinatuz a deo ab eterno. ⁊ i tpe collatū est ei p gr̃am: vt ipse ens hō sit filius dei. hoc.n. nō semp habuit. sed in tpe p gr̃am accepit. Nō videt Aug. notasse i li. ad pspez ⁊ hylari. dicēs. Predestinatus ē Jesus: vt q̄ futurꝰ erat ꝺm carnē filiꝰ dei. Hi etiā cū dicitur xp̃us minor pr̃e ꝺm q hō. ꝺm habitū hoc intelligunt dictū. i. inq̄tū hēt sibi hominē vnitū. Uñ Aug. in. j. li. ō trini. Deꝰ filius deo patri natura ē equal. habitu mior. In forma eñ serui minor est patre. In forma dei equalis est patri. et qz ꝺm habitū accipienda ē incarnationis ratio. ideo deū humanatū: nō hoiem deificatū dici tradunt. Uñ Joh. dam. Nō hoiem deificatū dicimus. sed deū hoiem factū.

Augusti. Autoritate cōfirmat expositione.

Augusti.

Jo. dam.

Qz nō dz dici hō dominicus. m

Et licet dicatur homo deus. nō tñ congrue dicit hō dñicus. Uñ Aug. in li. retractationū. Non video vtz recte dicat hō dñicus: q̄ est mediator dei ⁊ hoim xps Jesus. cū sit vtiq̄ dñs. et hoc quidē vt dicerē apud quosdā legi catholicos tractatores. Sz vbicūq̄ hoc dixi: dixisse me nollē. Postea quippe vidi nō esse dicendū: q̄uis nōnulla posset idē rōe defendi. Scōm istos etiā dicit psona filij i duabꝰ ⁊ ex|duabꝰ existere natur|ꝺm adherentiā vel inherentiaz. Altera eñ inheret ei. altera inest.

Augusti.

Qz ꝑdicta nō sufficiunt ad cognoscendā hanc questionē. n

Satis diligēter iuxta diuersoz sniam supꝛapositaz absq̄ assertione ⁊ p̄iudicio tractauimus questiōz Ueruntñ nolo in tāta re: tanq̄ ad cognoscendū difficili putare lectorē: istā sibi nostrā debere sufficere disputationē. ſ legat ⁊ alia forte melius cōsiderata atq̄ tractata. et ea q̄ hic mouere pñt: vigilātioze atq̄ intelligētioze si pōt mente discutiat. Hoc firmiter tenēs q̄ deꝰ hoiez assūpsit. hō i deum trāsiuit. nō nature ꝟsibilitate. ſ dei dignatiōe. vt nec deꝰ mutaret i hūanā sbam assumēdo hoiem. nec hō i diuinā glorificatus esse i deū. qz mutatio vel ꝟsibilitas nature: diminutionē ⁊ abolitionē subefacit.

Jsta ē distinctio septima huiꝰ tertij libri. que ꝓtinet sniam tertie opiniōis que est hec Scōm doctoꝝ diuersoꝝ opiniōes varie dāde sunt rñsiones q̄ ponunt superius i ꝓma ꝓpositiōe. Hanc mgr̃ insinuans exponit ꝓmo ꝓmā ꝓpositiōz ꝓpositā i ꝓma ꝓncipali ꝓpositioe p̄cedētis distinctōis vicz istā. Deus hō factus ē. q̄ valet tñ sicut ista. Deꝰ incipit esse substātia rōnalis que ꝓius nō erat. Et ex hoc ad istā questionē cū dr̃. deus hō factus ē. an deus dicat factus aliud. Scōm ꝓmā opinionē dicit rñdendū eē affirmatiue dicēdo q̄ deus factus ē aliq̄d. sz substantia q̄ eē cepit. Concedendū etiā ē ꝺm istaz opinionē. q̄ xps ē ꝑdestinatꝰ dei filiꝰ. sed nō inq̄tuz hō. Sed ꝓtra hoc arguit sic. Si deus incepit eē aliqua substātia: verꝝ ē dicere q̄ deus ē aliq̄d q̄ nō sp fuit. Ad q̄ rñdens dicit: q̄ ista opinio bñ ꝓceditur nō tñ simplr̃ sed cū determinatiōe. dicēdo ꝺm carnē factus ē aliq̄d q̄ ꝑus nō fuit. Scōm scōam opinionē ponit duplicē intellectū dictarū ꝓpositionū. quorū vnus ē. cū dr̃ factus est hō. sensus ē. q̄ deus incepit eē subsistēs in duabus naturis. Alius ē. q̄ deus humanā naturā assumpsit: ꝺm quaz hō dr̃ esse a deo assumptus. Et subdit q̄ ly hō pōt teneri p psona vel p natura. ⁊ ꝺm hoc diuersimode i diuersis ꝓpositiōibus accipit. Subiūgit etiā postea solutiōes autoritatū diuersoꝝ que videnē dicere q̄ hō sit assūptus. ⁊ q̄ xps sit duo. ⁊ q̄ psona xp̃i nō sit cōposita que oīa p̄me opinioni videnē ꝓsonare. ⁊ scōe opinioni obuiare. ⁊ ille solutiōes patēt in lr̃a. Scōm tertiā opinionē ponit intellectū dictarū ꝓpositionū. q̄ cū dr̃. deus factus ē hō. ⁊ deus ē hō. p ꝑdicatuz sz ly hō denotat solus habitꝰ. vt sit sensus. deꝰ hēt hoiem. vel ē persona hūanata. ⁊ q̄uis istā ꝓcedant. q̄ deus ē humanatꝰ. nō tñ ꝓcedūt q̄ hō est deificatus Silr̃ licet bñ dicat homo ē deus. nō tñ pōt dici hō est dñicus. q̄ hoc dtō Aug. nō placuit. imo post q̄ frequētius hoc dixerat primo retrac. ca. xix. hoc ipsū retractauit. ⁊ sic vltimo oīa ista i duabus distinctiōibus istis disputatiue dicta mgr̃ nō discutit. sed lectoris iudicio discutiēda derelinq̄t. Pro aliquali ꝑdictoꝝ euidētia notandū ē. q̄ p̄cedētes opiniōes in q̄tuor p̄ctis ꝓueniūt ⁊ i quatuor differūt. Conueniūt eñ ꝓmo i hoc: q̄ ponūt in xp̃o vnā psonā. cōtra hereticū Nestoriū: q̄ ponit in xp̃o duas. Scōo i hoc: q̄ ponūt in xp̃o duplicē naturā. s. diuinam ⁊ humanam ꝓtra errorē Eutichij q̄ posuit post incarnatōem in xp̃o ex diuina ⁊ hūana natura vnā naturaz factā ⁊ in hoc q̄ ponūt tres substātias in christo. s. corpꝰ. aiam ⁊ deitatē. ꝓtra errorez Appollinaris q̄ posuit aiam nō esse a verbo assumptā: sed deitatē esse loco aie. Tertio ꝓueniūt in hoc q̄ ponūt veram carnez ⁊ veram aiam verbū assumpsisse: ꝓtra errorē Manichei. q̄ posuit christuz hr̃e nisi carnem fantasticam. Quarto i hoc ꝓueniūt: q̄ corpꝰ christi ⁊ aia nō fuerūt ꝑus tpe q̄ assumpta fuerūt. ⁊ cōtra errorē quorundam dicētiū: q̄ ꝑus intellectus fuit assumptus ⁊ postea hō. quos narrat Dam̃. libro. lij. errasse. Similiter i quatuor p̄ctis differūt p̄dicte q̄tuor opiniones. Primo i hoc q̄ ꝓma opinio ponit duo suppositā in christo. Scōa aūt ponit tñ vnū suppositū i eo qō q̄dē idē suppositū ponit subsistere duabꝰ naturis Tertia vo opinio lz ponat tñ vnū suppositū i xp̃o. tñ hoc i vna ipsaꝝ naturarū ponit mū per accidens

subsistere. dicit. n. q̄ q̄uis corpus xp̄i ⁊ aīa ad rōem xp̄i pertineant. nō tn̄ suppositū xp̄i i eisdez subsistit cū illo supposito solū ab extrinseco vt testes q̄dā ad ueniunt. Scō differunt q̄tum ad hoc q̄ prima opinio dicit hominē assumptū. scōa humanitatē. tertia ℞o nec ꝓprie hominē nec hūanitatē nisi solū p sinodochen. s. capiēdo ptes diuersas p toto. Tertio differūt q̄tum ad hoc q̄ prima ponit corpus ⁊ aīam assumptas vel ptes hois assumpti ⁊ nō psone assumētis. Añ dicit q̄ psona assumēs mō sit eque simplex. scz post assumptionē vt añ fuit. Scōa opinio econuerso ponit eas assumptas vt psone assumētis. ⁊ nō hois assumpti. qz ꝑm illā opinionē nō hō. sed humanitas assumpta fuit. Añ dicit q̄ persona q̄ antea fuit simplex facta ē ꝯposita qōammodo. Tertia autē ponit eas assumptas: nō vt ptes homis assūpti. nec vt partes persone assumētis. sz solū vt quēdam habitū exteriorē. Quarto differūt i hoc: q̄ prima opinio ponit q̄ xp̄s est aliq̄d ꝑm q̄ est hō. qz ponit eum fore quoddā suppositū a verbo assumptū. sed secunda dicit q̄ sit aliquid ꝑm q̄ natura humana. qz natura hūana quā assumpsit p̄dicat de eo ꝯcretiue. Tertia ℞o ponit q̄ xp̄s nō sit aliud ꝑm qō ē hō. sed tn̄ aliquo mō se hns. si ēhō induⁿ aliter se habet q̄ nudus. Añ ꝑm primā opinionē qñ dicit: filius dei ē hō tunc sensus ē q̄ filius dei ē aliq̄d homis suppositum sibi vnitū. Nam ꝑm istā opinionē xp̄s ꝑm q̄ hō vnū est ⁊ aliq̄d est. s. suppositū. sed nō ē vnus vel aliquis Cuius rō ē. qz neutr̄ genus significat supposituz in forme. masculinū ℞o genⁿ personā. Añ ꝯsequenē dici habet: q̄ xp̄s ē duo neutraliē. s. suppositū. ⁊ nō nisi vnū masculine. qz nisi vna persona. ꝑm secundam opinionē qñ dicit. filius dei ē hō: tūc sensus ē. filius dei ē suppositū hois hns hūanitatē sibi vnitaz. ⁊ sic ꝑm istam opinionē xp̄s ꝑm q̄ ē hō etiam ē aliq̄d. q̄a ē ꝯpositū ex aīa ⁊ corpe ꝯstitutū. ⁊ ē etiaz vnⁿ ⁊ vnū vnū eñ est. s. suppositū in vtraq̄ natura subsistens. ⁊ vnⁿ ē. qz vna psona. Scōm tertiā opinionē. cū dr̄ filius dei ē hō. tūc sensus ē. filiⁱ dei ē humanitate indutⁿ. ⁊ sic ꝑm opinionē istam xp̄s nō ē aliq̄d ꝑm qō ē hō. sed tn̄ aliquo mō se hns. ⁊ sic etiam xp̄s ē vnū ⁊ vnus i vtraq̄ natura. nō tn̄ per se sed p accidens. Prima istarū opinionū a modernis doctoribus dicitur falsa ⁊ erronea. Scōa ℞o catholica. Tertia ℞o ē simpl̄r heretica. vt patz extra de here. li. v. pagrapho. Cū christus. vbi Alexander tertiⁱ simpl̄r anathematizauit oēs dicētes xp̄m ꝑm q̄ est hō nō esse aliquid. Et tn̄ in speciali.

An diuina natura debeat dici nata de virgine. a

DI. VIII

Post p̄dicta

q̄ri debet. vtr̄ ō natura diuina ꝯcedendū sit: q̄ de ℣gine sit nata. sicut dr̄ i ℣gine incarnata? Et videt vtiq̄ nō debere dici nata ō ℣gine: cum nō sit nata ō p̄re. Que eñ res nō ē ō p̄re genita nō dr̄ ō mre nata. nec res aliq̄ filiatōis nomē habeat i hūanitate q̄ illud nō teneat i diuitate. Videt tn̄ posse ꝓbari: q̄ sit nata de ℣gine. qz si hoc ē nasci deū de ℣gine. s. hoiem assumere i vtero ℣ginis. cū natura diuina supⁱ dicta sit hominē assūpsisse, videt debē dici nata. Be B aūt Aug. i li. de fi. ad petr̄ sic ait. Natura eⁱna atq̄ diuīa nō posset tpaliē ꝯcipi et nasci ex natura hūana. nisi ꝑm susceptōez vitat hūane verā tpaliē ꝯceptōz ⁊ natiuitatē ineffabil'i se diuitas accepisz. Sic est deⁱ eternⁱ veracit ꝑm tp̄s ⁊ cōceptⁱ ⁊ natⁱ ex ℣gine. Ista aūcte videt insinuari q̄ natura diuia sit nata et ꝯcepta de ℣gine. Sz si diligenter notent verba: potⁱ de psona agi intelligit q̄ sine dubitatiōe ⁊ de p̄re et de matre nata esse dici debet. Augusti.

De gemina xp̄i natiuitate quibus natus est. b

Quēri etiam solet vtr̄ debeat dici xp̄s bis genitⁱ vt dr̄ dei ⁊ hois filius? Ad qō dici pōt xp̄m bis natū eē. duasq̄ natiuitates habuisse. Añ Aug. i li. de fi. ad petr̄. Pater deⁱ de sua natura genuit filiū deū sibi coequalē ⁊ coeternū. Idē q̄z vnigenitⁱ deus scō natⁱ ē ex p̄re semel. ex mre semel. Natus ē eñ de p̄re dei ℣bū. Natⁱ ē de mre ℣bū caro factū. vnⁱ q̄ atq̄ idē dei filius natⁱ ē añ secula. ⁊ natⁱ in seculo. ⁊ vtraq̄ natiuitas vniⁱ ē filij dei. diuina. s. ⁊ hūana. De hoc etiā Joh. da. ait. Duas q̄ xp̄i natiuitates veneramur. vna ex p̄re añ secula q̄ est sup cām ⁊ rōez ⁊ tp̄s ⁊ naturā. ⁊ vna q̄ i vltimis tēpibus ꝓpter nos ⁊ ꝑm nos ⁊ sup nos. ꝓpter nos. qz p/pter nr̄az salutē. ꝑm nos. qz natus ē hō ex muliere: ⁊ tpe ꝯceptiōis. s. nouē mensium Sup nos. qz nō ex semine: sed ex spūsancto ⁊ sancta ℣gine supza legē ꝯceptionis. Ex his manifeste aparet xp̄i duas esse natiuitates. eundēq̄ bis natū fore. Augusti. Joh. dam.

Ista ē distinctō octaua huius tertij libri. In qua mgr̄ postq̄ egit de ꝯditōibⁱ sequētibus actū vniōis quo ad effectū ex ipsa seq̄ntez. agit de eisdē ꝯditōibus quo ad naturaz vniētē. Et tria circa hoc facit i istis duabⁱ distinctiōibⁱ sequētibⁱ. Nam inq̄rit p̄mo: an natura diuina in xp̄o possit dici nata. Scōo an rōne duplicis nature xp̄s possit dici bis natus. Tertio an xp̄i caro sit adoranda eadem adoratiōe qua verbū. Primū facit vsq̄ ibi. Queri etiaz solet. Scōm vsq̄ ibi. Preterea inuestigari oportet. vbi incipit nona distinctio. Tertiū subiūgit p totā sequentē distinctōz. In spāli sn̄ia mgr̄i i duabⁱ sequētibⁱ distictōibⁱ stat i tribⁱ ꝓpositōibⁱ. q̄rū ꝑma ē hec. Natura diuia p ℣bi psona ō ℣gine pōt dici nata. Hanc mgr̄ exequēs q̄rit. Utr̄ natura diuina posset dici nata sic i p̄cedētibⁱ pōt dici incarnata. Et nō arguit ex hoc q̄ ipsa nō dr̄ nata de p̄re natiuitate eterna. ⁊ iō multominⁱ doz dici nata de ℣gine natiuitate tpali. In oppositū arguit sic. Naturā hūanā i vtero ℣gis assumere ē nasci ō ℣gine. sz natura diuia assū

pſit humanã i vtero ỽginis. ergo ipſa ẽ nata de ỽ gine. Et rñdet q capiẽdo naturã ꝓ pſona põt dici q nata diuina ſit nata de ỽgine. ſz capiẽdo naturã ꝓ eẽntia: mĩme dz dici nata: ſiue de pr̃e eternaliṫ: ſiue de mr̃e tpaliter. Añ vbicũq; inueniṫ dictũ q natura diuina ſit incarnata: ſiue nata de pr̃e vel mr̃e: tũc ꝓ naturã ſp dz intelligi perſona: ⁊ nõ abſolute eẽntia. Scõa ꝓpoſitio ẽ hec. Propter duaꝝ naturaꝝ i xp̃o ꝓpietates: ponunṫ eiuſdem diſtincte natiuitates. Hãc mgr̃ ponẽs q̃rit. Utrũ xp̃s debeat dici bis natus ſicut dr̃ filiꝰ dei ⁊ hoĩs. Et rñdet q ꝓpter ꝓpietates duarũ naturarũ i xp̃o: xp̃s põt dici bis natus ſeu hr̃e duas natiuitates. Añ hz eternã natiuitatẽ a pr̃e: ẽm quã ẽ patri coeternꝰ. ⁊ añ ſecula geuitus ⁊ natiuitatẽ tpalem: qua ẽ a mr̃e in ſeculo natus. ⁊ iſta ꝓfirmat magiſter autoritatibus beati Auguſ. ⁊ Joh. damaſ.

De adoratiõe hũanitatis xp̃i. an eadem ſit adoratõ humanitati et deitati exhibenda. a

DI. IX

Preterea iue

ſtigari oportet. vtꝝ caro xp̃i ⁊ aĩa vna eadẽq; cũ ỽbo debeat adoratõe adorari illa. ſ. q̃ latria dr̃. Si em̃ aie vel carni exhibeṫ latria q̃ intelligiṫ ſeruitꝰ ſiue cultꝰ ſoli creatori debitꝰ. cũ aia xp̃i vl caro creatura tm̃ ſit creature exhibeṫ quod ſoli creatori debeṫ qõ faciẽti i idolatriã deputaṫ. Jõ q̃busdã videṫ nõ illa adoratiõe q̃ latria ẽ carnẽ xp̃i vel aiam xp̃i eſſe adorandã. ſ illa q̃ eſt dulia. cuiꝰ duas ſpẽs vel modos eſſe dicunt. Eſt em̃ cuiuſdã modi dulia q̃ creature cuilibet exhiberi põt. ⁊ ẽ quedã ſoli hũanitati xp̃i exhibẽda nõ alĩ creature. qz xp̃i humanitas ſup oẽm creaturã ẽ veneranda ⁊ diligẽda. Nõ tñ adeo vt cultꝰ diuinitati debitꝰ ei exhibeaṫ. q̃ cultꝰ i dilectiõe ⁊ ſacrificij exhibitõe atq; reuerẽtia ꝓſiſtit: q̃ latine dr̃ pietas. grece aũt theoſebia. i. dei cultꝰ. vel euſebia. i. bonus cultus.

Quidam dicunt non illa adoratione adorandam eſſe.

De ſpecieb⁹ dulie.

Aliorũ ſnĩa qua vnã adoratione vtriq; exhibendã tradunt. b

Aliis autez placet

chriſti humanitatẽ vna adoratione cuz ỽbo eſſe adorandaz. nõ ꝓpter ſe ſed ꝓpter illũ cuius ſcabelluz eſt cui eſt vnita. Neq; ipſa humanitas ſola vel nuda. ſed cũ verbo cui ẽ vnita. nec ꝓpter ſe: ſed ꝓpter illuz cui ẽ vnita ẽ adorãda. Nec q̃ hoc facit idolatrie reus iudicari põt. qz nec ſoli creature. nec ꝓpter ipſã. ſed creatori cũ hũanitate. ⁊ i hũanitate ſua ſeruit. De hoc Jobes dam. ita ait. Due ſunt nature xp̃i. ratiõe ⁊ mõ differentes. vnite ỽo ẽm hypoſtaſim. Unus ergo xp̃s eſt deus ꝑfectus ⁊ homo ꝑfectus: quẽ adoramus cũ patre ⁊ ſpiritu vna adoratione cum incõtaminata carne eius. Non inadorabilẽ carnem dicentes. Adoraṫ em̃ i vna ỽbi hypoſtaſi. q̃ hypoſtaſis generata eſt. Nõ creature veneratiõnẽ ꝑbentes. Non g̃ vt nudam carnẽ adoramus. ſed vt vnitã deitati in vnam hypoſtaſim dei verbi duabus reductis naturis Timeo carbonem tangere ꝓpter ligno copulatuz ignẽ. Adoro chriſti dei mei ſimul vtrãq; naturã: ꝓpter carni vnitã deitatẽ. Nõ em̃ quartã appono pſonã in trinitate. ſed vnã pſonã cõfiteor verbi ⁊ carnis eiꝰ. Hiis verbis inſinuari videṫ xp̃i hũanitatẽ vna adoratiõe cum verbo eſſe adorandã. De hoc etiã Aug. ait ex ſer. dñi vbi dicit. Non turbeṫ cor vr̃m: ita dicit. Dicunt heretici filiũ nõ natura eſſe deũ ſ creatuz. Quibus rñdendũ eſt. q̃ ſi filius nõ ẽ deus natura ſ creatura. nec colẽdus ẽ oĩno. nec vt deus adorãdus. dicẽte apl̃o. Coluerũt ⁊ ſeruierũt potiꝰ creature q̃ creatori. Sed illi ad hoc replicabũt ⁊ dicẽt. Quid eſt q carnẽ eius quã creaturã eſſe non negas ſimul cuz diuinitate adoras. ⁊ ei nõ minꝰ q̃ diuinitati deſeruis. Ego dñicã carnẽ imo ꝑfectã in xp̃o humanitatẽ ideo adoro. q a diuinitate ſuſcepta et deitati vnita eſt. vt nõ aliũ ⁊ aliũ. ſed vnũ eundẽq; deũ ⁊ hominẽ filiũ dei eſſe ꝓfitear. Beniq; ſi hominẽ ſepaueris a deo. illi nunq; credo nec ſeruio. velut ſi quis purpurã vel diadema regale iacens inueniat. nunquid ea conabiṫ adorare. Cum vero ea rex fuerit indutus: piculũ mortis incurrit. ſi ea cum rege adorare q̃s contempſerit. Jta in chriſto domino humanitatẽ nõ ſolã vel nudã. ſed diuinitati vnitã. ſ. vnũ filiũ deũ vez ⁊ hominẽ vez ſi quis adorare contempſerit: eternaliter morietur. Jdẽ ſup ps̃. xcviij. vbi dicitur. Adorate ſcabellũ peduz eius qm̃ ſanctũ eſt. Sciendũ qz in xp̃o terra eſt. id ẽ caro que ſine impietate adoraṫ. Suſcepit. n. de terra terraz. qz caro de terra ẽ. ⁊ de carne Marie carnẽ accepit. hec ſine impietate a ỽbo dei aſſumpta adoraṫ a nobis. q̃ a nemo carnẽ eius mãducat niſi pius adoret ſed qui adorat non terram intuetur. ſed illum potius cuius ſcabellũ eſt ꝓpter quem adorat. Hiis autoritatibus p̃miſſe inueſtigationis abſolutio explicaṫ.

Jo. dam.

Augusti.

Tertia ꝓpositio ẽ hec. Caro chri
sti inq̃tum verbo vnita: ẽ adoratiõe latrie adorãda.
Hanc mgr̃ insinuans q̃rit. vtrũ hũana natura i chri
sto debeat eadẽ adoratiõe adorari cũ verbo cui vnita ẽ. Et rñdet circa hoc fore duas opiniões. q̃z vna dicit q̃ nõ. qr adoratiõe latrie: q̃ est cultꝰ deo debitꝰ vt creatori. ⁊ qui nulli creature exhiberi debet: ipse solus deus adorari debet. Cũ igit̃ caro vel aĩa x̃bo vnita sit vt creatura. patet q̃ eadẽ adoratione cũ x̃bo nõ est adoranda. Est tñ ꝑ ceteris creaturis rationalibus simplicit̃ ⁊ ꝑcipue adoranda seu venerãda non tñ vt honor diuinitati exhibitꝰ ei ꝑ se attribuat̃ qui quidẽ cultus exhibẽdus ꝓsistit i amore ⁊ cordis dilectiõe. ⁊ bonorũ tꝫaliũ ⁊ sacrificiorũ ⁊ mẽbrorum exhibitiõe: ⁊ oñimoda reuerẽtia que sibi mime exhibet̃. Alia opinio que ꝓmunior ẽ ⁊ verior apparet dicit. q̃ humana natura vnita diuine ꝑsone eadem adoratiõe qua diuina persona adorat̃: ẽ pie adoranda. ꝓsiderando sp naturam humanã vt verbo vnitã ⁊ nõ ab ipso separatã. Nam q̃ eã sic adorat non peccat. qr eam nõ adorat vt creaturã: sed vt vnitam diuine persone. Et istam opiniõz mgr̃ ꝓfirmat autoritatibus Aug. ⁊ Dama. Et tñ in speciali.

An xp̃us ꝼm q̃ homo sit persona vel aliquid. a

DI. X

Argumentatio de vtraq̃ ꝑte q̃stionis

Solet etiaz a
q̃busdã inquiri. vtz xp̃s ꝼm q̃ hõ sit ꝑsona vel etiã sit aliquid. Ex vtraq̃ ꝑte huiꝰ que stiõis argumẽta ꝓcurrũt. Q̃ eñ ꝑsona sit his disserũt rõibus. Si ꝼm q̃ hõ aliq̃d est vel ꝑsona. vel suba. vel aliud ẽ. Sz aliud nõ. g̃ ꝑsona vel suba. Si suba ẽ. vel rõnal. vel irrõnalis. sed nõ ẽ irrõnalis suba. g̃ rõnalis. Si x̃o ꝼm q̃ hõ ẽ rõnalis suba. g̃ ꝑsona. qr hec est diffinitio ꝑsone suba rõnalis indiuidue nature. Si g̃ ꝼm q̃ hõ. est aliquid. ⁊ ꝼm q̃ homo ꝑsona est. Sz ecõuerso. si ꝼm q̃ hõ ꝑsona est. vel tertia i trinitate. vel alia. sed alia nõ. ergo tertia i trinitate ꝑsona. At si ꝼm q̃ hõ ꝑsona ẽ tertia in trinitate. g̃ deus. ꝓpter hec incõueniẽtia ⁊ alia. quidã dicunt xp̃m ꝼm hominez nõ esse ꝑsonã. nec aliquid nisi forte. ꝼm. sit exp̃ssiuũ vnitatis ꝑsone. Scõm eñ habet multiplicẽ rõem. Aliq̃ eñ exprimit cõditionẽ. vel ꝓprietatẽ diuine nature vel humane. aliq̃ vnitatẽ ꝑsone. aliq̃ notat habitũ. aliq̃ cãm. Cuius distinctõnis rõem diligenter lector animaduertat. atq̃ i sinu memorie recõdat. ne eius ꝓfundant̃ sẽsus cũ de xp̃o sermo occurrerit.

Et si xp̃s ꝼm q̃ hõ dicat̃ substãtia rõnalis. nõ in de tamẽ sequit̃ q̃ ꝑsona sit ꝼm q̃ homo. b

Illud tamen nõ se
quit̃ qõ in argumentatione ſupiori indu/ctũ est. Q̃ si xp̃s ꝼm q̃ hõ est suba rationalis. ergo ꝑsona. Nã ⁊ modo aia christi est substantia rõnalis. nõ tñ ꝑsona. qr non est ꝑ se sonãs. immo alij rei ꝓiũcta. Illa tñ ꝑsone descꝓtio nõ ẽ data ꝑ illis tribꝰ ꝑsonis

Alia ꝓbatio q̃ xp̃s sit ꝑsona. c

Sed adhuc aliter
nituñ ꝓbare xp̃m ꝼm hoiem esse ꝑsonam quia christus ꝼm q̃ homo predestinatus est vt sit dei filius. Sed illõ est qõ vt sit ꝑdestinatus est. ergo si ꝑdestinatus est ꝼm q̃ hõ vt sit filius dei. ⁊ ꝼm q̃ hõ ẽ filiꝰ dei. Ad qõ dici põt xp̃m esse id qõ vt sit ꝑdestinatus ẽ. Est eñ ꝑdestinatꝰ vt sit filiꝰ dei ⁊ ipse vere est filius dei. sed ꝼm hoiem ꝑdestinatus est vt sit filius dei. qr ꝑ gratiã habet hoc ꝼm hominẽ. nec tamẽ ꝼm hominẽ est filius dei: nisi forte ꝼm vnitatis persone sit expressiuũ. vt sit sensus. Ipse qui est hõ ẽ dei filiꝰ. vt aũt ipe ens hõ sit dei filiꝰ ꝑ gr̃am hẽt. sed si cã notet̃ falsũ est. Non eñ quo homo est. eo dei filius est.

An xp̃s sit adoptiuus filiꝰ ꝼm q̃ homo vel alio mõ. d

Si vero queritur
an christus sit adoptiuus filius ꝼm q̃ homo siue alio modo: respondemus christũ nõ esse adoptiuũ filiũ aliquo mõ. ꝼ tñ naturalẽ. qr natura filius dei est. nõ adoptionis gr̃a. Nõ autẽ sic dicit̃ filius natura vt dicit̃ deus natura. Non eñ eo filiꝰ est quo deus est. qr natiuitate diuinitatis filius ẽ. ⁊ cum dicit̃ natura vel nature filius. quia naturaliter est filiꝰ: eandẽ. s. habens naturam quam ille qui genuit. Adoptiuus autem filius nõ est. qr ꝓius non fuit. ⁊ postmodũ adoptatus est in filiũ. sicut nos dicimur adoptiui filij. Quia cuz nati fuerimꝰ ire filij: ꝑ gratiam facti sumus filij dei. christus vero nunq̃ fuit non filius dei. ⁊ ideo nõ est adoptiuus filius.

Quare non sit adoptiuꝰ filius.

Opinio q̃ sit adoptiuꝰ filius. e

Bz ad hoc opponi
tur sic. Christus filiua hominis est. i. vir/

ginis aut gratia aut natura. vl' vtroq; mō Si ℣o natura: aut diuia aut humana. sed diuina non. ergo aut humana natura. aut nō natura est filius homis. Si nō natura: ergo gratia tantū. ⁊ si etiam natura humana nō. ideo mīº p gratiā. Si ergo gratia: filius homis. ē adoptiuus filius esse videtur. vt idē sit naturalis filius patris. ⁊ adoptiuº filius ℣ginis. Ad qō dici pōt xp̄m filiū virginis esse ⁊ natura vel naturaliter ⁊ gratia. nec tamen adoptiuus filius virginis est. qz non p adoptionē: sed p vnionē filius virginis esse dicit. Filius eñ ℣ginis dicit. eo q in ℣gine hominē accepit in vnitatē p̄sone. ⁊ hoc fuit gratie ⁊ nō nature. Unde Aug. sup Joh. ait. q vnigenitº est equalis patri: non ē gratie sed nature. Q aūt in vnitatē p̄sone vnigeniti assūptº est hō: gratie ē nō nature. Chr̄istº ergo nec dei nec hois ē adoptiuº filius. sed dei naturaliter. ⁊ homis naturaliter ⁊ gratia filius Q ℣o naturaliter sit homis filius: Augº. ostendit in libro de fide ad ꝑetr. Ille scz deus factus ē naturaliter homis filiº. qui ē naturaliter filius vnigenitº dei patr̄. Q aūt nō sit adoptiuº filius. ⁊ tamē gratia sit filiº: ex subditis ꝓbatur testimonijs. Hieronymus sup epistolam ad Ephesios ait. De xp̄o Jesu scriptū est. qz semp cum p̄fuit. ⁊ nunq; eū vt esset voluntas patna p̄cessit. ⁊ ille quidē natura filius est. nos vero adoptione. Ille nunq; non fuit filius. nos anteq; essemus p̄destinati sumº. ⁊ tūc spm̄ adoptionis accepimº qñ credidimus filiū dei. Hylarius quoq; in libro tertio de trinitate ait. Bñs dicens clarifica filiū tuum. nō solo nomine ꝓtestatº est se esse filiū dei. sed etiā ꝓprietate. Nos sumº filij dei: ℈ nō talis hic filius. Hic eñ verus ⁊ ꝓpriº est filius origine: nō adoptione. veritate: non nuncupatione. natiuitate: non creatione. Aug. etiam super Johannē ait. Nos sumus filij gratia nō natura. vnigenitº autem natura nō gratia. an hoc etiā in ipso filio ad hominē referendū ē. Ita sane: Ambro. quoq; in. j. libro ō trini. ait. Chr̄istus filius est nō p adoptionē sed p naturam. p adoptionem nos filij dicimur: ille p veritatem nature est. Ex his euidenter ostendit q xp̄s non sit filius gratia adoptionis. Ila eñ gratia intelligit cū Aug. eum nō esse gratia filiū asserit. gratia eñ sed non adoptionis. immo vnionis filius dei est filius homis ⁊ econuerso.

Rūsio.

Aug. super Johannem.

Aug. de fide ad petr.

Hiero⁹. sup epistolaz ad Ephes.

Hylarius contra nestorium. cōtra sabelliū. contra arrium.

Aug. sup Joh.

Ambros.

Utrūm p̄sona vel natura p̄destinata sit. f

Deīde si quer̄itur

vtr̄ p̄destinatio illa quā cōmemorat apl's sit de p̄sona an ō natura: Sane dici pōt ⁊ p̄sonā filij que semp fuit esse p̄destinatam ℈m hoiem assumptū: vt ipsa. s. ens hō esset dei filiº. ⁊ naturā humanā esse p̄destinatā vt ℣bo patris p̄sonaliter vniret.

Ista ē distinctio decima tertij libri. In qua magister postq; egit de ꝑditionibus cōsequētibus actūvniōis quo ad naturā vnientē ⁊ vnitā. Agit de ꝑditiōibus eiusdē quo ad p̄sonā i q̄ dicimus vnionē esse factā. Et tria facit. Primo. n. agit de p̄sonalitate q̄ ptinet ad dignitatē nature. Scōo ō adoptiōe q̄ pertinet ad dignitatē gr̄e. Tertio de p̄destinatiōe q̄ attinet dignitati glorie. Primū vsq; ibi Si ℣o querit. Scōz vsq; ibi. Deinde si querit. Tertiū vsq; ad finē distinctiōis. In speciali sn̄ia magistri stat in tribus ꝓpositiōibº. quar̄ prima ē hec. Quāuis xp̄s vt homo sit humane nature individua substantia. idē tū ℈m q hō nō est aliqua p̄sona. Hāc insinuans magister querit. Utr̄ xp̄us ℈m q homo persona sit. Et q sit persona arguit sic. Nam xp̄s ℈m q homo ē aliq̄d. aut igit ē substātia aut aliud. non aliud: ergo substantia. sed nō substantia irrationalis: ergo rationalis. cū ergo oīs substātia rational' sit persona. qz ℈m Boctiū. p̄sona ē rōnalis nature individua substātia. sequit xp̄m ℈m q hō esse p̄sonā. In ctrariū arguit sic. Si xp̄s ℈m q homo eēt persona: ipsa esset tertia p̄sona i trinitate ⁊ nō alia. sz cū illa sit deus: sequit xp̄m ℈m q homo esse deū. consequens est falsū. igit illud ex quo sequit seu infertur. sed hoc est assumptū. ergo ⁊c. Et respondēs magister dicit nō esse cōcedendū xp̄m ℈m q hō esse personam. qz dato q sic. tunc verbū non naturam. sed personā assumpsisset. qō ē falsuz. ideo xp̄s ℈m q homo nō est dicēdus p̄sona vel aliq̄s. nisi forte ista p̄positio ℈m exp̄sse denotaret vnitatē p̄sone. ⁊ hoc patet in l'ra vbi etiā ponit multiplicē acceptionē hui⁹ p̄positionis. Postea magister soluit argumentū factū in oppositū: dicens istā consequentiā nō valere. xp̄s est substātia rationalis: ergo ē p̄sona. qz persona dicit quasi res per se sonans ⁊ nō alteri cōiuncta. qō nō est vez de natura humana in xp̄o. Ex alio etiam dicit consequentiam illā nō valere. qz diffinitio p̄sone in argumento allegata nō cōuenit diuinis personis. licet alijs bñ ꝓueniat. ⁊ sic relinquit nō fore cōcedendū q xp̄s ℈m q homo sit persona. Cōtra hoc iterū opponit sic. Chr̄istus ℈m q hō est p̄destinatus vt sit filius dei. sed ℈m q ē filius dei est p̄sona. igit ℈m q est homo est p̄sona. Et respōdens magister dicit añcedens esse multiplex. qz ly ℈m cū reduplicatione pōt cadere. vel super p̄destinationem: ⁊ sic assūptum est verum. sed argumentū nō valet. vel potest cadere super filiationē. ⁊ sic argumentū est bonum sed assumptum est falsum. Secūda ꝓpositio est hec Filius virginis temporalis non est dei filius adoptiuus sed naturalis. Hanc magister ꝓtendens querit Utrum chr̄istus ℈m q homo sit filius adoptiuus. Et respondet chr̄istū esse filium non adoptione: sed natura. non tamen sic dicit filius natura: sicut dicitur deus natura diuinitatis. filius vero naturaliter ꝓprietate natiuitatis. vel dicit deus natura forma-

liter. ⁊ filius natura originaliter. Et q̄ nō ē filiꝰ adoptiuus patet. qz prius nō fuit nō filius. ⁊ postea ī filiū adoptatus: sicut homines in filios adoptant. sed semp fuit filius. ergo nō adoptiuus. Sed ꝓtra hoc arguit sic. Christus ē filius dei natura: ⁊ filius virginis p generatiōem. cum igit esse filiū per gr̄am sit eē filiū adoptione: videtur certe q̄ ꝑm q̄ homo sit filiꝰ adoptiuus. Et respondet q̄ licet sit filius virginis: simul per naturā ⁊ gratiam vnionis. ex hoc tamen non pōt dici filius adoptiuus. cum nō sit filius virginis per gr̄am adoptionis. et hoc ꝓbando magister allegat sanctoꝝ autoritates. Tertia ꝓpositio ē hec. Filius dei qui ꝑm q̄ deus ē. p nostra salute tpalit incarnatus. ⁊ ꝑm q̄ hō eternaliter p̄destinatus. Hāc magister insinuās querit. Utz natura vel persona ī xp̄o fuit p̄destinata. Et rñdendo dicit q̄ vtrūq̄. nā persona fuit p̄destinata: vt. s. ens hō fieret filius dei ⁊ silr natura vt vnirē verbo dei in vnitate persone Et tm̄ de sn̄ia huius dist. in speciali.

Utrū xp̄s sit creatura siue creatꝰ vl factus. a

DI. XI

Dolet etiam s queri vtz debeat simpliciter dici atq̄ concedi xp̄m esse factū vel creatū: vel creaturaz. Ad qđ dici pōt. hoc simpliciter ⁊ absq̄ determinatōe minꝰ ꝓgruenꝫ dici. Et si qñq̄ brevitatꝭ cā simplr denūciet. nunq̄ tm̄ simpliciter debet intelligi. Quia vt Augꝰ. i. j. li. de trini. ait. Cum ō xp̄o loq̄mur q̄d ꝑm q̄d ⁊ ꝓpter quid dicat: prudēs ⁊ diligens ac pius lector intelligere debet. Qui xp̄m vel dei filiū nō esse factū vel creaturā. in p̄mo libro de trini. ostendit ita inquiēs. In p̄ncipio erat verbū. ⁊ verbū caro factū ē. ⁊ oia p ipsum facta sunt. Neq̄ dicit om̄ia nisi que facta sunt. i. omnē creaturaz. Uñ liq̄de apparet ip̄m factū nō esse. p quē omnia facta sunt. ⁊ si factus non est: creatura nō est. Si aūt creatura nō est. eiusdē cū patre substātie ē. Om̄is em̄ suba que deꝰ nō est: creatura est. ⁊ que creatura nō est: deꝰ est. Sed si filius nō est eiusdē sube cuiꝰ pater. ergo facta substātia est. ⁊ si facta suba est: non oia p ipsum facta sunt. At oia per ipsum facta sunt. facta ergo suba non est. ꝙ vna cū patre infecta suba est. Itē in eodē. Si vel filiū fecit pater quē nō fecit ipse filius. nō omnia p filiū facta sunt. At omnia p filium facta sunt. Ipse ergo factꝰ nō est: vt cū patre faceret om̄ia que facta sūt Idē in libro. lxxxiij. questionū. Dicit creatura quicquid fecit pater deus p filium. quī nō pōt appellari creatura. qm̄ p ipsum facta sunt oia. Ambro. in. j. lib. de trinita. Probemus inq̄t creaturā non esse dei filium. Audiuimus. n. in euāgelio dn̄m mandasse discipulis. Predicate euangeliū vniuerse creature. Qui vniuersā creaturā dicit nullam excipit. ⁊ vbi sunt qui creaturā xp̄m appellant? Nā si creatura eēt: sibi mā daret euangeliū predicari. ⁊ subiectus eēt vanitati. qz testante apostolo. oīs creatura vanitati subiecta est. Non ergo xp̄s creatura est sed creator. qui docēde creature discipulis mandat officium.

Augusti.

Ambros.

De pfidia et pena Arrij. b

Arrij hec fuisse perfidia legit vt xp̄m creaturā fateret. Ideo effusa sunt Arrij viscera atq̄ crepuit medius pstratus in faciē. ea quibus christū negauerat feda ora pollutꝰ. His alijsq̄ pluribꝰ testimonijs instruimur nō debere fateri simpliciter xp̄m esse factuz vel creaturā. ꝙ addita determinatiōe recte dici pōt. vt si dicat factꝰ ꝑm carnē vel ꝑm hoiez. vt factura humanitati: nō deo attribuat. Ut em̄ ait Ambro. in primo lib. de trini. Non deus factus est. sed deus dei filius natus est. postea ꝙ ꝑm carnē hō factus ex Maria est. Nisi sit em̄ deus filium suum factuz ex muliere. factum sub lege. Filiuz inquit suum. s. non vnum de multis. cuz dicit suum: generationis eterne ꝓprietatem signauit. Postea factū ex muliere asseruit. vt factura nō diuinitati sed assumptioni corporis ascriberet. Factuz ergo ex muliere dicit: ꝓpter carnis susceptionē. sub lege: ꝓpter obseruantiā legis. generatio generationi nō p̄iudicat nec caro diuinitati. Deus em̄ eternus incarnationis sacramentū suscepit. nō diuiduꝰ ꝙ vnus. ⁊ i vtroq̄ vnꝰ scz diuinitate ⁊ corpe. Non em̄ alter ex patre. alter ex virgine. sed idem aliter ex patre. aliter ex virgine: qui factus est ꝑm nostre susceptiōz nature. nō ꝑm eterne ꝑstātiā vite. quē legimus primogenituz ⁊ vnigenituz. Primogenitum: quia nemo ante ipsum. Unigenitū: quia nemo post ipsuz. Ex his euidenꝫ tradit q̄ intelligentia accipiendū sit cū dicit christus factus. vl simplicit vel cū additamēto: vt factura. s. vel creatura nō ad assumentē deū. sed ad assūptū hoiez referat. In deo em̄ creatura eē nō pōt: vt Ambro. ait. j. lib. de trini. Nunquid dicto factus est xp̄s? Nunq̄d mādato creatus est christꝰ? Quomodo aūt creatura esse in deo potest. Eteñ deus nature

Ambros.

simplicis est nō ꝓiuncte atq; cōpositē. cui nihil accidat: sed solū qđ diuinū est i natura habeat sua. Et si ergo christꝰ ꝑm hoiem dicit creatura. nō tñ simplicit ꝑdicandꝰ ē creatura. Nec ex eo q; xp̄s ꝑm hoiez dr̄ eē creatura pōt quis ꝓgredi sic argumētādo Si ꝑm q; homo xp̄s est creatura. vel rationalis vel nō. vel que est deus vel non. nitens ꝓ hoc ꝓbare xp̄m esse aliquid non diuinū. quia quod ipse est ꝑm hominē ipse ē. Et ideo si ꝑm hominē est aliqua substātia nō diuina: est vtiq; aliq̄d non diuinū. Sz ex tropicis locutiōibus nō est recta argumentationis ꝓcessio. Illa autē locutio tropica est qua xp̄s dicit creatura. vel simpliciter vel cū adiūctione.

Ista ē distinctio vndecima tertij

libri. In qua magister postq; egit de conditionibus consequētibus ex actu vnionis ad dignitatē persone pertinētibus: agit de conditiōibus ad defectum spectātibus. Et circa hoc tria facit. Primo ostēdit xp̄m nō debere dici creaturā simplr̄ ⁊ absolute. Secundo oñdit q; pōt dici creatura cū certa tñ determinatione. Tertio autē excludit obiectionē que posset fieri i contrariū. Primū vsq; ibi. His alijsq;. Secū dū vsq; ibi. Et si ergo xp̄s. Tertiū vsq; ad finem distinctionis. In speciali sentētia magistri stat in trib⁹ ꝓpositionibus. quaꝝ prima est hec. Licet psona ꝟbi sit hypostatice in humana natura. absolute tñ loquendo xp̄s nō est creatura. Hanc magister insinuans querit. vtr̄ sit cōcedendū q; christus debeat dici factus vel creatus vel creatura. Ad quaz questionez respondendo dicit. q; nullo modo simplr̄ debeat dici q; sit factus vel creatꝰ vel creatura. qđ diuersis sanctoꝝ autoritatibus ꝓbat in lr̄a. quorum quidam dicunt. Exquo ꝓ ipsum facta sunt oīa: non potest dici factus. ⁊ ꝓconsequēs nec creatura. Alij ꝟo dicunt. Si ipse fuisset creatura: mandatum sibi fuisset euangeliū ꝑdicare: cum in euangelio dicat. Predicate euangeliū omni creature. Alij ꝟo asserunt. Si eēt creatura esset subiectus vanitati. cū apostolus dicat omnē creaturaz vanitati eē subiectā. q̄ omnia absurda sunt. ⁊ per consequēs simplr̄ loquēdo xp̄s non est creatura. Secūda ꝓpositio ē hec. Quāuis simplr̄ loquendo nō sit ꝓcedendum. xp̄us est factus vel creatura. pōt tñ hec ꝓpositio concedi cuz determinatione sumpta. s. dicendo sic. xp̄us ꝑm naturā assumptā est creatura. vel xp̄s ꝑm q; homo incepit eē. Quod ꝓbat diuersis sanctoꝝ autoꝝ. Tertia ꝓpositio est hec. Quāuis sit ꝓcedēdū q; xp̄s ꝑm humanā naturam sit factus vel creatura. ex hoc inferri non debet q; sit creatus simpliciter: cum ibi argueretur a locutione in tropi figura. Hec ꝓpositio patet ꝓ hoc q; arguitur sic. Christus ꝑm q; hō ē creatura: igitur xp̄s est creatura. q: arguit̄ a ꝓpositione seu locutione que est in figura tropi. vbi videlicz illud quod est partis attribuit̄ toti. qualis modus arguendi non valet. Et tñ in speciali.

An homo ille semp fuerit vel ceperit esse. a

DOst predicta DI. XII querit̄. vtr̄ hō ille cepit esse. vel sp fuerit. sicut simplr̄ enūciamus xp̄m vel dei filiuz sp fuisse. nec cepisse. De hoc Aug. ita inq̄t super Joh. Habuit aliq̄n dei filius qđ nōdū habuit idē ipse hō dei filius. q: nōdū erat hō. Itē idē in eodē. Priusq; mūdus esset nec nos eramꝰ. nec ipse mediatoꝝ dei ⁊ hominū hō xp̄s Jesus. Idē sup ps̄. Christꝰ noster ⁊ si forte hō recens ē. tñ ē eternꝰ deus. Alibi ꝟo legit̄ q; puer ille creauit stellas. Et xp̄us dicit se esse p̄ncipiū: ⁊ esse añ Abraā. His g̃ alijsq; autoritatibꝰ in nullo resultātes dicimꝰ hoiez illū inq̄tum hō est cepisse. inq̄tū verbuz est semp fuisse. Hic em̄ absq; distinctione nō est referenda respōsio. Nā ⁊ ipse Augꝰ. hmōi vtit̄ distinctiōe in pluribus locis: dicēs ꝓ xp̄m oīa esse facta inq̄tū verbū est. Scōm illud ꝟo q; hō ē. ipsuz esse factū ⁊ glorificatū. Si g̃ ad psonā respicias: ꝓfidenter dic hoiez illū sp fuisse. Si ꝟo ad naturā homis: cōcede eum cepisse.

Aug. sup Johannē

Aug. sup psal.

Si deꝰ aliū hoiem assumere potuit vl̄ aliunde q̄ de genere Ade. b

Volet etiam queri

vtrum aliū hominē vel aliunde q̄ ō genere illius Adam deus assumere potuerit: Ad quod sane dici potest ipsum aliā animā ⁊ aliā carnem potuisse assumere. quia gratia tantū assumpta est anima illa et caro a verbo dei. Ut em̄ ait Augustinꝰ. In rebus ꝓ tempus ortis illa summa gratia est. q; homo in vnitate psone cōiunctus ē deo. Potuit ergo deus aliā animā ⁊ aliaz carnem sumere. ⁊ carnem vtiq; aliunde q̄ de genere Adam. Unde Augustinus i libro. xiij. de trinitate. Potuit itaq; deꝰ hominem aliunde suscipere: in quo esset mediatoꝝ dei ⁊ hominū. non de genere illius Adā qui peccato suo obligauit genus humanum. sicut ipsum quem primo creauit. non de genere alicuius creauit. Poterat g̃ vel sic vel alio quo vellet mō creare vnū aliū de quo vinceret victoꝝ p̄ris. Sz melius iudicauit ⁊ de ipso qđ victū fuerat genere assumere hoiem ꝓ quē hois vinceret inimicū. ⁊ tamen ex virgine cuius conceptum spūs nō caro: fides nō libido p̄uenit nec interfuit carnis ꝓcupiscētia qua cete-

Respōsio

Augusti.

Augusti.

ri concipiunt qui originale trahunt peccatum. sed credendo non concumbendo facta est fecundata virginitas. Ex his aperte ostenditur ꝛ aliuz ꝛ aliunde hominē deum assumere potuisse.

Si homo ille potuit peccare vl̄ nō esse deus. c

Ideo non immerito querit. Utrum homo ille potuerit peccare vel non esse deus. Si.n. potuit peccare: ꝛ potuit damnari. Si potuit damnari: potuit non esse deus. ergo si potuit peccare: potuit non esse deus. quia esse deum et posse velle iniquitatem simul esse nequeūt Hic distinctione opus est: vtrum de persona an de natura agit. Si.n. de persona agitur manifestū est qz peccare non potuit. nec deus nō esse potuit. Si ẏo de natura: discutiendū est vtrum agat de ea vt ẏbo vnita. an de ea tanꝝ nō vnita verbo ꝛ tñ enti. i. an de ea ſm q̄ fuit vnita verbo. an de ea ſm q̄ esse potuit ꝛ nō vnita ẏbo. Non est em̄ ambiguū animā illā entē vnitam verbo peccare nō posse. ꝛ est sine ambiguitate vez eandē si esset et nō vnita ẏbo: posse peccare.

Quorundā opinio q̄ potuerit etiam vnita deo peccare. d

Quidā tamē pbare conant etiā eā vnitā verbo posse peccare. qz libez arbitriū habet. ꝛ ita pōt flecti i vtrāqz partē. qđ friuolū est. cū ꝛ angeli libez arbitriū habeāt. ꝛ tñ gr̄a adeo sūt confirmati vt peccare nequeāt. Quātomagis ḡ ille homo cui spūs est datus sine mēsura Inducūt quoqz autoritatē ad pbandum idez. Scriptū ē em̄ in lib. Sap̄. Qui potuit transgredi ꝛ non est transgressus. facere malū ꝛ nō fecit. Sed hoc accipienduz ē ſm mēbra. vel ptim de capite. ptim ō mēbris. De capite. nō est trāsgressus. ꝛ nō fecit malū. De membris. potuit transgredi: ꝛ facere malum.

Autoritate videt ad idē

Si deus potuerit assumere hominē in sexu muliebri. e

Volet etiam quidā curiose a nonnullis. si deus humanā naturaz potuit assumere ſm muliebrē sexum. Quidā arbitrant eū potuisse assumere hominē in femineo sexu vt assumpsit in virili. Sed opportunius atqz conuenientius factū est: vt de femina nasceret ꝛ vir assumeret. vt ita vtriusqz sexus liberatio ostenderet. Unde Aug. in li. xxxiij. questionū. Homis liberatio in vtroqz sexu debuit apparere. ergo quia vir oportebat suscipere: qui sexus honorabilior est. consequens erat ꝛ feminei sexus liberatio. Hic apparet qz ille vir de femina natus est. Sapientia ḡ dei que dicit vnigenitus filiꝰ homine suscepto in vtero ꝛ ō vtero virginis liberationē homis indicauit. Augusti.

Ista est distinctio duodecima huius tertij libri. In qua magister postq̄ inquisiuit an christus debeat dici creatura: inquirit an in ipso fuerunt defectus quos natura habet sibi ꝓmunit̄ annexos. Et tria facit. Nam primo inquirit an assumpsit defectus omnē naturā creatam cōmuniter seq̄ntes. Scōo an assumpserit defectus naturā humanā consequētes specialiter. Tertio an naturā assumere in sexu muliebri potuerit. Primū facit vsqz ibi. Solet etiam queri. Secundū vsqz ibi. Solet etiam queri q̄uis. Tertiū vsqz ad finē distin. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus. quaꝝ prima est hec. Quāuis concedendum sit christum ſm hominē tpaliter incepisse. tenendū est tñ ipsuz ſm ẏbum eternaliter fuisse. Hanc magister ponens querit. vtrum. s. iste ho. s. christus initiū habuit vl̄ semper fuit. sicut filiuz dei dicimus semp fuisse. Et q̄ eē incepit arguit sic. Christus esse acquisiuit quod aliquando nō habuit. quia non semp homo fuit. igit̄ eē incepit. In oppositū arguit sic. De xp̄o puero in scriptura legit̄. q̄ manus eius creauerunt stellas. quod quia in principio mundi fuit. igit̄ christus fuit ante mundū. ꝛ p consequēs nō incepit eē. Unde ad questionē istam respondēs p distinctionē dicit. q̄ si questio querit de psona: tunc fuit ab eterno. Si ẏo querit de natura humana: tunc initiū habuit. Secūda ꝓpositio est hec. Aliūde q̄ de materia Ade xp̄s potuit carnez assumere: q̄uis peccādo non potuit se polluere. Hanc magister ponens querit. vtz verbū potuit alium hominē q̄ assumpsit assumere. qui videlicet non fuisset de primi hominis genere. Et rūdet q̄ sic. quia sicut primum hominē de terra ꝛ non alterius homis genere formauit. sic ꝛ nouo mō potuisset hominē formasse et assumpsisse. congrūtamē erat vt de genere Ade assumeret̄ homo. vt per eundem per quē homo fuit victus: diabolus victor vinceret̄. Postea querit an iste homo. s. christus potuit peccare. Et arguit q̄ nō. qz si peccare potuisset: dānari potuisset. ꝛ sic non fuisset deus. Rūdendo dicit q̄ persona christi peccare nō potuit. nec natura humana. nec anima si considerent̄ ꝓut sunt verbo vnita. Si autez considerent̄ ꝓut si eēnt vel esse possent nō vnita verbo sed separata ab eo: potuit vl̄ posſz peccare. Sed contra illud obijcit dupliciter. Primo sic Natura humana verbo vnita habuit libez arbitriū ideo potuit peccare. Ubi rūdendum est: q̄ non omnes habentes libez arbitrium pūt peccare. qz angeli beati habent libez arbitrium. ꝛ tamen nō possūt peccare. ꝛ multo minus ipse xp̄s. Unde patet argumentū nō valere. Scōo obijcit p autoritatē scripture que dicit vir beatū qui potuit trāsgredi ꝛ nō ē trās-

gressus. Et respondendo dicit q̄ illa autoritas tota intelligenda est de membris xp̄i. ⁊ nō de capite. scz xp̄o. vel ptim de mēbris xp̄i ⁊ ptim de xp̄o. vt videlicet ly potuit transgredi intelligat dictū de mēbris et ly nō trāsgressus de xp̄o. Tertia ꝓpositio est hec Quamuis sit concedendum q̄ christus potuit assumere sexum femineum. est tamen tenendum q̄ sexus virilē assumere de femina est magis cōgruum. Hāc magister insinuans querit vtrum deus potuit assumere sexū muliebrem. Respondēdo autē dicit q̄ sic sed fuit magis ꝓuenies et cōgruū. vt assumeret naturā in sexu virili ex semina. vt p hoc oñderet vtriusq̄ liberationē p xp̄m esse ſiendā. quod ꝓfirmat autoritate beati Aug. Et tm̄ in speciali.

Si christus ſm naturam hominis in sapientia et gratia ꝓficere potuit vel ꝓfecit. a

DI. XIII

Deterea sciē dū est. christū ſm hominem ab ipa conceptione gr̄e plenitudinem recepisse. cui spirit⁹ datus est nō ad mensuram et in quo plenitudo diuinitatis corꝑaliē habitat. Ita vero habitat vt ait Aug. ad dardanum. q̄ omni gratia plenus est. Nō ita habitat in sanctis vt in nostro corꝑe inest sensus singulis membris. sed nō q̄tū in capite. Ibi em̄ ⁊ visus est. ⁊ auditus. ⁊ olfactus ⁊ gustus. ⁊ tactus. In ceteris autē solus est tactus. Ita in xp̄o habitat ois plenitudo diuinitatis q̄ ille est caput in quo sunt omnes sensus. in sanctis ꝙo quasi solus tactus est. quibus datus est spirit⁹ ad mensurā cū de illius plenitudine acceper̄t Acceperūt aūt ꝺ illius plenitudine nō ſm essentiam sed ſm similitudinē. q̄ nunq̄ illam eandez essentialiter. sed similē acceperunt gratiā ¶Puer ḡ ille plenus sapientia ⁊ gratia fuit ab ipa cōceptiōe. Unde hiere. recte dicit Nouū faciet dñs sup terrā. mulier circūdabit virū. q̄ in vtero virginis p fectus vir extitit. non solū ꝓpter animā et carnem. sed etiam ꝓpter sapientiā ⁊ gratiam qua plenus erat.

Quō dr̄ plenitudo diuinitatis habitare in xp̄o.

Quō intelligat de plenitudine ei⁹ acceptimus.

Autoritatem ponit que videt̄ obuiare. b

De terminatio autoritatis.

Huic autem sentētie videt̄ obuiare. qꝺ in luce euangelio legitur. Jesus ꝓficiebat sapientia ⁊ etate et gratia apud deū et homines. Si em̄ ꝓficiebat sapientia ⁊ gratia. nō videt̄ a cōceptione habuisse plenitudinē gratie sine mēsura Ad qꝺ sane dici pōt ipm̄ ſm hoiem tam a ꝯceptiōe accepisse sapientie ⁊ gratie plenitudinem vt de⁹ ei plenius cōferre nō potuerit. ⁊ tñ vere dicit̄ ꝓfecisse sapientia ⁊ gratia. nō quidē in se. sed in alijs q̄ de ei⁹ sapientia ⁊ gratia ꝓficiebāt. dū eis sapientie ⁊ gratie munera ſm ꝓcessum etatis magis ac magis patefaciebat. Un̄ Grego. in quadā omel. ait. Juxta hois naturā ꝓficiebat sapientia. nō q̄ ipe sapientior esset ex tpe. q̄ a prima cōceptionis hora spū sapiētie plenus ꝑmanebat. sed eandē qua plen⁹ erat sapientiā ceteris ex tpe paulatim demonstrabat. Juxta hois naturā ꝓficiebat etate de infantia ad iuuentutē. Juxta hominis naturaz ꝓficiebat gratia. nō ipe qꝺ nō habebat p accessum tpis accipiēdo sed pandēdo donū gratie qꝺ habebat. Apud deū et homines ꝓficiebat. q̄ quātū ꝓficiente etate patefaciebat homib⁹ dona gratie q̄ sibi inerant ⁊ sapientie. tm̄ eos ad laudem dei excitabat. ⁊ sic deo patri ad laudē dei. ⁊ hominibus ad salutē ꝓficiebat. In alijs ergo nō in se ꝓficiebat sapientia ⁊ gratia. Un̄ in eodē euangelio. puer ille sapiētia plenus et gratia ꝓhibet̄. Sic ergo dicitur ꝓfecisse sapientia ⁊ gratia vt aliq̄s rector ecclesiasticus dicit̄ ꝓficere in cura sibi tradita. cū p eius industriā alij ꝓficiunt.

Gregori⁹

¶Predictis videtur aduersari qꝺ Ambrosius ait. c

Alibi tamē scriptū reperit̄ q̄ ſm sensum hominis ꝓfecerit sicut etate hominis ꝓfecit. Ait em̄ Ambrosi⁹ in li. iij. de spiritu sancto sic. Deus ꝓfectionē nature suscepit humane. Suscepit sensum hois. sed non sensu carnis fuit inflat⁹ Sensu hois anima dixit cōturbatā. sensu hominis esuriuit ⁊ rogauit. sensu hois ꝓfecit sicut scriptū est. Jesus ꝓficiebat etate. ⁊ sapientia ⁊ gratia. Quō ꝓficiebat sapientia dei: ¶Profectus etatis. ⁊ ꝓfect⁹ sapientie. non diuine sed humane nature ē. Ideo etatē cōmemorauit. vt ſm hominez crederes dictū. Etas em̄ nō diuinitat̄ sed corꝑis est. Ergo si ꝓficiebat etate hom̄is ꝓficiebat sapiētia hois. Sensus autē ꝓfecit. q̄ sensus iō sapientia. Quis sensus ꝓficiebat: Si humanus ergo suscept⁹ est ip se. Si diuinus. q̄ mutabilis p ꝓfectū. Qꝺ em̄ ꝓficit mutat̄ in melius. sed qꝺ diuinū est nō mutat̄. Qꝺ ergo mutat̄: nō est diuinū. Sensus ergo ꝓficiebat human⁹. Sen-

Ambrosi.

De duobus sensibus xp̄i scz gemia sapientia.

sum ergo suscepit humanuz. Nec poterat cõfortari virtus dei. nec crescere deus nec altitudo sapiẽtie dei impleri. Que ḡ implebaṫ nõ erat dei sed nostra sapientia. Nam quomodo implebaṫ. q̃ vt oia impleret descendit. ℙDer quem aũt sensum dixit Esai. q̃ patrem nesciebat puer aut matrẽ. Scriptum est em̃. ℙriusq̃ sciat puer patrẽ aut matrem accipiet spolia samarie. Sapienti am em̃ dei futura et occulta non fallũt. Ex pers aũt agnitionis infantia. p humanaz vtiq̃ imꝓudẽtiã qõ adhuc nõ didicit ignorat. Sed verendũ est inc̃ ne si duos p̃n cipales sensus aut geminã sapiam xp̃o tribuimus. xp̃m diuidamus. Nunq̃d cum ꝛ diuinitatem eius ꝛ carnem adorамus: cristum diuidimus: Nũquid cũ in eo imaginẽ dei crucẽq̃ veneramur. diuidimus eũ: Apl's certe q̃ de eo dixit. Aṁ et si crucifix⁹ est ex infirmitate nostra viuit tñ ex virtute dei. Jp̃e dixit q̃ nõ diuisus est xp̃s. Nunquid etiam cũ dicimus. q̃ animam rõnalẽ ꝛ intellectus nostri suscepit capacẽ: diuidimus eũ. Nõ em̃ ipe deus verbũ p̃ ania rationali ꝛ intellectus capaci in carne sua fuit. sed animã rationalez ꝛ intellectus capacem. ꝛ ipam humanam ꝛ eiusdẽ substãtie. cuius nostre sunt anime ꝛ carnez nr̃e silem eiusdẽq̃ cuius caro est nostre substãtie suscipiens pfectus etiã hõ fuit.

De intelligentia premissorum verborum. d

Hec verba ambro

sij pia diligentia inspicienda sunt q̃ ex parte hominis ignorantiam instruũt ꝛ illuminant. ex parte errandi fomitẽ male intellecta ministrant. Jhis etem̃ euidenter tradiṫ duos in xp̃o esse p̃incipales sensus siue geminã sapientiã. Neq̃ ideo vnitas ꝛ singularitas p̃sone diuidiṫ. Sed iuxta duas naturas. duas habet sapientias. vnã nõ cretã sed genitã. que ipe est. alterã nõ genitaz sed creatã. ꝛ p̃ gratiã ei collatã. Nã esaias de eo ꝓtestatur. Requiescet sup eũ spirit⁹ sapientie ꝛ intellectus ꝛc̃. Spiritu ergo sapientie ꝛ intellectus. i. sapientia ꝛ intelligẽtia p̃ spiritum sanctũ gratis data. xp̃s erat sapiens f̃m aiam. Scõm deũ ꝟo sapiens erat sapientia eẽna que deus est. Et sic̃ inquãtũ de⁹ est. bonus est bonitate naturali q̃ ipe est. ꝛ iustus iusticia naturali que ipe est. ita sapiens sapientia naturali que ipse est. Anima ꝟo ei⁹ sicut bona est et iusta bonitate vel iusticia gratis data. que ipse vel ipsa non est. ita est sapiens sapientia gratis data. que ipsa non est. Et licet gemina in xp̃o sit sapientia vna tñ eademq̃ p̃sona est. que inquãtũ deus est: ꝛ inquantuz natura diuina est. sapiens est sapientia ingenita. s. sapientia eterna que est pater. ꝛ sapientia que non est ingenita q̃ communis est tribus p̃sonis. nõ tñ gemina sapientia. q̃ non est alia ꝛ alia sapientia sapientie ingenita. que tantũ filí⁹ est. ꝛ sapientia q̃ cõmuniter pater est. ꝛ filius ꝛ spiritussanct⁹. Inquãtũ ꝟo eadem p̃sona est homo. i. f̃m hominem acceptum. vel inquantũ est subsistens ex anima et carne sapiens est sapiẽtia gratuita. Sapiẽs ergo est humano sensu et diuino.

De gemina xp̃i sapiẽtia genita ꝛ creata.

Quomodo intelligenduz sit illud sensus p̃ficiebat humanus. e

Sed ex qua causa

illius dicti intelligentia. s. sensus p̃ficiebat humanus: assumẽda est. Aperte em̃ videtur Ambrosius innuere q̃ f̃m humanum sensum christus p̃fecerit. ꝛ q̃ infantia ei⁹ expers cognitionis fuerit. ꝛ patrem et matrez ignorauerit. quod nec ecclesia recipit nec p̃missse autoritates patiuntur sic intelligi. Sed ita sane põt accipi vt c̃tũ ad visum hominum ꝛ sui sensus ostensionẽ xp̃s p̃fecisse dicaṫ. ℙroficiebat ergo human⁹ sensus in eo f̃m ostensionem ꝛ aliorum hominum opinionem. Jta etiam patrẽ ꝛ matrem dicitur ignorasse in infantia. q̃ ita se habebat ꝛ gerebat ac si agnitionis expers esset.

Jsta est distinctio tredecima huius tertij libri. In qua magister postq̃ egit de conditionibus consequentib⁹ ex actu vntõis. Jncipit tractare de donis nature assumpte in ipso actu vnionis collatis. Et tria facit. Nã primo ostendit plenitudinem p̃fectionis xp̃i quãtũ ad gratiã affectus ꝛ scientiam intellectus. Secũdo obijcit in cõtrariũ p̃ autoritatẽ canonis et soluit. Tertio r̃plicat p̃ autoritates sanctorum quas exponit. Primũ vsq̃ ibi. Huic autẽ sententie. Secundũ vsq̃ ibi. Alibi tamen scriptum. Tertiũ vsq̃ ad finẽ distictõis. In spãli snĩa magistr̃ stat ĩ trib⁹ ꝓpositiõib⁹ q̃rũ ꝑma ẽ hec. Ab hora sue ꝛceptiõis fuit in xp̃o gr̃e ꝛ scientie plenitudo. Hanc magister insinuans ꝓponit. q̃ christo fuit dat⁹ spiritus non ad mensuram. vt dicitur Johis. iij. Et apostolus ad Collossẽ. ij. dicit plenitudinez diuinitatis temporaliter habitasse in christo. Et subdit q̃ ꝑ̃uis alij sancti dicaṫ etiaz fuisse pleni gratia seu perfecti in scientia secus tamen in christo ꝛ de eis. Quod oñdit per simile. Nã sicut in capite humani corpis sunt omnes sensus. Jn ceteris autem membris est solum

sensus tactus. sic in xpo est plenitudo gratie sicut in omniu capite. Jn alijs vo sanctis est gratia sic sensus tactus in membris sub capite. qz de plenitudine xpi omes quod habent receperunt. nō tn illā gratiā essentialiter que in xpo est sed quodāmodo cōsimilē Secūda ꝓpositio est hec. Christus ꝓfecisse sapiētia nō dicitur nisi solū ꝙtū ad exteriorē effectus sapientie ostensionē. Hāc magister ponens obijcit contra ꝓdicta sic dicens. Si xps ab initio sue conceptōis tantā habuit donoꝝ plenitudinē scientie z grē. quomodo tunc verū est q ꝓficiebat sciētia. etate. z gratia. vt dic scriptura. Et rndet q xps ab initio sue cōceptionis tantā habuit donoꝝ plenitudinē q amplius recipe capax nō fuit. Scriptura tamen que ipm sapientia etate et gratia ꝓfecisse asserit. nō vult dicere q sapientia z gratia ꝑm tpis ꝓcessum sunt aucte in xpo. sed dicere intendit q sicut xps tpaliter in etate ꝓficiebat. ita dicta dona in initio sue ꝯceptionis sibi collata ad salutē hominū ostendebat. vñ patet q ꝓficiebat alijs z nō sibi. sicut rector ecclesiasticus dicit ꝓficere in cura sibi tradita alijs ꝓficientibus ꝓ ipm. Tertia ꝓpositio est hec. Scōm duplicez quā xps habuit scientiā nō ꝓfecit nisi solū ꝑm hoim opinionē seu exteriorē apparentiā. Hanc magr insinuans abijcit cōtra ꝓdicta cuius modi fuit q xps in hmōi donis non ꝓfecit. z ꝓ autoritatem Amb. d. in xpo fuisse duplicem sensum seu sapientiā. s. creatā et increatā. z q xps sapiētia creata seu sensu hominis ꝓfecit sicut etatis incremētū sumpsit. hoc ꝓbat etiam ꝓ hoc qō in Esa. dicitur. Et puer antequ nosceꝛ patrem vel matrem accepit spolia samarie. Sed magister respondendo dicit q autoritas b. Amb. qua dixit xpm ꝓfecisse sensu hominis nō est aliter intelligenda. q q ꝓfecerit ꝑm opinionē. z q dicit patrez z matrē ignorasse. dicit non aliter esse intelligendum nisi q similitudinarie ad modū ignorantis se habuit z sic nō ꝓfecit nisi ꝑm exteriorem apparentiam. Et tantū in speciali.

Si anima christi habuerit sapientiam parem cuz deo. et si omnia scit que deus. a

DI. XIIII

h Hic queri opꝰ est cum anima xpi esset sapiens sapiētia gratuita. vtrum habuerit sapientiam equalez deo siue omnium rerū scientiam habuerit vel habeat. id est vtrū omnia sciat que deus scit? Quibusdā placet q nec parem cuz deo habeat scientiā nec oia sciat q deꝰ. qa in nullo creatura equat creatori. Cū ergo anima illa creatura sit. in nullo equat creatori. ergo nec in sapientia. Nō ergo habet equalem cum deo sapientiā nec scit omnia que deus. Jtem si anima illa equalem habet cum deo sapientiā. non ergo deꝰ in omni bono maiorem habet sufficientiā q̄ eius creatura. Jnducunt etiam autoritates ad idem ꝓbandum. Ait em ꝓpheta ex ꝑsona hominis assumpti. Mirabilis facta ē sciētia tua ex me et nō potero ad eā. Quod ex ponens Cassiodorus ait. Veritas humane conditionis ostendit. qa assumptus homo diuine substantie nō pōt equari vel in scientia vel in alio. Apostolꝰ etiā ait. Nemo nouit que sunt dei nisi spiritus dei. qui solus scrutatur oia etaz ꝓfunda dei. Jhis alijsq pluribus rationibus z autoritatibꝰ nituntr qui animam christi asserunt nec parem cum deo habere scientiā. nec omia scire q̄ deꝰ scit. Quia si oia scit que deꝰ. Scit ergo creare mūduz. scit etiā creare seipam Cassio.

Responsio questionis diffinitiuā continens sententiam. b

Quibus respondētes dicimus animam christi ꝓ sapientiam gratis dataz in verbo dei cui vnita est. qd etiam ꝓfecte intelligit omnia scire que deꝰ scit. sed nō omnia posse que potest deꝰ. nec ita clare z pspicue oia capit vt deus. z idō nō equatur creatori suo in sciētia. Et si oia sciat que et ipe. nec est eius sapientia equalis sapiētie dei. qz si illa multo est dignior. digniusq z ꝓfectiꝰ omnia capit q̄ illiꝰ anime sapientia. ergo z in scientia maiorē habet sufficientiā deus q̄ anima illa que dignior est omni creatura. Jllud vero apostoli quod inducunt Nemo nouit que dei sūt nisi spiritus dei qui solꝰ scrutat omnia. ꝓ nobis facit. Nox em addidit apl̄us. nos aūt spiritū dei habemꝰ. vt ꝓ spm dei quez habebat ꝓfunda se scire ostēderet. Sz anima illa pre omnibus spiritū dei habuit cui spiritus non est datus ad mensuraz. vt ait Johannes euangelista. Bona ergo spiritussancti sine mensura habuit. ergo z sapientiam. Omnia ergo sciuit anima illa. Si em quedam sciuit quedam non. nō sin mēsura scientiam habuit Sz sine mensura scientiam habuit. Scit ergo omnia. Fulgentius etiam in sermone quodaz multa inducit quibus asserit animam illam reruz omnium scientiā habere vtēs autoritate apostoli dicentis. Jn quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Nō etiā ratione potest ꝓbari sic. Nihil scit aliquis quod eius anima ignorat. Sed christꝰ ꝑm omnium cōcessionem omnia scit. ergo anima eius omnia scit. Ad id vo quod dicūt si omnia scit. ergo scit creare mundum vl̄ se ipsam. Respondemus q scientiam habet mundum creandi. sed non potentiaz z creandi animam z scit quomodo deus seipm creauit. habet ergo scientiam sui create. sz Fulgēti⁹.

Opinio quorundam. Respōsiones inducunt.

nō sui creande. qr nō est creanda ꝫ creata.

Quare deus non dedit ei potentiam omnium vt scientiā. c

Si vo qritur quare deus non dederit ei potentiaz faciendi omia vt scientiam: Respōderi potest. ḋa naturaliter capax est scientie. ⁊ ideo id cōgrue ei datū est sine mensura. cuius ipa naturaliter capax est Nō est autem ei datum posse omnia facere que deus facit. ne omnipotens et per hoc deus putaretur. Ceruntamē forte nec potentiam faciendi omnia ei deus pstare potuit. ⁊ si potentiaz faciendi aliqua que non facere potest. Scit ergo anima christi omnia que deus scit in verbo dei. quod liquidius et psentiꝰ omni creatura ptemplatur vt ei vnita. in quo etiā angeli. ⁊ que dei sunt ⁊ que futura sūt cognoscunt.

Quō intelligenda sint quedā verba Ambrosij sup Lucam. d

Sed si illa aīma nō habet tantam potentiam. quantā ⁊ deus. nec homo assumptus tantam potentiā q̄ntam et deus. quomodo ergo intelligitur illud Ambrosij super Lucam vbi angelus de nascituro filio virginis ait. hic erit magnus. ⁊ filius altissimi vocabitur. Nō ido inquit erit magnus. q̄ ante partum virginis magnus nō fuerit. sed quia potentiam quā dei filius naturaliter habz homo erat ex tempore accepturus. vt vna sit persona homo et deus. Ecce aperte dicit. q̄ homo erat accepturus ex tempore potentiā. quā dei filius habuit naturaliter. Sed si homo accepturus erat illam potentiam. ergo vel psona. vel natura hominis. Sz psona nō: quia semper habuit ⁊ habet. ergo natura. Si natura: ergo anima Nam de carne cōstat q̄ accipe non posset. Ad quod dicimꝰ illud esse accipiendum de persona sed non inquātum est dei. immo inquantū est psona hominis. Una est em̄ persona dei ⁊ hominis. ⁊ filij dei ⁊ filij hominis. Que iquātum dei persona est. semper ⁊ naturaliter omnipotentiam habuit. sed inquātum est hominis: nō semper fuit. Illa ergo persona que semp fuerat dei. futura erat hominis persona. ⁊ sm hoc q̄ futura erat hominis persona: acceptura erat ex tempore potentiam quā naturaliter est semper habuerat inquantum dei persona. Scōm hanc distinctionem. illud ⁊ similia sane possunt accipi Que distinctio in pluribus questionuz articulis est necessaria aduersus quorūdam perplexam verbositatem. Sed cum de rebus cōstat. in verbis frustra hr̄ cōtrouisia.

Ista est distinctio decimaquarta huius tertij libri. In qua magister postq̄ egit ō plenitudine per fectionis christi q̄tum ad gratiam ⁊ scientiam. compat pfectionem inquātū est hominis ad diuinam. Et tria facit. Nā primo inquirit an christi anima sciat omnia que scit deus. Secūdo quare anima christi non habeat omnipotentiaz sicut habz omniscientiam. Tertio excludit quandā obiectionez in contrariū factam. Primū facit vsq; ibi. Si vo quaritur. Scōm vsq; ibi. Sed si anima illa. Tertium vsq; ad finē distinctionis. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarum prima est hec. Licet pater dedit xp̄o sm animam omnē scientiā eisdem tamen cōmunicare nō potuit omnipotentiam. Hanc magister ponens querit. Utrum anima christi habeat scientiam seu potentiaz equalem deo. ⁊ vtrū anima christi scit omnia que scit deus. Et respondē do dicit q̄ sm quorundā opinionē anima x̄pi nō habet equalem sapientiā cum deo nec scit omnia q̄ scit deus. eo q̄ anima x̄pi sit creatura. ⁊ nulla creatura sit equalis deo. vel possit equari deo. Et confirmat hoc autoritate cassiodori qua dicit. q̄ si anima christi sciret omnia que scit deus. sequereť q̄ sciret seipsam immo totū mundū creare. cum hoc sciat deus. sed hoc est absurduz. ergo ex quo sequiť. Postea ponit magister opinionē ꝓpriā di. animam x̄pi per sapientiam sibi gratis collatā in verbo cui vnita est scire omnia que scit verbuz. i. deus. Et subdit q̄ quis sciat omnia que deus scit. non tamen potest omnia que deus potest. Ex ista tñ omniū scientia anima christi non equaľ scire dei. qr anima x̄pi nō ita clare scit oia sicut deus. Et etiā licz equaľ scientie dei quo ad numerū scito ⁊. nō tamen equaľ sibi in modo sciendi Quod aūt aplus dicit. nemo nouit que sunt dei nisi spiritꝰ dei. istis dictis nō obstat. immo arguit ꝓpositum. qr intelligit de spiritu qui datus est x̄po nō admensurā. Etiā magister ꝓbat ꝓpositū suū tali ratōne. Nullus aliquid scit qō aīa eius ignorat. sed christus sm oēs doctores scit oia. igitur eius anima scit oia. Ad argumentū opposite oppositiōis quo dicť q̄ si anima x̄pi sciret oia. sciret creare mūdū ⁊ seipaz Respondet etem̄. q̄ anima x̄pi habet scientiā creandi. sed non potentiā. qr scit quō mūdus est creatus ⁊ se esse creatā ⁊ nō creandā. Scōa ꝓpositio est hec. Cōcedimꝰ catholice x̄pi animā nō habuisse omnipotentiā. Hec ꝓpositio est scōa ps ꝓpositionis p̄misse quā magister insinuans querit. Cur aīa x̄pi nō habz potētiā oia faciēdi sic potētiā oia cognoscēdi. Et rñdet q̄ hoc ē iō. qr fuit naturaliť capax oīs scie: nō tñ oīs potentie. Tertia ꝓpositio est hec. Mgr̄ cōcedit q̄ dei filiꝰ sm q̄ hō omipotentiā q̄ncq; accepit. Hanc magister insinuat autoritate Ambrosij dicentis sup illo x̄bo Luc̄. j. Hic erit magnꝰ ⁊ filiꝰ altissimi vocabiť. diē magnꝰ erit. qr potētiā quā filiꝰ dei naturaliť hz. homo erat ex tpe accepturus. Ex ista autoritate arguit sic. Si homo erat illam potentiam acceptur⁹ vel igitur psona vel natura. non psona. quia illa habet ⁊ semp habuit sapientiā illam. igitur natura. ⁊ p consequens anima. cum caro talis potentie nō sit ca-

pax. Et rñdet q̄ ly hō in autoritate illa supponit ꝓ ꝑsona xp̄i nō inquātuz est ꝑsona dei sed hoīs. que tñ vna et eadē est. sed sicut dicitur ꝑsona filij dei que sꝑ fuit homo. ꝑsona ī tempore esse cepit. Si cꝑsona filij inquātum erat futura ꝑsona hoīs. erat potentiā illā ex tpe acceptura. tamen naturaliter semꝑ habuit. et persona christi omnipotentiam quodammodo accepit. Et tm̄ in speciali.

De hoīs defectib⁹ quos assumpsit xp̄s in humana natura. a

DI. XV

i Illud quoqz ꝑtermittendū non est q̄ dei filius naturā hominis accepit passibilē. animam passibilem carnem passibilem ⁊ mortalem. Ut enim ꝓbaretur verū corpus habere: suscepit defectus corꝑis. famem. sitim. ⁊ hmōi. Et vt veram animā ꝓbaret̄ habere: suscepit defectus anime. s. tristiciā. timorē. dolorē. et hmōi. Omnis aūt sensus anime est. Non em̄ caro sentit. sed anima vtens corꝑe velut instrumento. Uñ Augu. sup genesim ī li. xij. Non corpus sentit sed anima ꝑ corpus quo velut nuncio vtitur ad confirmādū in seipsa qd̄ extrinsecus nūciat̄. Sicut ergo anima quod foris est ꝑ corpus tanq̄ꝫ ꝑ instrumentū videt ⁊ audit. ita etiā ꝑ corpus quedā sentit mala que sine corꝑe non sentiret. vt famen ⁊ sitim ⁊ hmōi. Uñ non immerito defectus corporis dicunt̄. Quedā aūt ꝑ corp⁹ immo etiā sine corꝑe sentit. vt est timor ⁊ hmōi. Sentit ergo anima dolores. sed quosdā ꝑ instrumentū corporis quosdā ꝟo non. Suscepit aūt xp̄s sicut veram naturam hominis ita ⁊ veros defect⁹ hominis sed non omnes. Assumpsit enim defectus pene sed non culpe. Nec tamen omnes defectus pene. sed eos om̄s q̄s homini eū assumere expediebat ⁊ sue dignitati nō derogabat. Sicut em̄ ꝓpter hoīem homo factus est. ita ꝓpter eū hominis defectus suscepit. Suscepit em̄ de nr̄o vt de suo nobis tribueret vt nostrū tolleret defectum. Suscepit em̄ nostrā vetustatē vt suam nobis infunderet nouitatē. Simplam ille accepit vetustatē. i. pene. vt nostrā duplam cōsumeret. i. pene et culpe.

Aug. ī li. de tri. de hominis d̄ fectib⁹ quos assumpserit xp̄us in hūana natura.

Qualiter accipiendū sit illud qd̄ ait Leo papa. b

Tradit autoritas q̄ dñs noster in se suscepit oīa infirmitatis nostre. ꝑter peccatū qd̄ nisi accipiat̄ de ill' tm̄ q̄ eū sumere ꝓ nobis oꝑtuit nec dedecuit. falsum esse ꝓbabit̄. Non em̄ assūpsit ignorantiā aliquā. cum sit ignorantia q̄dā que defectus est nec pctm̄ est. s. ignorantia inuincibilis. Nā vincibilis peccatū est. Si tñ de his est que nobis expedit scire Sunt em̄ quedā quoꝝ scientia nō affert vel ignorantia nō impedit salutē. ⁊ forte taliū rerū ignorantia defectus nō est. Cōstat aūt nobis esse ignorantiā atqꝫ difficultatē volēdi vel faciendi bonū. que ad miseriā nostram ꝑtinēt. Uñ Aug. in li. iij. d̄ libero arbitrio Approbare inquit falsa ꝓ veris vt erret inuitus ⁊ resistente atqꝫ torquēte dolore carnalis vinculi nō posse a libidinosis oꝑibus tꝑare. nō est natura īstituti hoīs. sed pena damnati Ex qua miseria peccantib⁹ iustissime inflicta liberat dei gratia. qꝛ spōte hō libero arbitrio cadē potuit. nō etiā surgere Ad quā miseriam ꝑtinet ignorantia ⁊ difficultas quā patit̄ oīs hō ab exordio natiuitatis sue. nec ab isto malo quisq̄ꝫ nisi gr̄a dei liberat̄. Ecce euidēter dicit h̄ Aug⁹. ignorantiā qua quisqꝫ inuitus falsa ꝓ veris approbat. ⁊ difficultatē qua ñ pōt se tꝑare a malo. ad miseriā nostrā ꝑtinere. ⁊ penaꝫ eē hoīs. Hec aūt xp̄s nō habuit. Nō ergo accepit om̄s defectus nostre infirmitatis ꝑter peccatum.

Augusti.

Qd̄ ignorantia talis et difficultas non sit peccatū. c

Sed forte aliquis dicet illa esse peccatū. Cui obuiat illud qd̄ Aug. tradere videt̄. h̄. s. deū inculpabilit̄ añ pctm̄ in exordio ꝯditōis hoī potuisse indere vt essent ei naturalia. Ita in lib. retractionū inquiens. Ignorātia ⁊ difficultas. etiā si essent hoīs ꝑmordia naturalia. Nec sic esset culpandus deus: sed laudandus. Sꝫ si hoc hō in ꝑmordio naturalit̄ habuisset. nūq̄d essent in eo defect⁹ ⁊ pene? Si defectus vel pena ei indita fuisset añ pctm̄. iniuste cū eo agi videret̄ si añ culpaꝫ sentiret penā. Ob hoc sane dicimus illa non fuisse defectus vel penas si naturalit̄ hoī in fuissent. sicut nō fuit hoī añ pctm̄ nōdū gr̄am adepto defectus siue pena nō posse ꝓficere. Sed postq̄ꝫ gratiā recepit. ꝑ quā ꝓficere potuit ⁊ ad tp̄s ꝓfecit. eāqꝫ cl̄pa sua p⁹ amisit. simulqꝫ ꝓficiendi facultatē ꝑdidit. defect⁹ fuit ei ⁊ pena non posse ꝓficere. scꝫ malū declinare ⁊ bonū facere. Omnes ergo defect⁹ nr̄os suscepit xp̄s ꝑter pctm̄ q̄s

Augusti.

ei ꝯueniebat suscipe. ⁊ nobis expediebat. Sūt em̄ plura egritudinū genera ⁊ corporis vicia. a quib⁹ omnino immunis extitit Quos em̄ defectus habuit. vl' ad oñsionē vere humanitatis vt timorē ⁊ tristiciā. vel ad impletionē opis ad qd̄ venerat vt passibilitatē ⁊ mortalitatē. vl' ab immortalitatis despatiōe spem nostrā erigēdā vt mortem suscepit. Hos aūt defectus nō ꝯditionis sue necessitate. ꝑ miseratiōis volūtate suscepit. Ueros quidē habuit d̄fect⁹ sicut ⁊ nos ꝑ nō eadē cā. Nos em̄ ex pctō origi|nali hos defectus trahimus sic̄ apl's isinuat dicens. Corpus quidē ꝓpter pctm̄ mortuū est. i. necessitatē moriendi habuit in se. Christus aūt nō ex pctō hmōi habuit defectus qꝛ sine pctō est ꝯceptus ⁊ natus et in terris ꝯuersatus. Sed ex sola miseratiōis voluntate de nostro in se transtulit veram infirmitatē sicut accepit verā carnē quā sine omni infirmitate assumere potuit sic̄ absqꝫ culpa eandem suscepit.

Quia sola volūtate hos defect⁹ suscepit nō necessitate conditionis.

Autoritatibus probat christū ꝑm hominez vere dolores sensisse ⁊ timuisse ꝯtra q̊sdā hoc negātes. d

Sed qꝛ nonnulli d̄ sensu in passione humanitat̄ xp̄i male sensisse inueniunt̄ asserentes similitudinez atqꝫ imaginē passionis ⁊ doloris xp̄m hominem ꝑtulisse. sed nullū omnino dolorē vel passionē sensisse. Autoritatuz testimonijs eos ꝯuincentes indubitabile faciamus qd̄ supra diximus. Propheta Esaias di. Uere languores nr̄os ip̄e tulit. ⁊ dolores nostros ip̄e portauit. Et veritas ip̄a in euāgelio ait. Tristis est anima mea vsqꝫ ad mortē. vbi etiā legit̄. Cepit Jesus pauere ⁊ tedere. Propheta etiā ex ꝑsona xp̄i ait. Repleta est malis aia mea Qd̄ exponēs aug. inq̄t. Non vitijs ⁊ pctis ꝑ humanis malis id est doloribus repleta fuit aia xp̄i q̄b⁹ ipsa cōpatit̄ carni. Nō em̄ dolor corpis pōt esse sine aia. Dolere aūt aia etiā nō dolente corpe pōt. Hos aūt humane infirmitat̄ affectus. sicut ip̄am carnē ac mortē nō ꝯditionis necessitate. sed miserationis voluntate suscepit. Ambro. etiā in li. iij. d̄ tri. ait. Scriptū est. Pater si possibile est transeat a me calix iste. Timet ḡ xp̄s. ⁊ dū Petrus nō timet xp̄s timet. Petrus dixit. Animā meā ponā ꝓ te. Christus dicit anima mea turbat̄. Utrūqꝫ verū est ⁊ rationis plenū

Ambrosi.

qꝫ et ille qui est inferior nō timet. ⁊ ille q̄ superior est gerit timentis affectū. Idē in eodem. Ut homo turbatur. vt hō flet. vt homo crucifigitur. ꝑ naturā hominis ⁊ tediauit ⁊ resurrexit. Nō turbatur eius virtus Nō turbatur eius diuinitas. sed turbatur anima. ꝑm humane fragilitatis assumptionem turbatur. Nā qui suscepit animā. suscepit etiam anime passionē. Non eniz eo quod deus erat aut turbati aut mori. Idē in eodem. Suscepit tristiciaz meā. confidēter tristiciā nomino qui crucem p̄dico. Ut homo habuit tristiciam quā in eo suscepit affectu. mihi cōpatitur. mihi tristis est. mihi dolet. Ergo ꝓ me ⁊ i me doluit qui pro se nihil habuit quod doloret Doles igitur domine Jesu vulnera mea nō tua. quia tu non pro te sed pro me doles Hieronymus quoqꝫ in explanatione fide ait. Nos ita dicimus hominem passibilē a deo filio susceptum vt deitas impassibil' ꝑmaneret Passus est em̄ filius dei non putatiue. sed vere omnia que scriptura testatur ꝑm illud qd̄ pati poterat. s. ꝑm sb̄am assumptā. Licet ḡ ꝑsona filij susceperit passibilē hominez. ita tamen eius habitatione ꝑm substantiā suā nil passa est. vt tota trinitas quā impassibilem necesse est confiteri. His alijsqꝫ autoritatibus ꝑ spicuum fit xp̄m vere passibilem assumpsisse hominez. atqꝫ in eo defectus ⁊ affect⁹ nostre infirmitatis suscepisse. sed voluntate nō necessitate conditionis.

Hierony.

Hic ponit que predictis aduersari videntur. e

Quedaz tamen reperiuntur in sanctorum tractatibus que p̄missis aduersari videntur. Nā sup illū locū psalmi. Clamaui ⁊ non exaudies. Aug. tradere videt̄ xp̄um nec vere timuisse. nec vere tristatum esse dicens sic. Quomō hic dicit. qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. sed de nobis corpore suo hoc dicit. Corporis eniz sui id est ecclesie gerebat personam. sicut ⁊ alibi cum dicit. Trāseat a me calix iste. ꝓ nobis loquitur. nisi forte putatur timuisse mori. sed nō vere timebat domin⁹ pati tertia die resurrecturus. cum arderet Paulus dissolui et esse cum christo. Nō enim fortior est miles q̄ imperator. Miles eniz coronand⁹ gaudet mori. ⁊ domin⁹ coronatur⁹ timet mortem. Sed infirmitatem nostrā representās ꝓ suis infirmis q̄ timēt mori h̄ dixit. Uox

Augusti.

Hiero. sup euangeliū. illorum erat. Hiero. etiam ait. Erubescāt qui putant saluatorē timuisse mortē ꝛ passiōis pauore dixisse. trāseat a me calix iste

De terminatio autoritatū. f

Ne aūt in sacris literis aliqua aduersa diuersitas esse putet harū autoritatū verba in hunc modū accipienda dicimus. vt nō veritatē timoris et tristicie vel ꝓpassionē sed timoris et tristicie necessitatē et passionem a christo remouisse intelligantur. Habuit em̄ xp̄s veruz timorem ꝛ tristiciam in natura hominis. ꝑ non sicut nos qui sumus mēbra ei⁹. Nos em̄ causa peccati nostri his defectibus necessario subiacem⁹. ꝛ in nobis sunt isti defectus p̄m ꝓpassionē ꝛ passionē. sed in christo nō nisi p̄m ꝓpassionē. Sicut em̄ in peccatis gradus quidā notant ꝓpassio ꝛ passio. ita ꝛ in his penalibus affectibus. Afficit em̄ q̄s interdū timore vl̄ tristicia ita vt mentis intellectus nō inde moueat a rectitudine vel dei cōtemplatione. ꝛ tunc propassio est. aliquādo v̄o mouetur ꝛ turbat tunc passio est. Christus v̄o nō fuit ita turbatus in anima timore vel tristicia vt a rectitudine vel dei cōtemplatione aliquatenus declinaret. p̄m quē modū intelligitur cum dicitur non timuisse vel tristis fuisse.

De passiōe ꝛ ꝓpassiōe timoris et tristicie.

Unde ⁊ mediatoꝛ dicit ſm̃ hmanitatẽ nõ ſm̃ diuinitatem. Non em̃ eſt mediatoꝛ inter deũ et deũ. q̃ tm̃ vnus eſt deus. ſed inter deũ et hoiem quaſi inter duo extrema. qꝛ medius eẽ nõ poteſt niſi inter aliqua. mediatoꝛ eſt ergo inquãtum homo. Naz inquãtũ deus non mediatoꝛ. ſed equalis patri eſt. hoc idem q̃ pater. cum patre vnus deus Mediat ergo inter homies ⁊ deũ trinitatẽ. ſm̃ ho minis naturã in qua ſuſcepit illa p que re conciliamur deo trinitati ⁊ ſm̃ eandẽ ha bet aliquid ſimile deo. ⁊ aliquid ſimile ho minibus. q̃ mediatori congruebat. ne p omnia ſimilis hominibus longe eſſz a dõ aut p omnia deo ſimilis longe eſſet ab ho minibus. ⁊ ita mediatoꝛ non eſſet. Uerus ergo mediatoꝛ chriſtuſ inter moꝛtales pec catoꝛes ⁊ immoꝛtalẽ iuſtum. apparuit moꝛ talis cum hominibus. iuſtus cũ deo. p in firmitatem ꝓpinquans nobis. p iuſticiaz deo. Recte ergo mediatoꝛ dict⁹ eſt. qꝛ int̃ deum immoꝛtalem. ⁊ hominem moꝛtalez eſt deus ⁊ hõ. reconcilians hominem deo Intãtũ mediatoꝛ inquãtũ ẽ homo. In q̃n tũ aũt verbũ non eſt medius quia vn⁹ cuz patre deus. Si ergo xp̃s ſm̃ vos o hereti ci vnam tm̃ habet naturã vnde medi⁹ erit Niſi ita ſit medius vt deus ſit ꝓpter diui nitatis naturã. ⁊ homo ꝓpter humanita tis naturã. Quomodo humana i eo recõ ciliantur diuinis? Nã ipe viuens ꝓius in ſe humana ſociauit diuinis per vtriuſq̃ nature cõiunctionem in vna ꝑſona. Bein de omnes fideles p moꝛtẽ recõciliauit deo dum ſanati ſunt ab impietate quicũq̃ hu militatem xp̃i credendo dilexerunt ⁊ dili gendo imitati ſunt. Ecce hic aliquatenus inſinuatur quare xp̃s ſolus mediatoꝛ dei dicitur ⁊ hominum. ⁊ ſm̃ quã naturã. me diet. ſ. humanã. ⁊ cui mediet. ſ. deo trinita ti Trinitati em̃ nos reconciliauit p moꝛtẽ p quã etiã nos redemit a ſeruitute dyabo li. Naz vt petrus ait. Non coꝛruptibilib⁹ auro ⁊ argento redempti ſumus. ſed pcio ſo ſanguine agni immaculati.

Augº. in li. confeſſionũ.

Summã intelligentie p̃ miſſe ꝑſtringit.

Iſta eſt diſtinctio. xix. huius ter= tij libꝛi. in qua magiſter poſt̃q̃ egit de merito paſſi onis xp̃i ſm̃ q̃ ordinat̃ ad ꝓſecutionẽ boni tã ſibi q̃ nobis. Agit de eodẽ ſm̃ ordtnat̃ ad remotionẽ ma li noſtri. Et tria facit. Primo agit õ malis a quib⁹ xp̃s nos eripuit. Secundo oſtendit q̃ nomen redẽ ptoꝛis xp̃o ſimpliciter conuenit. Tertio q̃ mediato ris officiũ xp̃us ſolus habuit. Primũ vſq̃ ibi. Unõ ipe vere dicit̃. Scõm vſq̃ ibi. Qui ſolus õz mediatoꝛ. Tertiũ vſq̃ ad finẽ diſtin. In ſpeciali ſnia ma giſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹ quarũ ꝓma ẽ hec. Chriſtus acerba ſue moꝛtis paſſione redemit nos a culpa. A pena. ⁊ a vinculis captiuitatis dyabolice.

B

Hāc magister ptēdēs ꝓponit. q̄ p mortē xp̄i liberati sumus principaliter. ⁊ a ptāte dyaboli secundario seu consequenter. Et ꝓbat p triplicē modū quo christus nos p suā mortē iustificauit. Primo eñ iustificauit nos in charitate in morte sua ostensa nos ad charitatē ꝓuocando p quā iustificamur a peccato liberamur. ⁊ p cōsequens a dyabolo eripimur q̄ ꝓpter pcīm vinctos nos tenebat. Scōo iustificauit nos p mortē suā inq̄tū p fidē mortis sue a peccatis mūdamur. Nam sicut olim aspicientes serpentē ereum in patibulo erectū a serpentū morsu saluabant. sic si recte fidei intuitu xp̄m aspexerimus q̄. p nobis in lingno pependit. a peccatis saluati a dyabolo liberabimur. Tertio iustificauit nos sua morte. qz mortē se offerens verū sacrificiū omniū nostrū culpaz destruxit. ⁊ dyaboli potentiaz q̄ ligatos nos tenuit intātū debilitauit q̄ licet p pcīm tēptari possumus non tñ nisi sponte supari possumus. Quod patet in beato petro qui añ mortē xp̄i advocē ancille ip̄m negauit. Postea gūt añ reges ⁊ principes deductus nō timuit ip̄m cōfiteri. Et cōfirmat ista pluribus autoritatibus sanctoꝝ ⁊ signanter p pabolas euangelicas de forti armato. Et postea specialiter oñdit quō xp̄us sua morte nos a dyabolo liberauit dicens deū factū esse hoīem vt p mortē suā dyabolū vinceret q̄ antea hominē supauerat. vt sic eū nō violens sed iuste vinceret in natura illa quā ip̄e ꝑpus supanit. Et subdit q̄ xp̄s etiā nos a pena liberauit. nā ad penā eternā nō astringimur nisi p culpā. cū ergo xp̄s sua morte destruxit culpā patet q̄ etiā destruxit penā eternā. Tēporalis aūt pena licet adhuc nobis inhereat ab ip̄a tñ pfecte liberabimur in futuro. in signū istorū tota pena que debeť p peccato relarať nobis i baptismo. pena tñ p penitentiā imposita nō totaliť tollitur sed minuitur virtute passionis xp̄i. Scōa propositio est hec. Tota trinitas pōt dici nos redemisse a peccatis ꝓpter cōmunē vsum potestatis. Hanc magister ponens dicit q̄ ꝓpter p̄dictā liberationez a peccato ⁊ a dyabolo xp̄s pōt dici vere mūdi redēptor et hoc inquātū est deus ⁊ inquātū est homo. in quātū deus ꝓpter vsum ptātis remissiōis peccatorū q̄ sibi cū patre ⁊ spiritusancto communis est. propter etiā ꝓmunitatē ptātis tota trinitas redemptor dici pōt ⁊ etiā pater ⁊ spiritussanctus. Inquātū autem hō ꝺr xp̄s redēptor ꝓpter exhibitionē obediētie ⁊ humilitatis. etiā q̄ in humanitate assūpta impleuit illa sacramēta que p̄cipue sunt nr̄e redēptionis cā. Tertia ꝓpositio est hec. Christus humāi generis redemptor est vn⁹ solus dei ⁊ hoīm mediator Hanc magister ponēs dicit q̄ solus xp̄us ꝺr mediator dei ⁊ hoīm inquātū nos deo reconciliauit delendo peccata quib⁹ deus offendiť ⁊ homo inimic⁹ dei cōstituiť. Querit postea cū tota trinitas peccata deleat quare solus filius dicit mediator ⁊ nō tota trinitas potius. Et rñdet q̄ q̄uis tota trinitas peccata delcat vsu potestatꝭ ⁊ sic ex cōsequēti reconciliat nos sibi. Solus tñ filius ꝺr mediator qz medius est inť deum ⁊ hoīem. ⁊ fm humanitatē in se illa sacra. i. opa sacra quoꝝ fide et imitatione deo reconciliamur. vñ tandē ꝓcludit q̄ xp̄s ꝺr mediator non fm diuinā naturā sed fm humanā. in qua illa suscepit quib⁹ nos toti trinitati reconciliat. vt passionē mortem. ⁊ hmōi fm hāc naturā etiā aliq̄d habuit deo sile. s. iusticiaz innocētiā ⁊ cōsimilia. ⁊ aliquid sile nobis. s. mortalitatē. qō mediatoris officio cōgruit. cū mediū sapiat ꝓpietatē vtriusq̄ extremoꝝ. Ex q̄b⁹ etiā dictis cōfutať error dicentiū in xp̄o tñ vnā esse naturā. quia fm eos possit nos aliq̄d haberi in xp̄o quo esset medius inter deū ⁊ hoīez qō tñ requiriť si inter eos ꝺz verus mediator esse. Et tñ ⁊c.

Qō alio mō potuit liberare hoiez ⁊ quare potius isto. a

SIvero quesritur vtrū alio mō posset deꝰ hoiem liberare q̄ p mortem xp̄i? Dicim⁹ ⁊ aliū modū fuisse possibilē deo. cuius ptāti cūcta subiacent. sed nostre miserie sanande ꝓuenienti ordinem modū alium nō fuisse. nec esse oportuisse. Quid eñ mentes nostras tantū erigit. ⁊ ab immortalitatis despatiōe liberat q̄ p tanti nos fecit deus. vt dei filius immutabiliter bonus: in se manēs qō erat. ⁊ a nobis accipiens qō non erat. dignatus nostrū inire cōsortiū. mala nostra moriendo pferret. Est ⁊ alia ratio quare isto potius mō q̄ alio liberare voluit. qz sic ⁊ iusticia supatur dyabolus. nō potētia Et quō id factū sit. explicabo vt potero. Quadaz iusticia dei in potestatē dyaboli traditum est genus humanū. peccato primi hominis in omnes originaliter transeunte. ⁊ illius debito obligante. Añ oēs hoies ab origine sunt sub principe dyabolo. Añ aplus. Eramus natura filij ire. natura. s. vt est de prauata peccato. nō vt est recta creata ab initio. Modus aūtē ille quo traditus est homo in dyaboli potestatē. nō ita debz intelligendi tanq̄z deus ꝺ fecerit aut fieri iusserit. sed q̄ tantū pmiserit. iuste tñ Illo ei deserente peccantē: peccati auctor ilico inuasit. nec tñ deus cōtinuit in ira sua miserationes suas. nec hoiem a lege sue potestatis amisit cū in dyaboli potestate esse pmisit. qz nec dyabolus a ptāte dei est alienus sicut nec a bonitate. Nam qualicunq̄ vita dyabolus vel hō nō subsisteret nisi per eum q̄ viuificat omnia. Nō ergo deus hominem deseruit vt nō se illi exhiberet deū sed inter mala penalia etiā malis multa p̄stitit bona. ⁊ tandē hoiem quem cōmissio peccatoꝝ dyabolo subdidit. remissio peccatorum p sanguinez xp̄i data: a dyabolo eruit. vt sic iusticia vincereť dyabolus. nō potētia. Sed q̄ iusticia? Jesu xp̄i? Et quo mō victꝰ est ea? Quia in eo nihil dignum morte inueniens. occidit eū tñ. ⁊ vtiq̄ iustum est vt debitores quos tenebat liberi dimittantur in eum credentes. quem sine vllo debito occidit. Jdeo autem potentia vincere noluit. quia dyabolus vicio puersitatis sue amatoꝝ est potentie. ⁊ desertor oppugnatoꝝq̄ iusticie. in quo homies ma-

Augustin.

Ratio quare isto modo.

Q̄ dyabol⁹ nō est alienus a ptāte dei.

Qua iusticia sit victus dyabolus.

gis eũ imitantur qui neglecta vel etiã posa iusticia: potentie magis studẽt eiusq; vl' adeptione letant'. vel cupiditate inflãmãtur. Ideoq; placuit deo. vt nõ potentia s̃ iusticia vincens hoiem erueret. in quo homo eũ imitari disceret. Post ꝟo i resurrectione secuta est potentia. q; reuixit mortuus. nunq̃ postea moriturus. Sed nõne iure equissimo vinceret' dyabolus: si potẽtia tm̃ xp̃s cũ illo agere voluisset. vtiq;: s̃z postposuit xp̃s qd̃ potuit vt prius ageret qd̃ oportuit. Iusticia ergo humilitat' hominem liberauit quẽ sola potentia equissime liberare potuit.

De causa inter deum et hominem et dyabolum. b

Si enim tres illi in causam venirẽt. s. deus. dyabolus hõ. dyabolus ⁊ hõ quid aduersus deũ dicerent nõ haberent. Dyabolus em̃ de iniuria d̃i ꝯuinceret'. q; seruũ eius. s. hominẽ ⁊ fraudulẽter abduxit. ⁊ violẽter tenuit. Homo etiã iniurius deo conuinceret'. q̃a p̃cepta eius contempsit. ⁊ se alieno dño mancipauit. De hoĩs etiã iniuria cõuinceret' dyabolus. q; et illũ prius fallaci ꝓmissiõe decepit. ⁊ post mala inferendo lesit. Iniuste ergo dyabolus q̃tũ ad se tenebat hominẽ sed homo iuste tenebat'. q; dyabolus nũq̃ meruit potestatẽ habere sup̃ hominem sed homo meruit p̃ culpã pati dyaboli tyrannidem. Si ergo deus qui vtriq; p̃erat potentia hominem liberare vellet. sola iussionis virtute hoiem potuit rectissime liberare. Sed ob causam p̃missam iusticia humilitatis vti voluit. Qui dũ in carne mortali crucifixus est iustificati sumus. i. p̃ remissionẽ peccatorũ eruti d̃ ptãte dyaboli. ⁊ ita a xp̃o iusticia dyabolus victus ẽ nõ potentia. Quõ aũt in eius sanguine nobis peccata sint dimissa supra expositũ est.

Aug. in li. d̃ trinitate.

De traditõe xp̃i que d̃r facta a patre ⁊ a filio. a iuda et a iudeis. c

Christus ergo ẽ sacerdos idemq; hostia. ⁊ precium nostre reconciliationis. qui est se in ara crucis non dyabolo. sed deo trinitati obtulit p̃ omnibus q̃tum ad precij sufficientiam. sed pro electis tm̃ q̃tũ ad sufficientiam q; p̃destinatis tm̃ salutem efficit De quo et legitur q̃ sit traditus a patre. ⁊ q̃ seip̃m tradidit ⁊ q̃ iudas eũ tradidit ⁊ iudei. Ipse se tradidit q; spõte ad passionẽ accessit. Et pat' eũ tradidit. q; volũtate p̃ris imo toti⁹ trinitatis passus est. Iudas tradidit p̃dẽdo ⁊ iudei instigando. ⁊ fuit actus iude ⁊ iudeorum malus. ⁊ actus christi vel patris bonus. Opus xp̃i ⁊ patris bonũ q; bona patris ⁊ filij voluntas. malũ fuit opus iude ⁊ iudeoꝝ. q; mala fuit intentio. Diuersa fuerunt ibi facta. siue opa. i. diuersi act⁹ ⁊ vna res siue factũ. s. passio ip̃a. Ideoq; doctores aliqñ vniunt in facto illo patrez filiũ. iudã. iudeũ. aliqñ disiũgunt. Respicientes em̃ ad passionẽ vnum opus illorũ dicunt. Attendentes intentiones ⁊ actus facta diuersa discernũt. Vñ Aug⁹. Facta est inquit traditio a patre. facta ẽ traditio a filio. facta est traditio a iuda. vna res facta ẽ. Quid ergo discernit int' eos? Quia hoc fecit filius et pater i charitate. Iudas ꝟo in p̃ditiõe. Uidetis quia non quid faciat homo. sed qua voluntate considerandum est. In eodem facto inuenimus deũ quo iudam. deum benedicimus. iudã detẽstamur. quia deus cogitauit salutem nostram. Iudas cogitauit p̃ciuz quo vendidit dominum. filius precium quod dedit p̃ nobis. Diuersa ergo intẽtio diuersa facta facit. cum tñ fit vna res ex diuersis. Ecce vnam rem dicit ibi fuisse. ⁊ diuersa fctã q; vna ibi fuit passio sed diuersi actus. Et actus quidẽ iude ac iudeoꝝ mali quibus operati sunt xp̃i passionem que bonuz est ⁊ opus dei est.

Augusti.

Qd̃ xp̃i passio d̃r opus dei ⁊ iudeorum et quomodo. d

Passio ergo cristi ⁊ opus dicitur iudeoꝝ. q; ex actibus eoꝝ p̃uenit. ⁊ opus dei. q; eo auctore. i. eo volente fuit. Vñ Aug. Nemo aufert animã christi ab eo q; potestatẽ habet ponẽdi et sumẽdi. ecce habes auctorez operis. Ponet animaz. ecce hẽs op⁹ auctor. Et vt generalit' ꝯcludã. quotiẽs in carne xp̃i aliq̃d patit' op⁹ auctoris ẽ. q; em̃ sua volũtate ñ alio cogente p̃petit'. ip̃e auctor est operis. Cũ aũt passio xp̃i op⁹ dei sit. ⁊ iõ bonũ. eãq; opati sint iudas ⁊ iudei. q̃rit' an cõcedẽdũ sit eos opatos ibi esse bonũ? Hic distiguendũ est. Potest em̃ dici. q̃ opati sunt bonũ. q; ex actibus eoruz bonũ p̃uenit. i.

Aug⁹. in expositõe fidei catholice cõtra felicianũ

Si iudei sũt ibi opati bonum.

passio xpi. ⁊ itē q opati nō sunt bonū sed malū. qz actio eoz nō fuit bona sed mala.

Jsta est distinctio .xx. huj⁹ tertij libri. In qua magister postq̄ egit de passione xpi in quātū est maloz nostroz remotiua. Agit singulariter de ei⁹ cōgruētia. ⁊ tria facit. Prio assignat causam passiōis cōgruētē. Scōo cām ip̄i⁹ efficiētē. Tertio remouet dubitationē incidentē. Primū vsq̄ ibi. Christus ergo est sacerdos. Scōm vsq̄ ibi. Cū igit passio xpi. Tertiū vsq̄ ad finē distinctiōis. In spāli snia magistri stat i trib⁹ ꝓpositōib⁹ quarū ꝑma est. Quāuis deus alio mō potuisset hoiem q̄ p xpi mortē redemisse. s. p oipotētiā. modus tn fiendi p mortē xpi maiorē habuit cōgruentiā. Dāc magister ponens querit. Utrū de⁹ p aliū modū potuerat genus humanū redemisse q̄ p mortē xpi. Et rndet q sic. sz iste modus quo liberauit ip̄m fuit cōgruentioz. qō oñdit ex duob⁹. Primo ex nra voluntate. Nā p hoc q nos redemit p mortē filij sui mens nostra in deuz magis dirigit ⁊ ad ip̄ius amorē magis excitat. Secūdo oñdit idē ex dei iusticia. Nā de⁹ iuste ꝑmisit hominē a dyabolo possideri. cū igit nō videat cōgruū q deus p potētiā hoc infringeret. qō iusticia mediante ꝑmisit. cōuenientius apparet q diabolū in assūpta humanitate superaret q̄ q alio mō. vicz p potētiam de ip̄ius manu liberaret. Qualit aūt p iusticiaz hoiem de ip̄ius manu liberauit. hoc declarat dicēs q qz dyabol⁹ xp̄m occidit in quo nulla cā mortis reperta fuit. ideo iustū fuit vt dyabol⁹ ꝑderet suā ptātem sup oēs in xp̄m credētes. Et subdit q si deus p potentiā ⁊ nō iusticiā vt ꝑmittit humanuz genus de manu dyaboli abstulisset. nulli i hoc iniuria illata fuisset. qz exquo tā bō liberādus q̄ dyabol⁹ ip̄m tenēs sub dei ptāte erāt ꝓstituti. Deus sine cuiuscūq̄ iniuria solo p̄cepto hoiem potuisset de manu dyaboli liberasse. potius tn voluit liberare ip̄m p iusticiā ꝓpt causas positas. Scōa ꝓpositio est hec. Passiōis cristi opus tā xpi q̄ iudeoz existēs est nre redēptionis cā efficiens. Hanc magister ponēs dicit q xps q̄ se obtulit hostiā et p̄ciū redēptiōis nre. fuit cā efficiēs ⁊ auctor nre cōsiliatiōis. ⁊ hoc q̄tū ad oēs quo ad sufficientiā. sed solū q̄tū ad electos quo ad efficiētiam. qz nō oīs sed tm electi finalē passiōis xpi fructū recipiunt Et subdit q xps quadruplicit traditus fuit. s. a seipo. a patre. a iuda. a iudeis. Diuersimode tn. a seipo ⁊ a pre ex charitate. Judas autē et iudei tradiderūt ip̄m ex malicia ⁊ iniq̄tate. Uñ ifert q passio xpi fuit op⁹ dei ⁊ iudeorū. Dei q̄dē. qz a deo volente ⁊ ipo ei⁹ auctore facta est. Judeoz vo. q̄a ex ipoz actib⁹ ꝓsecuta est. qō vlterius ꝓfirmat auctoritate b. Aug⁹. Tertia ꝓpositio est hec. Quamuis iudei xp̄m occidēdo. q̄tū ad op⁹ opatū bonū fecerūt. tn q̄tū ad opus opans pessime egerūt. Hanc magister ponens mouet dubiū tale. Cū passio cristi vt dictū est sit opus dei. ⁊ p cōsequēs bonū. Utrum ex hoc op⁹ iude ⁊ iudeoz q̄ eandē passionē operati sunt. ctiā debeat dici bonū. Et rndet q habito rspectu ad op⁹ opatū. s. ad ip̄am passionē opati sunt bonū. Sed habito respectu ad op⁹ opans. s. intētiōez qua hoc fecerūt. opati sunt malū. Et tm in speciali.

Si in christo diuisio in morte fuit anime vel carnis a verbo. a

DI. XXI

Post predicta considerandū est. vtz i morte a verbo sit sepata aima vel caro? Quidam putauerunt carnem sic ab anima ita a diuinitate in morte fuisse diuisam Si em inquiūt aia media diuinitas sibi carnē vniuit. sicut supius ptaxatū est. q̄ qñ diuisa est caro ab anima. diuisa est etiā a diuinitate. qz nō potuit ab ania seiungi p quā verbo erat vnita. quin a verbo diuideretur. Fuit aūt diuisa ab anima in morte. alioquin vera mors ibi nō fuisset Quia vt ait Aug⁹. Mors quā timent hoies separatio est anime a carne Mors aūt quā nō timent sepatio est aie a deo Utraq̄ vo dyaboli suasu hoi ꝓpinata est. Si q̄ i xpo hoie vera mors fuit. diuisa ē ibi aia a carne. ac p cōsequens diuinitas a carne. Huic sue ꝓbabilitati addūt autoritatis testimoniuz. Ambr. em tractās d xpi derelictiōe q̄ i cruce voce magna clamans dixit. Deꝰ deꝰ me⁹ vt q̄d me dereliq̄sti ait. Clamat hō sepatōe diuinitatis mortuꝰ. Nā cū diuinitas mortis libera sit. vtiq̄ mors ibi esse nō poterat. nisi vita discedēt qz vita diuinitas est. Hic videt tradi q diuinitas separata sit i morte ab hoie q̄ nisi discessisset hō ille mori nō posset Ad illi ad carnē referūt quā dicūt a deo seperatā. Quib⁹ rndem⁹ illā sepatiōez sic esse accipiēdū. sic intelligit derelictio q̄ illis verb significat. vt q̄d me dereliq̄sti. Quō q̄ xps derelict⁹ erat a pre. cū i cruce derelictū se clamabat. Nō recesserat deꝰ ab homine ita q esset soluta vnio dei ⁊ hois Alioquin fuit q̄dā tpus qñ xps adhuc viuꝰ hō erat ⁊ nō deꝰ. qz adhuc viuꝰ se derelictū clamabat. nō dereliq̄ndū. Si q̄ illa derelictio vnionis intelligat solutō. añ facta fuit solutio dei ⁊ hois q̄ xps mortuꝰ esset Sed q̄s h̄ dicat? Fateamur q̄ deū quodāmō illū hoiem in morte deseruisse. qz potestati psequētiū eū exposuit ad tps. nō suā potentiā exercēdo illū defendit vt nō moreret. Sepauit se dinitas qz subtrarit protectionē q̄ nō soluit vnionē. Sepauit se foris. vt nō adesset ad defensionē. sz nō itus defuit ad vnionē. Si nō ibi cohibuisset potentiā sed exercuisset. nō mozeretur xpus Mortuus est xpus diuinitate recedente id est effectū potentie defendēdo nō exhibente. Hic est hyrcꝰ apopompeyus q̄ altero hyrco immolato in solitudinē mittebatur. vt legitur i leuitico Duo em hyrci humanitas ⁊ diuinitas xpi intelligūt. Hūanitate ergo immolata: diuinitas xpi i solitudinē abijt. i. in celū. Uñ esicius. In solitudinem. i. in celū tpe passiōis diuinitas abijsse dicit. nō locū mutās sed qōammodo

Opinio quorūdā asserētium caeteq̄ a deitate diuisam.

Aug. super psal. xvij.

Autoritas inducūt ambro. in expositione.

Responsio

Esicius sup leuiticum.

virtutē cohibens. vt possent impij ꝓsummare passionē. Abijt ergo. i. virtutē cohibuit ⁊ portauit iniquitates nostras. nō vt hr̄et sed vt consummeret. deus em̄ ignis consumens est. Ex his satis ostendit premissa verba Ambrosij sic esse accipiēda vt prediximus.

Aliam inducunt autoritatē. b

Alij quoqz autoritati innituntur qui asserūt diuinitatē i morte recessisse ab homine ꝑm carnē. Ait enim Athana. Maledictus q̄ totū hoiem quē assumpsit dei filius denuo assumptū vl liberatū. tertia die a mortuis resurrexisse ñ ꝓfitet. fiat fiat. Si inquiunt denuo assumptus est hō in resurrectione quē assumpserat in incarnatione. deposuit ergo eum in morte. sepata ergo fuit diuinitas in morte ab humanitate. Quibus rñdemus q̄ si in his verbis assumptio talis intelligatur quit fit ꝑm vnionē nō carnē tantū sed totū hoiem. i. animā et carnē denuo sibi vniuit in resurrectione. q̄ nō simpliciter hominē sed totū hominē assumptū dicit. Totū ergo hominē in morte deposuit. i. aiaz ⁊ carnem. Sed quis nisi hostis veritatis dicat animā a verbo depositā? Et tñ nisi hoc fateantur q̄ totus hō sit assumptus. nō proeis facit illa autoritas que totū dicit assūptum. Sciendū est ergo athanasiū id dixisse ꝓtra illorū ꝓsidiaz qui resurrectionē xp̄i negabant. putantes in morte detineri eū qui solus inter mortuos liber est. Jō illū maledicit. qui nō confitet totū hoiem denuo assumptū resurrexisse. i. xp̄m aiam denuo corpi cōiunxisse. ⁊ in illis duobus denuo cōiunctis in resurrectione vere ꝑm hoiem vixisse sicut ante mortē. Mā in morte sepata est anima a carne. Añ vere dicitur xp̄s mortuus. sed neutrū sepatum est a verbo dei.

Athana.

Qualiter de hac autoritate argumētando proceduntur.

Rñsio.

Determinatio autoritatis.

Autoritatib⁹ astruit a verbo carnē in morte nō esse diuisam. c

Sicut aug⁹. super Johem docet. tractans illud dñi verbuz Ego pono aiam meā vt iterū sumā eā Nemo tollit eā a me. ꝑ ego ponā eā. a meipso potestatē habeo ponēdi eā ⁊ iterū sumēdi eā. Hic animā dicit emissaz. A quo emissa est? a seipa nō est emissa. q̄ seipaz nō posuit. nec verbū animā posuit vel carnē. Caro ergo animā posuit. sz potestate in se manentis deitatis. Potentia ḡ deitatis ania diuisa est a carne. ꝑ neutrū a verbo dei. Añ Aug⁹. Verbū ex quo suscepit hoiez. i. carnem ⁊ animā nunq̄ deposuit animā vt esset aia a verbo sepata. ꝑ caro posuit aiam q̄ expirauit. q̄ redeunte surrexit. Mors ergo ad tp̄s carnē ⁊ aiam sepauit. sed neutrū a verbo dei. Caro ḡ ponit ⁊ sumit animam: nō ptāte sua sed ptāte inhabitantis carnē deitatis. Hic euidenter tradit nec animam nec carnē a verbo dei in morte eē diuisam. vt aliquo modo soluta fuerit vnio Añ Aug⁹. cōtra felicianū. Absit vt xp̄us sic senserit mortē vt q̄tū in se est vita. vitā pdiderit. si ei hoc ita esset: vite fons aruisset. Sensit ergo mortē pticipatiōe humani affectus quē sponte suscepat. nō nature sue pdidit potētiā p quā cuncta viuificat Sic in sepulcro xp̄s carnē suā cōmoriēdo nō deseruit. sicut in vtero virginis ꝓnascēdo formauit. Mortuus est ergo nō descendente vita. sicut passus est nō peunte potētia. nemo tollit animā eius ab eo q̄ ptātē hz ponendi et sumendi. Ecce et hic hēs xp̄m nō deseruisse carnē in morte. ⁊ vitā nō discessisse a mortuo. ⁊ q̄ sponte tradidit spm̄ nō alius extorsit. Añ Amb. Emisit xp̄us spiritum. ⁊ tamen quasi arbiter eruēdi suspendendiq̄ corpis. Emisit spm̄ nō amisit. pendebat in cruce ⁊ omnia ꝓmouebat Sed vnde emisit. ex carne? quo emisit. ad patrem?

Aug⁹ super Johannem

Amb. in li. iij. d spūsctō

Qua ratiōe christus dicitur mortuus et passus. d

Recedente vo aníma. mortua est xp̄i caro. ⁊ q̄ caro mortua est: mortuus est xp̄s. Sicut em̄ mortuꝰ dicitur deus. q̄ñ mortuus est homo. ita mortuus homo dicit q̄ñ mortua est caro. Separatio anime mors carnis fuit ꝓpter carnē ergo vnitā verbo que mortua est dicitur deus mortuus. ⁊ ꝓpter carnē et animam que vtraq̄ dolorē sensit dr deus passus. cū diuinitas omnis doloris expers existeret. Añ Aug⁹. Verbū caro factū est. vt p carnem panis celestis ad infantes trāsiret. ⁊ ꝑm hoc ipm: verbū crucifixū est. sed non est mutatum in hominē. hō in illo mutatus est. vt melior fieret q̄ erat. ꝓpter illō ergo q̄ homo erat mortuus est deus. et p illud q̄ deus erat homo excitatus est ⁊ re-

Aug⁹ super psal.

surrexit. Quicquid passus est hō. nō pōt dici nō passus est deus. qm̄ deus erat hō. Quō potes dicere te nō passum iniuriam si vestis tua ꝓscindat. cui vestis tua nō sis tu. Multomagis ergo ḋcḋd patit caro vnita verbo: dēbat dici deus pati. licz ꝟbū nec mori. nec corrūpi. nec mutari potuerit. Sz ḋcḋd horū passus ē: i carne passus est. Dē hoc etiā Ambro. i li. ḋctio de spū sancto ait. Quod ꝟbi caro patiebat. manens in carne verbū. in se ꝑ corpis assumptione referebat. vt pati dicēt. qz caro patiebatur. sicut scriptū est. Christo in carne passo. Hic docet qua rōne deus vel dei filius passus vel mortuus dicit. nō qz mortem senserit inquātū deus est. sed qz caro ei vnita mortua est. Scōm quā rationem dicit Aug⁹. Si quis dixerit atq; crediderit filiuz dei deū passum anathema sit Cuius dicti causam ex qua intelligētia sumēda est aperiens. in eodē subdit. Si ḋs dixerit q; in passione dolorē sentiebat filius dei deus ⁊ nō caro tantū cū anima quā sibi acceperat: anathema sit. Sane ergo dici pōt q; mortuus est deus ⁊ nō mortuus. passus est dei filius ⁊ nō passus ¶Passa est tertia ꝑsona ⁊ nō passa. crucifixum est verbū ⁊ nō crucifixum. sed ſm alterā naturā passus est. ſm alterā ipassibilis. Vñ Ambrosius. Generalis ista est fides. qz xp̄s ē dei filius. ⁊ natus ex virgine. quē quasi gigantē ꝓpheta describit. eo q; bifōrmis geminecq; nature vnus sit. cōsors diuinitati ⁊ corpis. Idem ergo patiebat ⁊ nō patiebatur. moriebat ⁊ nō moriebat. sepeliebatur ⁊ nō sepeliebatur. resurgebat ⁊ non resurgebat. Resurgebat ſm carnē que mortua erat. non ſm verbū. quod apud deuz semp manebat.

Ambrosi.

Aug⁹. I sermone ō fide

Ambrosi. in li. iij. de spiritusancto.

Ista est distinctio. xxj. huius tertij libri. In qua magister post q; egit de passiōis merito. Agit de eⁱ⁹ fine siue termino. Et tria facit Primo cū inquirit. an in morte xp̄i caro fuit a verbo separata. Scdo oñdit ſm quid mors xp̄i fuit cōsūmata. Tertio subiungit ſm q̄d veritas quarūdā ꝓpositionū in hac materia sit accipienda. Primū vsq; ibi. Recedente ꝟo anima. Scōm vsq; ibi. Sane igit dici potest. Tertiū vsq; ad finē distinctionis. In speciali sīa magistri stat in tribus ꝓpositionib⁹ quaruz prima est hec. Humanitas xp̄i non fuit in passione a deitate soluta. sed solū ꝑ subtractionē ꝓtectionis et defensionis forīs destituta. Hanc magister ponens querit. Utrū in morte xp̄i fuit diuinitas a carne vel anima separata Et rñdet quorundam opinionē fuisse q; sicut anima in morte a carne separabat. ita in morte deitas. tam a corpe q; ab aīa separabat. Hi suā opinionē ꝓbant sic. qñ aliqua vniunt̄ ꝑ medium. recedente medio. recedit vnio. sed caro xp̄i vnita fuit diuinitati mediante aīa. cū ergo in morte xp̄i aīa fuerit separata a carne. seqūtur ⁊ ipaz deitatē a carne fuisse separatam. Et cōfirmāt hoc ꝑ autoritatē Ambro. sup illo verbo psal. Deus deus meⁱ respice in me q̄re me dereliquisti ⁊c. dicentē. Clamat hō separatione diuinitatis mortuus. Vñ apparet q; xp̄s nō potuisset mori nisi fuisset a carne d tas separata. Ad istam respondēs magister dicit q; si ista derelictio quā deus in cruce deplanxit intelligit facta ꝑ separationē diuinitatis quasi facta sit vnionis solutio. vt ista opinio dicit. sequeret q; xp̄s adhuc viuens qñq; fuisset homo et non deus. patet qz adhuc viuens in cruce clamabat se derelictū. sed consequens est falsuz. igitur opinio ex q̄ sequit Vñ sensus autoritatis b. Ambrosij qua ꝓbāt ꝑ se stat in hoc q; deus pater xp̄m hoiem ōr dereliquisse. qz ad tps exposuit cū ptāti ⁊ vñio cor ipm ꝓsequentiū. ita q; deitas ōr ab humanitate separata ꝑ subtractionem ꝓtectionis et defensionis. sed nō ꝑ solutionē vnionis. ⁊ iō separauit se diuinitas forīs ad defensionē. sed intus nō desijt advnionem. Et hoc cōfirmat magister ꝑ figurā veteris testamenti de duobus hircis quoz vno immolato alter in desertū mittebat. ꝑ quos intelligit due nature in xp̄o. quaz vna tpe passionis. s. humanitas immolata fuit. altera. s. deitas celū abijt. nō loci mutatione nec vnionis solutione. sed defensionis subtractione vt sic xp̄i passio ab ipis cōsummaret Postea magister soluit autoritatē Ambro. cui p̄dictā opinionez fouentes innituntur. qua athanasius dicit q; ille hō mortuus in cruce fuit denuo assumptus i resurrectiōe. qđ verū nō esset nisi fuisset in morte depositus seu a diuinitate separatus vt ipi dicūt. Et rūdens mgr̄ dicit q; Athanasius dixit autoritatē illā cōtra quosdā hereticos que negabant xp̄m resurrexisse ⁊ aiam denuo corpi vnitā fuisse. Et etiā del filiū totū hoiem in resurrectiōe resumpsisse. qz totū deposuerat i morte. qz q̄uis deitas nō fuit separata nec a carne nec ab aīa in triduo mortis. fuit tn̄ separata a toto hoie. i. a cōiunctione corpis ⁊ aīe. vt postea patebit in sequenti distin. Et sic mgr̄ tandē ꝯcludit q; i morte xp̄i nec aīa nec caro fuit a verbo derelicta. qđ cōcludit multis sanctoz autoritatibus. Scda ꝓpositio est hec. Per hoc xp̄s vere moriebat q; anima eⁱ⁹ a corpe separabat. Hanc magister ponens dicit q; christus ōr mortuus seu passus ꝓpter cōmunicationem ꝓprietatū vnius nature cū alia ex vnione in ꝑsona vñ hō ōr mortuus qz caro est mortua. ⁊ dr̄ pati carne vel aīa patiente. Sed christus ōr mortuⁱ⁹ ꝑ separationē aīe a carne stāte tn̄ hypostatica vnione. Et ōr passus ꝓpter carnis ⁊ aīe passionē quaz vtraq; dolorez sensit. Iz diuinitas cui vnita fuerat ois doloris expers fuerit. vñ ꝯcludit q; filiⁱ⁹ dei mortuus ⁊ passus fuit. nō qz dolorē vel mortē sensit inq̄tū ōs. sed qz caro sibi vnita mortua fuit. Et hoc mgr̄ ꝓfirmat autoritatibus sctoz. Tertia ꝓpositio ē hec. Respectu diuersoz deū mortuū fore apte ꝯcedit ⁊ negatur Hāc mgr̄ ponēs dicit q; sane dici pt mortuⁱ⁹ ē deus. ⁊ deⁱ⁹ nō est mortuus. ⁊ passus ē dei filius. ⁊ dei filius nō ē passus. Nā hmōi expositiones negatiē sunt ꝟe ſm diuinā naturā. affirmatiē ꝟo ſm hūanā naturā. Et ꝓfirmat autoritate b. Amb. Et tn̄ ispāli.

Si christus in morte fuit hō. a

Hic queritur b vtrū in illo triduo mortis xp̄s fuerit hō: Ad nō vidr̄ q̄busdā. qz mortuus erat. ⁊ homo

DI. XXII

Opinio quo rūdam. mortuꝰ nō est hō. Addūt etiā q; si tūc erat homo: vel mortalis vl immortalis. ℔ mortalis nō. qz mortuus. nec immortal. qz tm̄ post resurrectionē. Quibus rndemus ꝺa lz hō mortuus fuerit. erat tm̄ in morte deꝰ hō. nec mortalis qui ē nec immortalis. et tm̄ vere erat hō. Ille em̄ z hmōi argutie in creaturis locū habent. ℔ fidei sacrm̄ a philosophicis argumentis est liberū. Añ ambrosiꝰ. Aufer argumenta vbi fides queritur. In ipis gimnasijs suis iā dyaletica taceat. piscatoribꝰ credit. nō dyaleticis. Dicimꝰ ergo in morte xpi deū vere fuisse hominem. z tm̄ mortuū. z hoiez ꝺdē nec mortalem nec immortalē qz vnitus erat aie et carni seiūctis. Alia em̄ rōne ꝺr deꝰ hō. vel hō deus. q̄ martinus vel iobes. hō ei ꝺr deus z ecōuerso ꝓpter susceptionē hois. id est aie z carnis. Añ Augꝰ. Talē erat susceptio illa q̄ deuz hoiem faceret. z hoiem deū. Cū g̃ illa susceptio p mortē nō defecerit. ℔ deꝰ hoi et hō deo. sicut añ vnitꝰ erat vere z tūc deus erat hō z ecōuerso. qz vnitus erat anie z carni: z hō mortuꝰ erat. qz aia a carne diuisa erat ꝓpter sepatōnē anie a carne mortuus. ℔ ꝓpter vtriusq; sp secū vnionē: homo. Nō aūt sic erat hō: vt ex anima z carne simul iunctis subsisteret Ex qua rōe ꝺr aliqs aliꝰ hō z ipe forte ante mortē. ℔ etiaz mō erat hō z post resurrectionē fuit. In morte xo homo erat tm̄ ꝓpter anime z carnis secū vnionē. z mortuus ꝓpter inter illa duo diuisionem.

Augusti.

Si xps in morte erat hō alicubi z si vbicunq; est hō sit. b

Hic queritꝝ si xps

in morte alicubi erat hō. z si vbicūq; ē hō sit: Ad qō dicimus qz nō vbicūq; erat hō crat. nec mō vbicunq; est hō est. qz vbiq; est ꝼm deitatē. nec vbiq; est hō. qz nō vbiq; homini vnitus. ℔ vbicūq; est ꝼm hoiez ibi homo est. Tpe autē mortꝭ z vbiq; erat ꝼm deum. z in sepulcro ꝼm hoiem. z i inferno ꝼm animam. z in sepulcro ꝼm carnē In sepulcro ergo erat homo. qz humanitati vnitus erat et si non toti. qz carni tm̄. et in inferno erat homo quia humanitati vnitus. sed nō toti quia anime tm̄. Sed si in inferno anime tm̄ z in sepulcro carni tm̄ vnitus erat. ergo nec in inferno vnitꝰ erat anime et carni. nec in sepulcro. Quō ergo

Opositō

Redditio ē

ibi vel hic hō esse dicit: Que est ratio dicti: Qz vna eaḍēq; vnione vnitꝰ erat aie in inferno. z carni in sepulcro. Et sic erat illis duobus tunc sepatis vnitus. sicut añ separationē. i. ante mortē. Ad hoc aūt opponitur. Si christus animā tm̄ vel carnez tm̄ assumpsisset. non fuisset verus homo ℔ propter vtriusq; assumptionez verus homo fuit. Sic ergo vbi carnem z animaz sibi vnitam non habebat. verus homo ibi nō erat. Sed tpe mortꝭ nusq; illa duo vnita habebat. qz nec in sepulcro nec in inferno. nec alibi. Nusq; ergo erat homo. Ad qō dicimus qz xps vtiq; verus hō nō fuisset. si carnem z animam nō assumpsisset. Sed tm̄ qz ex quo assumpsit: neutrū depo suit. sed cū vtroq; eaḍē vnionē indefinēter tenuit. quā assumendo cōtraxit. Ideo non incongrue vbicunq; anime vel carni vel vtriq; vnitus est. ibi homo esse ꝺr. ꝺa ibi humanatꝰ est. g̃ z i sepulcro erat hō. z in inferno erat hō. ꝺa vtrobiq; humanatꝰ erat xps z vnā caḍēq; cū aia z carne lz seperatis: habebat vnionē. et vno eodemq; tpe in sepulcro iacuit xps z ad infernū descendit. sed in sepulcro iacuit ꝼm solā carnem. et in infernum descendit ꝼm solā animam. Unde Augꝰ. Quis nō est derelictꝰ in inferno. Christus: sed in aima sola. ꝺs iacuit in sepulcro. christus: sed in carne sola. quia in his singulis christus est. Christum in his omnibus z in singulis confitemur Ex his euidenter ostenditur q; carni iacenti in sepulcro vnitus erat christus. sicut anime in inferno. Alioq̄n si carni mortue non esset vnitus. nō in ea diceretur iacuisse in sepulcro Anima ergo ad infernū descendit. Caro in sepulcro iacuit. sapientia cum vtroq; permansit. que in inferno positis vt ait Ambrosi. lumen vite fundebat eterne. Radiabat illic lux vera sapiē/tie. illuminabat infernū. sed in inferno nō claudebatur. Quis enim locus est sapientie de qua scriptum est. Nescit homo vi/as eius. nec inuenta est int̄ hoies. De qua abyssus dicit. non est in me. mare dicit. nō est mecum. ergo nec in tempore. nec in loco sapientia est. cui nec mors tribuenda ē. In ligno enim caro. nō illa operatrix omnium substantia diuina pendebat. Confitemur tamen christuz pependisse in ligno et iacuisse in sepulcro sed in carne sola. Et fuisse in inferno. sed in anima sola.

Aug⁹ super Johannem

In tertio li. ō spūsancto

Christus vbiqz totus

Qđ xp̃s vbiqz totus est. sed nō totū. vbiqz totus est homo vel deus sed non totum. c

Et vtiqz totus eodē tpe erat in inferno. totus in celo. totus vbiqz. ꝑsona ei illa eterna ñ maior erat vbi carnē ⁊ aiam sil̃ vnitā sibi habebat q̄z vbi alterꝝ tm̃. nec maior erat vbi vtrūqz sil̃ vel alterū tm̃ vnitū hēbat q̄z vbi erat neutrū hñs vnitū. Totus ḡ xp̃s ⁊ pfect⁹ vbiqz erat. Ūñ Aug⁹. Nō dimisit patrē xp̃s cū venit in virginē. vbiqz tot⁹. vbiqz pfectus Uno ḡ eodēqz tpe totus erat in inferno totus in celo. Erat apud inferos resurrectio mortuoꝝ. erat sup celos vita viuēti um. vere mortuus. vere viuus. in q̄ mortē susceptio mortalitatis excepit. ⁊ vitā diuinitas nō pdidit. Mortē ergo dei filius. et ī aīa nō ptulit. ⁊ in maiestate nō sensit. sed tm̃ ptcipatōe infirmitatis rex glorie crucifixus ē. Ex his apparet q̄ xp̃s eodē tpe totus erat in sepulcro. tot⁹ in inferno. totus vbiqz sicut ⁊ mō tot⁹ est vbicūqz ē. ſ nō totū Nec in sepulcro vel ī inferno totū erat. ⁊ si tot⁹. sicut xp̃s totus est de⁹. tot⁹ hō. ſz nō totū. qz nō solū est de⁹ vel hō. sed ⁊ de⁹ ⁊ hō. Totū em̃ ad naturā referr̄. tot⁹ autē ad hypostasim. sicut aliud ⁊ aliq̄d ad naturā. alius ꝙ ⁊ aliq̄s ad ꝑsonā referūt. Ūñ Joh. Damas. Totus xp̃s est de⁹ pfectus nō aūt totū deus est. Nō em̃ solū deus est sed et hō ⁊ totus hō pfectus. Nō aūt totū hō. nō solū em̃ homo. ſ ⁊ de⁹. Totū ei nature est repsentatiuū. Totus aūt hyposta seos. sicut aliud quidē est nature. alius autem hypostaseos. sic ⁊ hmōi.

Aug⁹. cōtra felicianuz in expositiōe fi dei.

Joh. dam.

Si ea que dicuntur de deo vel ō filio dei. possunt dici ō homine illo vel ō filio hominis. d

Bolet etiā queri si cōgruenr̄ dici possit filius hois vt ille hō descendisse ō celo vel vbiqz esse. sicut ōr filius dei vel de⁹ de celo venisse ⁊ vbiqz eē? Ad qđ dicim⁹ si ad vnitatē ꝑsone referat dicti intelligentia. sane dici pōt. Si ꝙ ad distinctionē nature ꝛ. nullaten⁹ cōcedenduz est Ūñ Aug⁹. Una ꝑsona est xp̃s deus ⁊ hō Jdeo ōr. Nemo ascēdit in celū uisi q̄ de celo descēdit ⁊c. Si ḡ attendas distinctionē substātiarū. filius dei descēdit. ⁊ filius hois crucifixus est. Si ꝙ vnitatē ꝑsone. ⁊ filius hois descēdit. ⁊ filius dei est crucifixus. ꝓpter hanc vnitatē ꝑsone nō solū filiū hois descendisse de celo. ſ etiā dixit esse in celo cū loquerer̄ in terra. ꝓpter hanc eandēōr deus glorie crucifixus. q̄ tm̃ ex forma serui tm̃ crucifixus est. Nō tm̃ ſm hoc q̄ de⁹ glorie ē. ſm q̄ glorificat suos. ⁊ tm̃ ōr de⁹ glorie crucifixus. Recte quidē nō ex virtute dinitatis. sed ex infirmitate carnis. Quid ḡ ꝓpter q̄d. ⁊ q̄d ſm q̄d dicat. prudens ⁊ diligens ⁊ pius lector itelligat. Hec ō corrigia calciamenti dñici dicta sufficiāt. Ne ossa regis idumee consummantur vsqz in cinerem.

Jsta est distinctio. xxij. huius ter tij libri. Jn q̄ mgr̄ postq̄ egit ō mortexp̄i tanq̄ passionis sue termino Agit ō q̄busdā q̄ sequūt ex ipsa Et tria facit. Nā ꝑmo inq̄rit. vtrū xp̃s i triduo mortis sue fuerit hō. Scō supposito q̄ sic. an fuerit hō in inferno ⁊ī sepulcro. Tertio vtrū ille hō sit vbiqz ⁊ venerit de celo. Primū vsqz ibi. Hic querit si xp̃s Scōm vsqz ibi. Solet etiā queri Tertiū vsqz ad finē distinctiōis. Jn spāli snīa mgr̄i stat in trib⁹ ꝓpositōnibus q̄rū ꝑma est hec. Et si xp̃us in morte sua fuit hō rōnalis. nō tm̃ mortal̄ vel immortalis. Hāc mgr̄ ponēs inq̄rit. Utrū xp̃s in triduo sue mortis fuerit hō mortuus. Et rñdendo ponit ꝑmo opinionē quorundā dicentiū q̄ nō. quorū vna rō fuit. q̄ xp̃s in illo triduo mortu⁹ fuit. cū igit̄ mortu⁹ hō. seq̄t xp̃m i illo triduo nō fuisse hoiem Alia rō coꝝ erat. Si cristus i illo triduo fuisset hō. vel fuisset mortalis vl̄ immortal̄. nō mortalis q̄ iā fuerit mortu⁹. nō īmortal̄ q̄ p⁹ resurrectionē ꝑmo fuit īmortalis effect⁹ ⁊ p cōsequēs nō fuit hō i illo triduo Jsta opinionē mgr̄ refutat quā tm̃ moderni tenēt. Ūñ subdit mgr̄ opiniōz ꝓpriā. in q̄ tm̃ nō tenet̄. ⁊ dicit. q̄ xp̃us i illo triduo mortis sue fuit ver⁹ hō. nō obstāte q̄ fuit ꝛe mortu⁹ ꝓ cui⁹ rōne assignat ipam inseparabilē vnionē diuinitatis ad aiam ⁊ carnē. q̄ p mortē nō fuit soluta Pro cui⁹ vlteriori declaratōe dic̄ q̄ alia rōne ōr ōs hō q̄ petr⁹ vl̄ iches. qz ōs vl̄ dei filius ōr hō ꝓpt̄ assūptiōz aīe ⁊ corpis tm̃. Cū igit̄ illa assūptio ī morte soluta nō fuit. igit̄ etiā ī morte ōs fuit hō. Petr⁹ aūt vl̄ iohānes ē hō ꝓpt̄ ꝙiunctionē aīe ⁊ carnis Sz ex quo ꝙiūctio illa ī morte soluit̄. igit̄ petr⁹ vel iohes ī morte nō dr̄ hō. sz hō mortu⁹. Et subdit q̄ duplex fuit vnio ī xp̃o. vna deitatis cū carne ⁊ aīa. rōne cui⁹ ōr de⁹ hō. ⁊ qz illa nūq̄ defecit. iō rōne illi⁹ ī morte dr̄ hō. Alia ē vnio deitatis cū ꝙiūctiōe ex aīa ⁊ carne rōne cui⁹ ōs ōr viu⁹ hō ⁊ qz illa ī morte xp̃i defecit deus dicebat mortu⁹ hō. vñ rñdēs ad rōes alterius opinionis. Ad ꝑmā dicit negādo ꝙsequētiam q̄ fuit Christ⁹ fuit vere mortuus. igit̄ nō fuit hō. qz vt ptz ex dictis. añcedēs est verū ⁊ ꝙns est falsū. Nā ñ obstante q̄ in xp̃o fuit facta diuisio corpis ⁊ aīe. rationē cui⁹ dicebat mortu⁹. nō tm̃ fuit facta solutio vnionis diuinitatis cū corpe ⁊ aīa. rōne cuius ōr de⁹ hō Ad scōam dic̄. q̄ nec fuit mortalis. nec īmortal̄. Et subdit q̄ argumētationes ꝛz locū habeāt ī creaturis deficiūt tm̃ circa fidei sacr̄a. qz b. Amb. vbi fides q̄r r argumēta dimittēda sūt. Scōa ꝓpositio est bec. Quāuis iste hō ⁊ totus xp̃s sit ī oi loco nō tm̃ ſm totū nec ē vbiqz hō. Hāc magister ponēs querit. Utrūm illo triduo christus fuit hō vbicunqz fuit. Et rñdet q̄ nō. imo nec mō vbicūqz est. homo est. Nā ſm

Aug⁹. in li. de trnitate.

q deus est vbicq̃ ẽ. nõ aũt ẽvbicq̃ ꝑm q hõ. qz nullibi est ꝑm q hõ. nisi vbi vnit⁹ est hoi. Cũ igit nõ vbicq̃ vnitus est hoi. sequit ipm nõ esse vbicq̃ ꝑm q homo. vñ sequit cozrelarie q xps in sepulcro fuit hõ z in inferno fuit hõ. qz vtrobicq̃ fuit ꝑm hoiem. in sepulcro quidẽ ꝑm carnẽ. in inferno aũt ꝑm aiam. Circa istud postea remouet dubiũ quoddã. Nã verbuz tm̃ vnitũ fuit anime in inferno in sepulcro tm̃ carni. quõ hic z ibi posset dici hõ. eo q hõ constat ex anima z carne. Et rñdet q licet illa essent sepata. tm̃ qz eadem diuinitas vtrobicq̃ erat. nõ vtrobicq̃ dicebatur homo. Sed cõtra istud arguit sic. Si verbũ assumpsisset animã tm̃. vel carnẽ tantñ nõ fuisset hõ. cum igitur in inferno habuit animã tm̃. in sepulcro vero carnẽ tm̃. nõ fuisset vtrobicq̃ hõ. Et rñdet q xps verus homo nõ fuisset. nisi carnẽ et animã assumpsisset. sed ex quo post vtriusq̃ assumptionẽ neutrũ illorum a se sepauit. vbicũq̃ ꝑm vnũ illoz fuit humanitus fuit. z p ons in inferno z in sepulcro fuit hõ. Et subdit q in illo triduo mortis xpi tot⁹ xps fuit in inferno. z totus xps fuit in sepulcro. z vbicunq̃ fuit. totus fuit. Nã psona xpi cum esset eterna z indiuisibilis. nõ erat maioz vel minoz qñ erat vnita carni z anime cõiunctis. q cũ erat vnita carni et anime diuisis: z p consequẽs fuit in inferno totus z in sepulcro totus. sed tm̃ nõ erat vtrobicq̃ totũ. Sicut lz christus dicat totus deus. nõ tm̃ oz totũ deus. cuius rõ est. qz netrũ genus ꝓpter ꝓfusionẽ quã importat refertur ad naturã. sed masculinũ ꝓpter distinctionez quã importat siue denotat referr ad psonã. vñ cum xpo duplex sit natura quarũ tm̃ vna sit deus. ñ possumus dicere. xps totũ est deus. sed bñ dicim⁹ xps totus est deus. Tertia ꝓpositio est hec. Ille homo scz xps rõne diuine psone ꝓt dici de celo venisse z esse vbicq̃. Hanc magister ponẽs querit. Utrũ cõueni enter possit dici. q iste hõ. xpo denotato. vel filius hois est vbicq̃ vel descendit o celo. Et rñdet q si inspiciatur ad vnitatẽ psone in qua sunt vnite due nature. tunc tales ꝓpositiones sunt cõcedende. si vo respiciat ad naturas distinctas sic nõ sunt cõcedẽde qz xps ꝑm humanã naturã. nec descẽdit de celo nec est vbicq̃. Et hoc ꝓbat autoritate b. Aug⁹. Ex quo etiã infert cozrelarie q ꝓpter vnitatẽ illã psone cristi xps cũ adhuc esset in terris dicebat se esse in celo ꝓpter eandẽ vnitatẽ psone. etiã oe deus glozie crucifixus. Quis nõ fnerit crucifixus nisi ꝑm humanaz naturã. et sic breuiter epylogat pdeterminata d. q hec sufficiant o misterijs xpi incarnati z passi Et sic tũc terminat istũ scom tractatũ zc. Et tm̃ in spãli.

Si christus habuerit fidez z spem vt charitatem. a

D.XXIII

De trib⁹ hic tractãdũ est z ꝑus o fide

QUm vero supra phibitũ sit xpm plenum gratia fuisse. nõ est supuacuum inqrere vtrũ fidẽ z spem sicut charitatẽ habuerit: Si ei his caruit nõ videt plenitudinẽ gratiarum habuisse Ut autem hec questio valeat apertius explicari. De his singulis aliqua in mediuz proferenda sunt. z primũ de fide. ꝑm mensuram cuius precipit apostolus vnicuiq̃ sapere.

Quid sit fides b

Fides ẽ vtus qua credunt que non videntur. Quod tamen de omnibus que non videntur accipiedũ est. sed de his tm̃ que credere vt ait Aug. ad religionẽ ptinent. Multa em̃ sunt q̃ si christianis ignozet. nihil metuendũ est. qz nõ ideo a religione deuiat. Augusti. in ench.

Quot modis dicitur fides. c

Accipitur autez fides tribus modis. s. p eo quo credit z est virtus. z p eo quod credit z nõ est virtus z p eo quod creditur quod aliud est ab eo quo credit Vñ Aug⁹. inquit. Aliud sunt que credunt. aliud fides qua credunt. Illa em̃ in reb⁹ sunt q̃ vel esse vel fuisse vl futura esse dicunt. Hec aũt in aio credentis est: ei tm̃ cõspicua cuius est. z tm̃ nomine fidei censet vtrũq̃. z illud. s. qõ credit. z id quo creditur. Id qõ credit oz fides sic ibi Hec est fides catholica quã nisi q̃lcq̃ fideliter firmiterq̃ crediderit salu⁹ esse nõ poterit. Fides aũt qua credit si cũ charitate fit virtus est. qz charitas vt ait Amb. Qđ est omniũ virtutũ q̃ oms informat. sine q̃ nulla vera virtus est. Fides ǧ opans per dilectionẽ vtus est. qua nõ visa credũtur Hec ẽ fundamẽtũ qõ mutari nõ põt vt ait apl's. que posita in fundamento neminem perire sinit. Vñ Aug. Fundamẽtũ ẽ xps iesus. i. xpi fides. s. que p dilectionẽ opat p quã xps habitat in cozdibus. q̃ neminẽ perire sinit. Alia vo nõ est fundamentum Fides em̃ sine dilectione inanis est. Fides cũ dilectõne xpiani est. Alia demonis est. Nam et demones credunt et cõtremiscũt Sed multũ interest. vtrũ quis credat xpz vel christo vel in christũ. Nã ipm esse christum demones crediderunt. nec tm̃ in christum crediderunt. Amb. super epam ad romanos. Aug. de fide ad petrum.

Quid sit credere deo. vel deũ vel in deum. d

Aliud est enim credere in deum. aliud credere deo. aliud credere deum Credere deo est credere vera esse que loquit. quod et mali faciũt. z nos credimus homini. sed nõ in hoiem. Credere deum est credere q ipe sit deus. quod etiam mali faciunt. Credere in deũ est credẽ

do amare. credendo in eū ire. credendo ei adherere ⁊ ei⁹ membris incorporari. Per hanc fidē iustificat impius. vt deinde ipa fides incipiat p dilectionē opari. Ea ei sola bona opa dicenda sunt. q̄ fiunt p dilectionē dei. Ipa em̄ dilectio opus fidei dicit. Fides ḡ quā demones ⁊ falsi xp̄iani hñt. qualitas mentis est. Nā ⁊ malos fidē hre cū tñ charitate careant ap̄lus oñdit dicēs Si habuero oēm fidē. charitatē aūt nō habuero ⁊c. Que fides etiā donū dei dici pt q⁹ ⁊ in malis quedā dei dona sunt.

An illa informis qualitas mentis que in malo christiano est. fiat virtus cum sit bonus. e

Si vero queritur.

vtrum illa informis qualitas. qua malus christianus vniuersa credit que bon⁹ cristianus. accedente charitate. remaneat et fiat virtus. an ipa elimineť ⁊ alia qualitas succedat: que virt⁹ sit? Utrūlibet sine piculo dici potest. Mihi tñ videtur. q̄ illa qualitas que prius erat remaneat ⁊ accessu charitatis virtus fiat.

Ex quo sensu dicat vna fides. f

Cūq; diuersis modis

dicatur fides. fatendū est tñ vnā esse fidem. vt ait ap̄ls. vnus dñs. vna fides. Siue em̄ fides accipiatur p eo q̄ creditur. siue p eo q̄ creditur. recte dr fides vna si p eo q̄ creditur accipiatur. Ex hac intelligentia dr vna fides qua idē iubemur credere. et vnū idēq; est qđ creditur a cunctis fidelibus. Uñ fides catholica dr. i. vniuersalis Si vero accipiatur fides p eo quo creditur ea ratione vna dicitur esse fides. Nō quia sit vna numero in omnibus. sed genere. i. similitudine. Uñ Aug⁹. in li. xiij. de trinita. Fides quā illi habent fideles vocātur ⁊ qui nō habent infideles. cōmunis est oibus fidelibus. sicut pluribus hominibus facies communis esse dicitur. cum tñ singuli suas habeant. Non enim fides numero est vna sed genere. Que cū sit in vno est et in alijs: nō ipa. sed similis. ⁊ ppter similitudinem magis vnam dicimus eē q̄ multas. Sicut idem volentium dicit vna voluntas. cum tamen cuiq; sit sua voluntas. et duorum simili modo dicitur facies vna.

Xpbi: 4°

Augusti.

Nō fides est de his que non videtur. ppie que tamē videtur ab eo in quo est. g

Notādum quoq;

est. q̄ fides ppie de nō apparentibus tñ est. Unde Greg. Apparentia non habēt fidem sed agnitionem. Idem cum ap̄lus dicat. Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentiū. hoc veraciter dicitur credi. qđ non valet videri. Nam credi iam non potest. quod videri potest. Thomas aliud vidit. ⁊ aliud credidit. hominem vidit. et deum confessus est dicens. Deus meus ⁊ dominus meus De hoc etiam Augusti. ait. Fidem ipsam videt quisq; in corde suo esse si credit. vel non esse si nō credit. Non sicut corpa que videmus oculis corporis. et per ipsorum imagines quas memorie tenemus etiam absentia cogitamus. nec sicut ea que non videmus. Et ex his que videmus cogitatione vtcunq; formamus et memorie commendamus. nec sicut hominem cuius animam ⁊ si non videmus ex nostra conjici/mus et ex motibus corporis hominem sicut videndo didicimus intuemur etiā cogitando. Nō sic videtur fides in corde in quo est. ab eo cuius est. sed eam tenēt certissima scientia Cum ergo ideo credere iubeamur quia id quod credere iubemur videre non possumus. ipsam tñ fidem quando est in nobis videmus in nobis. quia et rerum absentium p̄sens est fides. et rep̄ que forīs sunt intus est fides. ⁊ reruz que non videntur videtur fides. Et ipsa temporaliter fit in cordibus hominum. ⁊ si ex fidelibus infideles fiunt perit ab eis. His verbis euidenter traditur fidem ipsam in corde hominis ab ipso homine videri. nō corporaliter. non imaginarie. sed intellectualiter. ⁊ ipsam tamen absentium et eorum que non videntur esse. Ut em̄ Aug⁹. alibi ait Credimus vt cognoscamus. non cognoscimus ⁊ credamus. Quid em̄ est fides nisi credere quod nō vides Fides ergo est quod nō vides credere. veritas qđ credidisti videre. Unde recte fides dicit argumentum vel conuictio rerum nō apparentium Quia si fides est. ex eo conuincitur et probatur aliqua esse non apparentia. cum fides non sit nisi de non apparentibus.

Gregor⁹

Aug⁹. in li. xiij. de trinit.

Aug. super iohannem.

Descriptio fidei. h

Ait enī apostolus

fides ⁊ substantia rerū sperandaruz argumentū vel cōuictio apparentiū. Quia per fidem subsistunt in nobis etiam modo speranda. ⁊ subsistent in futuro p experientiam ⁊ ipa est probatio ⁊ conuictio non apparentiū. Quia si quis de eis dubitet. per fidem pbēt. vt adhuc pbatur futura resurrectio. ḡa ita crediderunt patriache. ⁊ alij sancti. Vel probatio est ⁊ certitudo q̄ sint aliqua nō apparentia vt supra dictum est. Propie aūt fides dicit substātia rez sperandarum. quia sperandis substat. Et qz fundamentū est bonoꝝ qō nemo mutare potest.

Si illa descriptio spei ꝓueniat. i

Si vero queri an

hec descriptio spei conueniat: sane concedi potest vtrumlibet. Si autez dicatur cōuenire. sunt ⁊ alia plura quibus differunt fides et spes. sed non improbe dici potest soli fidei conuenire nō spei. quia fides sola fundamentū dicitur. Non qz fides virtus possit esse sine spe et charitate. Unde Augus. Fides operans p dilectionez vtiq̄ sine spe esse nō potest. Nec amor sine spe. nec sine amore spes. nec vtrunq̄ sine fide. ⁊ fides sine amore nihil pdest. Potest tamen credi aliquid quod non speratur. nihil aūt potest sperari quod non creditur. Ideoq̄ credere quod est actus fidei. naturaliter precedit sperare qō est actꝰ spei. quia nisi aliquid credatur non potest sperari. Creditur autem quod non speratur. Inde est quod in scriptura plerumq̄ repitur q̄ fides precedit spem ⁊ spes sequitur fidem. non q̄ virtus fidei precedat virtutē spei tēpore vel causa. sed quia actus fidei naturaliter precedit actū spei. quod etiaz quidam concedunt de ipa virtute fidei vt naturaliter precedat spem nō tempe. Unde ⁊ recte ea sola dicitur fundamentū omnium virtutum et bonorum operum. Nō autem fundamentum est charitatis. quia non ipa charitatis. sed charitas ipius virtutis fidei causa est. Charitas enim causa est ⁊ mater omnium virturum. Que si desit. frustra habentur cetera. Si autez assit habentur omnia. Charitas eñ spiritus sāctus est vt in superioribus pretaxatuz est.

Augus. in enchi.

Quare dicitur sola fides fundamētū.

Ipsa est ergo causa omnium virtutū. non ipsius aliqua virtutum causa est. qua omnia munera excellit. Unde Augus. Respice ad munera ecclesie. ⁊ vniuersis excellentius charitatē munus cognosces. quevt oleum non potest premi i imo sed superexilit Non ergo eius causa vel fundamentuz fides est. Grego. tamen super ezechielē dicit. qz nisi prius fides teneatur nullatenus ad spiritualem amorem attingitur. Non enim charitas fidē. sed fides charitatez p̄cedit. quia nemo pōt amare qō non crediderit sicut nec sperare. Sed hoc accipi potest esse dictū ō fide. que virtus nō est. Ipsa eñ spem ⁊ charitatē frequenter p̄cedit. vel de actu fidei q̄ forte naturaliter actum charitatis precedit sicut actū spei. Quod verba p̄missa diligenter notata innuūt et ea etiā q̄ addit dicēs. Nisi ea iquit que audis credideris. ad amanduz ea que audis nō inflammaberis. Que tm̄ de nō visis ē: vt ante diximus. Uñ Chryſ. Fides i anima nostra facit subsistere ea que nō videntur. De quibus ꝓprie fides est. De visis eñ nō est fides sed agnitio.

Augus. super Johannem

Gregorius

Chryſo.

Ista est distinctio vicesimatertia

huius tertij libri. In qua magister Postq̄ egit de xpi incarnatiōe. ⁊ de eius passione in duob⁹ tractatib⁹ p̄cedentibus huius tertij libri. Agit hic cōsequenter de donis mediantibus quib⁹ repiant completiue et formaliter repari xp̄i passione effectiue ⁊ causaliter Et tria circa hoc facit in p̄ti distinctōe in q̄ agit de fide. Uñ primo ostendit quid sit fides formaliter. Secūdo ō q̄b⁹ sit fides materialiter. Tertio determinat quādā opinionē ibi. Si xo q̄rit. Tertiū incidentaliter. Primū vsq̄ ibi. Notādū xo ē. Secūm vsq̄ ad finē distinctiōis. In spāli snīa mgr̄i stat i trib⁹ ꝓpositionib⁹ quarū p̄ma ē hec. Fides est xtus q̄ credunt q̄ ad salutē ptinēt ⁊ nō vident. Hāc mgr̄ ponēs queꝛit. An xp̄s habuit fidē ⁊ spem siē habuit charitatē ⁊ dicit q̄ sic. qz dato opposito vidz seq̄ q̄ xp̄s nō habuisset plenitudinē gr̄aꝝ. qō ē ꝓtra supradicta Prohib⁹ questiōis euidētia ponit magister p̄mo fidei diffinitionē dicēs. q̄ ē xt⁹ q̄ credūt q̄ nō vident. supple. ad religionē xp̄ianā ptinētia. Cōsequenter declarat mēbra p̄dicte diffinitiōis. Et p̄mo illud q̄ fides est virt⁹. Uñ dicit q̄ fides triplicit p̄t accipi. Primo p habitu charitate informato cui⁹ modi est habit⁹ fidei i viris iustis ⁊ bonis. Secōo mō p habitu nō informato charitate quō est habit⁹ fidei i malis ⁊ iniustis hoib⁹. Tertio xo p ipo credibili. s. p articulis fidei. Uñ oz i symbolo. Hec ē fides catholica ⁊c. Ex his intēdit īferre q̄ fides q̄ ē credibile nō ē xtus de q̄ loq̄t i p̄dicta diffinitiōe. eo illa nō sit xtus mentis sz magis ostat in ipis reb⁹ q̄ credunt. neq̄ fides informis est xtus qz q̄uis illa sit habit⁹ in mēte subiectis. tñ qz est mortua ideo nō ē xtus de q̄ nō loquit. Sz tm̄ fides formata q̄ est habit⁹ p dilectionē opās est virtus de qua intendit. Eo q̄ illa habitat in nobis. Postea declarat aliud mēbrum diffinitionis. s. qua creduntur que nō videntur dicens. aliud ē credere deum. et aliud est credere deo. et aliud est cre-

fides est virtus
Credunt q̄ ad salu
pertinent: et N
vident.

fides pot triplic
accipi

aliud est credere

dere in deum. Nã credere deo est credere ea eẽ vera que deus dicit. credere deũ est credere ipm eẽ deum. Sed credere in deũ est credendo in euz p bona opera ire. vel credere in deũ est ei p amorẽ inherere. Primis duobus modis credunt mali ꝛ demones. sz tertio modo solũ sancti ꝛ boni homies. qz isto tertio modo credere est fidẽ formatã habere. Sed duo p̃mi modi credendi sunt fides informis que est malorũ hominũ ꝛ demonũ. ꝛ tamen est donũ dei et qualitas mentis. qz mali etiã quedã dona dei hñt. Istis p̃missis magister remouet quasdã dubitatiões. quarũ prima est Signeꝫ aliquis qui habet fidẽ informẽ ꝛ incipiat habere charitatẽ. dubitari põt an fides q̃ prius fuit informis maneat in eo et efficaꝫ virt⁹. an illa depulsa succedat alia que est fides ꝛ virtus formata. Et rñdens dicit. q̃ Quisvtrũq; possit dici. tamen videꝫ dicendũ q̃ illa que prius fuit informis remaneat ꝛ p charitatis aduentũ formata fiat. Scõa dubitatio est. Nam ex quo fidẽ supius distinxit tripliciter. dubitari posset an esset tantũ vna fides tenenda vel plures. Et rñdet q̃ tm̃ vna fides est p̃m apostolũ confitenda siue fides capiaꝫ p illa credibili siue p habitu. Nam fides capta p ipso credibili vna est. Nãvnũ et idẽ oĩs credere p̃cipimur. Sumpta aũt p habitu quo creditur iterũvna est in omnibus credentib⁹ non numero sed specie. seu similitudine sicut plurium hominũ idem volentiũ dicit vna esse voluntas. Scõa ꝓpositio est hec. Licet fides sit materialiter de his que non apparent. i. q̃ excedũt cognitionem naturalem. tñ q̃ ipa sit in nobis possumus videre p notitiaz intellectualẽ. Hanc magister ponens ostẽdit de quo est fides materialiꝫ. Et dicit fidẽ materialiter esse de nõ apparentib⁹. qõ probat autoritate bea. Aug⁹. dicit q̃ licet videre nõ possumus que credimus. ipam tñ fidez qua credtmus in nobis videmus non visione corporali vel imaginaria aut similitudinaria sed intellectualiter cognoscẽdo ipam esse eorum que nõ videntur. Postea cõfirmat intentũ suum. s. q̃ fides sit de nõ apparentibus p autoritatẽ apostoli diffinientis fidẽ. q̃ sit substantia rerum sperandarũ argumentũ nõ apparentiuz Quã diffinitionem declarans dicit. q̃ fides est substantia rerũ sperandarum. quia res sperande percipiuntur in nobis p experientiã ĩ futuro. Nõ aũt subsistunt sub fide. Et dicit argumentũ non apparentium. i. pbatio et certitudo ipsorũ. Potest etiã dici fides substantia rerũ sperandarum. eo q̃ fides sit immutabile omniũ bonorum fundamentũ. Tertia propositio est hec. Quãuis intet fidẽ ꝛ spem sit aliqua conuenientia. inter eas tñ ꝛ maior differẽtia. Hanc magister ponens querit. Utrum ista diffinitio fidei quã ponit apostolus cõueniat etiã spei. Et respõdẽdo dicit q̃ sane intelligendo vtriq; iporũ conuenire potest. Nõ tñ ꝓpter hoc fides ꝛ spes sunt vnum. qz licet cõueniant quo ad illud. sunt tñ multa alia in q̃bus differũt. Et etiã dicit q̃ põt ꝓbabiliter dici. q̃ conueniat soli fidei ꝛ nõ spei. eo q̃ sola fides sit fundamentũ omniũ virtutũ ꝛ bonoꝝ: quod ꝓbat autoritate be. Aug⁹. quã postea declarans dicit. q̃ quãuis fides dicaꝫ fundamẽtum oĩm virtutũ et bonorũ operũ. nõ tñ charitatis. eo q̃ nõ fides charitatis sz charitas fidei sit cã. cũ sit oĩm virtutũ mater ꝛ summa. imo est ipe spiritussanctus vt in p̃mo libro dicebatur. Et si obijceret cõtra illud dicẽdo q̃ fides sit cã charitatis que ipam p̃cedit. cũ nullus posset amare qõ nõ credit. Rñderi põt q̃ fides informis q̃ videlicet nõ est virtus charitatẽ p̃cedit. vel q̃ actus fidei p̃cedit actũ charitatis. ꝛ si nõ tpe tñ cã vel naturaliter. Quod cõfirmat autoritate b. Aug⁹. Et tm̃ in speciali õ sententia huius distinctionis.

Quõ intelligiꝫ qõ scriptũ est cum factũ fuerit credatis. a

Hic queritꝫ si h fides tantum de nõ visis est qũo vitas aplis ait. Nũc dico vobis priusq; fiat vt cũ factum fuerit credatis. vbi innui videꝫ. q̃ fides illis fuerit de factis ꝛ visis. Sup quo Aug⁹. mouet questionem ꝛ absoluit ita inquiens. Quid sibi vult. vt cũ factũ fuerit credatis? Hec est laus fidei. si quod creditur nõ videtur. Nam ꝛ thomas cui dictũ est qz vidisti me credidisti. nõ hoc credidit qõ vidit. Cernebat eĩ ꝛ tangebat carnez viuẽtẽ quã viderat morientez. ꝛ credebat deum in carne ipa latentẽ Credebat ergo mente qõ nõ videbat. p hoc quod sensib⁹ corpis apparebat Si ẽo dicunꝫ credi que videꝫ sicut dicit vnusq̃sq; oculis suis credidisse. nõ ipsa est que in nobis edificaꝫ fides sed ex rebus que videnꝫ agitur in nobis. vt ea credanꝫ que nõ videnꝫ. Ex his aperte intelligitur. q̃ ꝓprie fides non apparentiũ est. Nec illa est fides qua in christo edificamur qua dicimus vsitata locutione nos ea credere que videmus. Alibi tamen dicit Aug⁹. fidem esse de rebus p̃sentibus qõ erit in futuro. cum p speciem deum p̃sentem contemplabimur. que tm̃ nõ ꝓprie dicitur fides sed veritas. Est iquit fides qua credunꝫ ea que non videnꝫ. Sz tamen est etiã fides rerũ. qñ nõ verbis sed rebus ipis p̃sentib⁹ crediꝫ. Quod erit cũ p speciem manifestã se contemplandã sanctis p̃bebit dei sapientia. Sed non ꝓprie hec dicitꝫ fides imo fidei merces ad quam credendo puenitur. vt ex fide verboꝝ trãseat iustus in fidem rerũ.

DI. XX. IIII

Aug. sup Johãnẽ

Q etiã de rebus p̃teritis & fides: sed improprie.

Aug⁹ in lib. questionum. euangelij.

Si petrus habuit fidẽ passiõis qñ vidit hoiem illuz pati. b

Si vero queritur vtrum petrus fidem passiõis habuerit. cũ hominez xp̃m oculis pati cernebat? Dicimus euz fidem passionis habuisse. non in eo q̃ credebat hominem pati quia hoc videbat. sed in eo q̃ credebat deũ esse q̃ patiebatur. Nõ ei virtus fidei erat q̃ credebaꝫ homo pati ꝛ mori qõ iudeus cernens credebat. sed q̃ credebaꝫ deus esse q̃ patiebatur. Unde Aug⁹. sup illũ psalmi locũ

Augustꝰ

Respõdit ei in via virtutꝫ sue. Laus fidei est nõ qꝛ credit hominẽ illũ mortuũ quod ꝛ paganus credit. sed qꝛ credit eum glorificatum et verũ deũ. Credit ergo fides deum mortuum ꝛ hominem glorificatũ Nõ ergo fuit petro fides credere hominẽ illum mori qđ oculis cernebat. Sꝫ credere deũ esse qui moriebatur Nec nob etiã fides in hoc mereret. q̃ credimus hominem illum mortuũ quod et iudeus credit. sed qꝛ credimus hoiem deũ mortuũ.

Si aliqua sciunt q̃ credunt. c

Post hec queri solet cũ fides sit de nõ apparentibus ꝛ nõ visis. vtrum etiã sit de incognitis tantũ: Si eñ de incognitis tñ est. De his videt esse tantũ que ignorant. Sed sciendũ est. q̃ cũ visio alia est interior. alia exterior. nõ est fides de subiectis exteriori visioni. Est tamen de his que visu interiori vtcunq; capiunt. Et quedã sic capiunt vt intelligãt ꝛ si nõ vt in futuro. quedã autem nõ. quia cum fides sit ex auditu nõ modo exteriori sed interiori. non põt esse de eo quod omnino ignoratur que ipsa ad sensum corpis nõ ptinet. vt ait Aug⁹ dicens. Quãuis ex auditu fides in nobis sit. nõ tñ ad eum sensum corpis pertinet qui dicit audit⁹ quia non est sonus. nec ad villũ sensuz corporꝫ. qm̃ cordis est ista: non corporis. Quedaz ergo fide credunt que intelliguntur naturali ratione. Quedã vero que non intelliguntur. Unde ꝓpheta Nisi credideris nõ intelliges. Quod Augu. apte distinguit. Alia sunt inquit que nisi intelligamus nõ credimus. alia que nisi credamus nõ intelligemus. Nemo tñ potest credere in deuz nisi aliquid intelligat cuz fides sit ex auditu p̃dicationis. Idem in libro de trinita. Certa fides vtcunq; inchoat cognitionez Cognitio vo certa non perficitur nisi post hãc vitã. Ambro. quocꝫ ait. vbi fides: nõ statim cognitio. vbi cognitio est fides precedit. Ex his apparet aliqua credi que nõ intelliguntur vel sciunt nisi prius credãt. Quedam vero intelligi aliqñ etiam anteq̃ credantur Nec tamen sic intelliguntur modo vt in futuro scientur. ꝛ nunc etiam p fidem qua mundantur corda amplius intelliguntur. quia nisi p fidem diligatur deus. nõ mundat cor ad sciendum eũ. Unde Aug⁹. Quid est deum scire nisi eum mẽte conspicere. firmeq; percipere. Sed et prius q̃ valeamus pspicere. et percipere deũ sicut percipitur a mundis cordibus nisi p fidem diligatur. non poterit cor mundari quo ad eum videndum sit aptum. Ecce hic aperte habes quia non potest sciri deus nisi prius diligendo credat. Supra autem dictum est. q̃ nemo potest credere in deũ nisi aliquid intelligat. Unde colligit non posse sciri ꝛ intelligi credenda quedã nisi prius credant. ꝛ quedam nõ credi nisi prius intelligantur. et ipsa p fidem amplius intelligi. Nec ea que prius credunt q̃ intelligantur penitus ignorantur: cum fides sit ex auditu. Ignorantur tamen ex parte quia non sciũtur. Creditur ergo qđ ignoratur sed non penitus sicut etiã amatur quod ignoratur. Unde Augus. Sciri aliquid ꝛ non diligi potest. Diligi vo qđ nescitur quero vtruz possit: Si nõ potest: nemo diligit deum antequã sciat. Ubi autem sunt illa tria. fides. spes. charitas. nisi in animo credente quod nõ dum scit. et sperante ꝛ amante quod credit. Amat q̃ ꝛ qđ ignorat. sed tñ credit.

Qꝛ creditur ꝛ ãnuit que ignorantur

Augusti.

Qꝛ fides nullo capit sensu.

Aug⁹ li. xliij li. de trini.

Aug. super genesim ad litteram

Ambrosi.

Aug⁹ li. viij de trini.

Ista est distinctio. xxiiij. huiꝰ tertij libri. In qua magister postq̃ egit de fide ꝑm se. Agit de ipa in comparatione ad ea que creduntur. Et tria facit. Naz primo inquirit an fides possit esse de ꝑteritis visis. Secundo an possit esse de pluribꝰ visis. Tertio an possit esse de cognitis. Primum vsq; ibi. Si vero querit. Scõm vsq; ibi. Post hec solet queri. Tertiñ vsq; ad finẽ distin. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarũ prima est hec. Fides virtus theologica est de non visis absentibus. Hanc magister ponens querit quomodo fides est de non visis. cum ipa veritas christꝰ in euangelio dicit. Nunc dico vobis priusq; fiat. vt cum factum fuerit credatis. p qõ haberi videtur q̃ fides sit de visis seu de factis ꝑteritis. Et respõdet q̃ ꝗuis sit ꝓprie non ỏ visis. tñ qñq; large nos credere dicimus etiam ea que videmus seu vidimꝰ ꝑm quẽ modũ loquit xp̃s in euãgelio. sed ulla fides qua creduntur que videntur nõ est fides ỏ qua hic agitur que ꝓpe est de nõ apparentibus. Et si obijcit auctoritate bea. Augu. qua dicit. q̃ fides est de rebꝰ presentibus. s. qñ in patria videmus deũ seu videbimꝰ ipm. Dico q̃ fides non accipit ibi ab Aug. p fide q̃ est habitus qua creditur. sed magis p mercede fidei quã in patria habebimus. Secunda ꝓpositio ẽ hec Fides virtus theologica nõ est de visis presentibus Hanc magister insinuãs querit. Utruz Petrus habuit vel habere potuit fidẽ passionis christi quaz vidit p̃sentẽ. Et respondet q̃ Petrus habuit vel habere potuit fidem passionis xp̃i. non quidem ex hoc q̃ credebat hoiem illum pati quẽ pati videbat. sed in hoc ꝛ ex hoc q̃ hominem illũ quẽ pati videbat deũ esse credebat sicut et nos fide illa non meremur qua credimus hominem crucifixũ esse mortuũ. qz hoc videmus ꝛ paganꝰ credit. sed ex hoc meremur q̃ credimus hominem crucifixum esse deũ. Tertia ꝓpositio est hec. Quãuis vera fides nõ admittit exteriorem visionẽ. non tamen omnino excludit interiorez

cognitionē. Hanc mgr̄ ponens q̄rit. An sicut fides est de nō visis. possit etiā esse de nō cognitis. Et arguit q̄ nō. qr dato q̄ sic. tūc fides posset esse d̄ ignoratis. eo q̄ incognita ignorētur Et respōdēdo distīguit visionē in visionē īteriorē ⁊ in visionē exteriorē Et dicit q̄ q̄uis fides nō possit esse de his que subsunt visioni xteriori. nō potest esse tamē nisi de his que aliquo modo capiunt̄ visione interiori. Vñ seq̄tur q̄ fides nō pōt esse de omnino incognitis. qd̄ vlterius cōfirmat autoritate beati Augusti. Pro istorū maiori intelligētia ex dictis elicit quandā diuisionē credibiliū. Dicens quedā esse intelligibilia que p̄us intelligunt̄ naturali ratōne quā credunt̄. Ista tñ nō ita intelligunt̄ in via sicut cognoscent̄ in patria. vbi p̄ fidē que corda emundat talia melius cognoscētur quā hic sint cognita. vnde nō sunt penitus ignota licet ignorant̄ ex p̄te. quedā v̄o prius creduntur q̄ intelligunt̄. de quibus d̄r. Nō intelligetis nisi credideritis. ⁊ tñ omnia illa non sunt totaliter ignota. sed ex p̄te ⁊ aliquo modo. vnde cōcludit fidem esse de his que aliquo modo sunt cognita. ⁊ aliquo modo non. Et tm̄ in speciali de sn̄ia hui⁹ distinctionis.

De fide antiquorum. a

DI.XXV Predictis adijciendū est de sufficientia fidei ad salutem. Illis em̄ qui precesserunt aduentum christi ⁊ qui sequuntur: videt̄ p̄fecisse s̄m temporis processum. sicut p̄fecit cognitio. Fides quippe magna dicitur cognitione ⁊ articulorum quantitate vel constantia ⁊ deuotione. Est autem quedaz fidei mensura sine qua nunq̄ potuit esse salus. Vñ apostolus. Oportet accedentez credere. quia deus ē. ⁊ q̄ remunerator est sperantiuz in se. Sed querit̄ vtrum hoc credere ante aduentum ⁊ ante legem ad salutē suffecerit? Nam tempore gratie constat certissime h̄ non sufficere. Oportet em̄ vniuersa credi que in symbolis continentur. Sed nec añ aduentū. nec ante legem videtur hoc suffecisse. quia sine fide mediatoris nullū hominem vel ante vel post fuisse saluum sanctorum autoritates ꝯtestantur Vñ Aug. ad optatum. Illa fides sana est qua credimus nulluz hominē siue maioris siue parue etatis liberari a contagiōe mortis ⁊ obligatiōe peccati quod prima natiuitate cōtraxit. nisi p̄ vnum mediatorem dei ⁊ hominum Jesum christum. Cuius hominis eiusdemq̄ dei saluberrima fide etiā illi iusti salui facti sunt q̄ priusq̄ veniret in carnem. crediderunt in carnem venturum. Eadem enim fides est ⁊ illorum et nostra

Q̄ sine fide mediatoris nunq̄ fuerit salus.

Augusti.

Proinde cum omnes iusti siue ante incarnationem siue post. nec vixerint nec viuant. nisi ex fide incarnationis christi. Profecto quod scriptum est non esse aliō nomē sub celo in quo oporteat saluari nos. ex illo tempore valet ad saluanduz genus humanum ex quo in adam viciatū est. Idez. Nemo liberatur a damnatiōe q̄ per Adam facta est nisi p̄ fidem Jesu christi. Idem. Eadem fides mediatoris q̄ nos saluat. saluos iustos faciebat ātiquos pusillos cum magnis. quia sicut credim⁹ cristū in carne venisse Ita illi venturū. Et sicut nos mortuum. ita illi moriturum. et sicut nos resurrexisse. ita ille resurrecturuz. et nos et illi ad iudicium viuorum ⁊ mortuorum venturum. Grego. sup̄ Ezechielem. et qui preibant et qui sequebant̄ clamabāt dicentes osanna filio dauid ⁊c̄. q̄a omnes electi qui in iudea esse poterunt. siue qui nunc in ecclesia sunt. in mediatorez dei ⁊ hominuz crediderunt ⁊ credūt. His alijsq̄ pluribus testimonijs p̄spicue docetur. nulli vnq̄ salutem esse factam nisi per fidem mediatoris. Oportet ergo accedentez credere que supra dixit apostolus. sed non sufficit.

Aug. in l. de correc. ⁊ gr̄a. Aug⁹. in l. de nuptijs d̄ ꝯcupiscentia.

Greg⁹. super Ezechielem.

De fide simplicium b

Quidergo dicetur d̄ illis simplicibus. quibus non erat reuelatum mysteriū incarnationis qui pie credebāt quod eis traditu fuit. Dici potest nullum fuisse iustū vel saluū cui non esset facta reuelatio vel distincta vel velata in aperto. vel in mysterio. Disticta vt abrae et Moysi. alijsq̄ maioribus qui distinctionem articulorum fidei habebant. Velata vt simplicibus quibus reuelatum erat ea esse credenda. que credebant illi maiores et docebant: sed eorum distinctionem apertam non habebant Sic̄ i ecclesia aliqui minus capaces sūt. qui articulos symboli distinguere et assignare non valent. Omnia tamen credūt que in symbolo cōtinentur. Credunt enim que ignorant habentes fidem velatam in mysterio. Ita et tūc minus capaces ex reuelatione sibi facta maioribus credendo inherebant quibus fidem suam quasi committebant. vnde Job. Boues arabant ⁊ asine pascebātur iuxta eos. Simplices et minores sunt asine pascentes iuxta boues. qr humiliate maiorib⁹ adherendo in mysterio credebant q̄ et illi mysterio docebāt. qualis forte fuerat vidua sareptana.

Job.

Que ante aduentū xp̄i de mediatore credere sufficiebant. c

Sed queritur cuz sine fide mediatoris antiquis non fuerit salus sicut nec modernis. vtrum oporteuerit illos credere omnia illa de mediatore que nunc credimus? Quibusdaz videt q̄ sufficerit illis quatuor tm̄ credere. scz natiuitatem. mortem. resurrectionē. aduentum ad iudicium. quod ex premissis verb̄ Augusti. colligunt vbi ista quatuor posuit. Alijs aūt videtur habita fide tritatis id ō mysterio incurnationis fidei suffecisse vt dei filius crederetur nasciturus de homine et iudicaturus. Qui de Johanne baptista documentū huius rei assumūt. qui de morte christi et descensu ad inferos in euangelio dubitasse videt ꝯm expositionem Grego. quando interrogauit per discipulos. Tu es qui venturus es an aliū expectamus. Quasi es tu p teip̄m descensurus ad infernum. an aliū ad hec sacrām ta missurus es. Quidam tamen dicūt euz non dubitasse de ignorantia. sed de pietate. id est dubitare se ostēdisse non q̄a ignorauit sed pietatis affectu cōpassū esse christo ꝛ ei⁹ humilitatē ammirādo insinuasse.

De fide cornelij. d

Bolet etiam queri de cornelio. vtrū fidem incarnationis habuerit cū dictum sit ei p angelum. accepte sūt elemosyne tue. ꝛ exaudite sunt orationes tue? Si enim fidez incarnationis non habebat tunc. ergo sine fide incarnatōnis erat ꝛ iusticia. qz de illo scriptū est. q̄ iust⁹ erat timens deū. Si vero fidem incarnationis habebat. ad q̄d ergo missus est ad eū ꝑetrus? Sane dici potest eū sicut fidē vnitatis. ita et incarnatiōis habuisse dei reuelatione. sed incarnatū iam esse dei filiuz ignorasse. et ideo missus est ad eū petrus vt iam natū dei filiū ei annūciaret. ꝛ sacrām tū regenerationis ei conferret. Habebat ergo fidem incarnationis. sed an facta vel futura esset. nō nouerat. Et ita per fidē venit ad opera ꝛ p opera ampli⁹ solidat⁹ est in fide. ꝑ fidem em̄ vt ait Greg⁹. venit ad opera Cornel⁹ etiam p fidem venit ad opera. Deū enim vnū credebat. sed filiuz eius nesciebat incarnatū. ꝑ fidem placuernnt deo opera eius. Sine fide em̄ impossibile est aliquem placere deo. Augus. vero dicit cornelio dictū esse per angelum Accepte sunt elemosyne tue ꝛ orationes tue anteqūz in christuz crederet. nec tamen sine aliqua fide donabat et orabat. Nam quomodo inuocabat in quem non credebat. Sed si posset sine fide christi esse salus. nō ad eū mitteret architectus ecclesie ꝑetr⁹ Attendite q̄d ait sine fide christi non posse esse salutem. ꝛ tamē cornelīū exauditū anteqūz crederet i christū. Sō ita potest intelligi. s. anteqūz sciret xp̄m incarnatū in quez credebat in mysterio. Augusti.

De qualitate fidei. spei. caritatis et operis que ꝯm aliquid sūt equalia. e

Illud etiaz non est pretermittenduz q̄ fides spes charitas et operatio ꝯm aliq̄d equalia sunt in presenti. Unde Greg⁹. Fidem. spem. charitatē. atq̄ operationem dū in hac vita viuimus equales sibi esse apud nos inuenimus. qz quantum credimus tantum amamus. Et q̄tū amam⁹ tantū de spe p̄sumim⁹. Quisq̄ em̄ fidelis tantū credit quātuz sperat et amat. ꝛ tantū operat quātū credit ꝛ amat et sperat. Sed tamen maior spe ꝛ fide charitas dicitur. qz cū ad dei speciem puenit spes ꝛ fides transit. sed charitas pmanet. Et qz charitas mater est omniū virtutum que non ideo post fidez ꝛ spem ponit q̄ ex eis oriatur. sed post illa remanebit aucta. Charitas em̄ nunq̄z excidit. ꝑremissa autem equalitas proprie ꝯm interiorū actuū intentionem considerāda est. Huic vero qō hic et superius dictuz est. s. q̄ charitas nō est ex fide ꝛ spe. sed econuerso. videtur obuiare qō ait apostol⁹. Finis precepti ē charitas de corde puro et conscientia bona. et fide nō ficta. Quod exponens aug⁹. Cor accipit pro intelleetu et conscientiā p spe Qualis inquit charitas est finis precepti pcedens de corde puro. id est de puro intellectu vt nihil nisi de⁹ diligat. et cōscientia. id est de spe bona. et fide non ficta. i. simulata. Nō ergo charitas fidem ꝛ spem sed fides et spes charitatem precedere videntur. Hoc ergo ea ratione traditū intelligenon q̄ fides et spes causa vel tempore charitatem omniū bonorū matrem precedant. sed quia charitas sine illis in aliq̄ esse non potest. sed illa sine charitate pos= Greg⁹. super Ezec.

sunt esse. Quãuis nõ sit pia fides vel spes sine charitate. Ideo ergo ex fide et spe p̃cedere dicitur charitas. quia nulli p̃uenit sine istis.

Ista est distinctio. xxv. huius ter

tij libri. In qua magister post̃ egit de fide in cõparatione ad ea que credunt. Agit de ea in cõparatione ad credentes. ⁊ hoc quo ad quãtitatẽ fidei ipsis credentibus. Et tria circa hoc facit. Primo agit de quãtitate fidei extensiua. Scõo vo de q̃itate fidei intensiua. Tertio vero exponit quedã verba apostoli que fuerũt cuiusdã dubitatiõis causa motiua. Primũ vsq; ibi. Illud etiã non est. Scõm vsq; ibi. Huic vo. Tertiũ vsq; ad finẽ distinctionis. In spãli sentẽtia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarũ prima est hec. Tripliciter creuit fides patrũ antiquoꝝ sicut et cognitio dei ꝑm ꝓcessum temporꝝ. Hãc magister insinuans ꝓponit ꝑmo q ꝑm ꝓcessuz temporis profecit fides in his qui erant ante aduentũ christi. ⁊ post aduentũ sicut fecit cognitõ. quod determinans dicit. q fides dicitur ꝓficere cognitione articulorum quãtitate cõstantia et deuotione credentiũ Et subdit q̃ quis dicit ꝓfecisse sunt tñ aliqua ad fidem ptinentia sine quibus nullo tpe potuit esse salꝰ cuiusmodi sunt credere deũ esse. ⁊ ip̃m esse in se sperantium piũ remuneratorẽ. Postea mouet quatuor questiones ad incrementũ fidei ptinentes. Prima ẽ Cum certũ sit q credere tñ et hec duo iã dicta non sufficerent ad salutẽ tempe gratie sine alijs articulis contentis in symbolo. Utrum ante christi aduentuz antiquis sufficeret. Et respondet q nõ. Nã ex quo omnes ꝓpter peccatũ primi parẽtis erant peccato obligati. nullus ipsorum sine fide christi mediatoris poterat saluari. vnde quotquot saluati sunt fidem christi habuerunt. Nam eadẽ fuit fides antiquoruz et nostra. licet tempora sint mutata. q sicut nos credimus ip̃m passum. ita ipsi crediderunt ip̃m passuꝝ et sic de alijs que nos credimus Ista magister ꝓbat autoritate beati Aug. Secũda questio est. quõ simplices antiqui salui fiebant. eo q incarnatiõis misterium eis nõ fuit reuelatũ. Et rñdet q nullus fuit saluatus vnq̃. cui filij dei incarnatio aliquo mõ nõ fuerit reuelata. Nã maioribus sicut abrae ⁊ Moysi et sic de alijs distincte ⁊ apte fuit reuelata. minoribus aũt ⁊ simplicibus in velamine et mysterio. credebãt em̃ ipi tunc minores qõ maiores docebãt. sic̃ et mõ simplices credũt que in symbolo fidei cõtinent. articulos tñ fidei mĩme distinguere valentes. Tertia q̃stio est. Utrũ oportuit antiquos credere de xp̃o mediatore oia que nunc credimus. Et rñdet q quibusdam videt q̃ sufficisset eis ad salutẽ tñ quatuor credere. s. natiuitatẽ. mortẽ. resurrectõnẽ. ⁊ aduentũ ad iudiciũ. colligentes hoc ex libris be. Aug. que poit etiã magister in lra. Alijs aũt vt dicit magister visum fuit. q cũ fide trinitatis sufficissent eis tñ duo scz vt filium dei crederent nasciturũ et eũ etiã oñes esse iudicaturum sumentes originez sue opiniõis ex hoc q Johãnes bap. de morte xp̃i ⁊ de descensu ei⁹ ad inferos dubitasse videt ꝑm be. Greg. exponẽtez illud. tu es qui venturus es an alium expectamus. Quãuis tñ alij dicunt q illa questio Johannis non ꝓcessit ex dubitatione ignorantie iohãnis sed ex affectu pietatis ac si ꝓpter vtilitatẽ discipulorũ suoꝝ ad modũ dubitãtis se haberet. Quid aũt magis de his duobus sit tenendum magister nõ determinat. Quarta questio est. vtrũ Cornelius de quo legit in actibus apostolorũ. q fuerat vir iustus ⁊ timens deum. habuerit fidem de incarnatiõe xp̃i. Et q sic. arguit ex hoc q sine fide incarnationis christi iust⁹ nõ fuisset. Oppositũ autez videt ex hoc q Petrus ad eũ missus fuit vt ibidẽ legit qõd frustra factum fuisset si fidẽ habuisset. Et respondet q fidem habuit ꝺ incarnatione christi absolute ex dei reuelatione. an esset iam completa vel adhuc futura hoc ignorabat. ⁊ sic mittebatur ad eũ Petrus ip̃am factã sibi nunciaret ⁊ sacramentũ regenerationis affirmaret. Unde etiã ꝓ fidem quã sic implicite de ihesu christo habebat opa ipsius fuerunt deo accepta ⁊ orationes exaudite. Secunda ꝓpositio est hec. Uirtutes theologice ꝓ statu huiꝰ vie equales sunt intensiue. Hãc magister ponit ex autoritate beati Greg. di. q fides spes et charitas ⁊ operatio equalia sunt in presenti que tamen equalitas cõsideranda est ꝑm intentionẽ actuũ. qz quantũ credim⁹ tñ speramus amamus et operamur. Nec his obstat q apostolus dicit q charitas sit melior fide et spe. qz hoc ideo dicit. q charitas in patria manet vbi fides et spes euacuabunt. Uel ideo quia charitas est mater omnium virtutũ. Subdit etiã q̃ quis charitas in ordine post fidem et spem ponat. hoc nõ est quia ex illis oritur sed qa illis transeuntibus hec manet. qz charitas nũq̃ excidit. Tertia ꝓpositio est hec. Charitas que a solo deo infundit quodammodo ex fide et spe orit. Hãc magister ponit obijciendo cõtra predicta. s. q charitas ex fide et spe oriebat. sed potius ecõtra cũ ipsa charitas sit mater ipsarũ. Cuius contrariũ videtur ꝓ ap̃lm qui dicit. q finis precepti sit charitas ꝺ corde puro. ꝛ sciẽtia bona et fiõ nõ ficta. Ubi ꝑm b. Aug⁹. ꝓ ly conscientia bona intelligitur spes. ⁊ per consequens apls videt velle charitatẽ de fide ⁊ spe oriri. Et respondendũ est q verba illa nõ sunt sic intelligenda q charitatẽ que est omniũ virtutũ mater fides et spes p̃cedant causa vel tẽpe. sed quia charitas sine illis esse nõ potest. et iste possunt esse sine caritate quãuis informes. ideo quodãmodo charitas dicitur ex illis oriri. Et tñ in speciali de sentẽtia huius distinctionis.

De spe quid sit. a

Beatus spes

virtus qua spiritualia ⁊ eterna bona sperantur. id est cuz iucundia expectantur. Est em̃ spes certa expectatio future beatitudinis veniens ex dei gratia et ex meritis p̃cedẽtibus vel ipsam spem quam natura preit charitas vel rem speratam. i. beatitudinẽ eternam. Sine meritis em̃ aliquid sperare non spes sed p̃sumptio dici potest. D. xxvi

De quibus sit spes. b

Et sicut fides. ita ⁊

spes est ꝺ inuisibilib⁹. Unde Augusti. Fidem appellamus earum rerum que nõ videntur. De spe quoq; dicitur. spes quevidetur non est spes. Quod em̃ videt quis quid sperat? quod attinet ad nõ videre. vt que creduntur vel que sperãtur fidei spei q̃ commune est. Distinguitur tamẽ fides Augusti. in enchi. quo differãt fides ⁊ spes

a spe sicut vocabulo ita rōnabili differētia
Est em̄ fides malaꝝ rez ⁊ bonaꝝ. qz ⁊ bona credunt ⁊ mala. ⁊ ꝺ fide bona nō mala
Est etiā fides ⁊ ꝓteritarū rerū ⁊ ꝓsentiuꝝ ⁊ futuraꝝ. Credim⁹ em̄ mortē xp̄i q̄ ia ꝓterijt. credim⁹ sessionē q̄ nū c est. Credimus venturū ad iudicādū qꝺ futurū ē. Jtez fides ⁊ suarū rerū est ⁊ alienarū. Nā ⁊ se q̄l cz credit esse cepisse nec fuisse vticz sempiternū. Et alia atcz alia. non mō ꝺ alijs hominib⁹ multa que ad religionē ꝓtinent verū etiā de angelis credimus Spes aūt nō nisi bonarū rerū est. nec nisi futurarū ⁊ ad eū ꝓtinentiū q̄ earū spem gerere ꝓhibetur

Redit ad ꝓmissa ⁊ q̄stionē. s. an fides ⁊ spes in xp̄o fuerint. c

Post hoc superest investigare vtrum fides ⁊ spes in xp̄o fuerit vñ tractaꝝ iste sup̄sit exordiū. Quibusdā nō indocte videt fidē x̄tutez ⁊ spem in eo nō fuisse. sic in sctis iā beatificatis. vt i angelis nō sunt. ⁊ tñ scti credūt et sperant resurrectionē futurā. ⁊ angeli eandē credūt nec tñ in eis fides vl spes x̄tus est. qz ⁊ ꝺo ꝑ speciē cōtēplādo fruunt. ⁊ in dei x̄bo resurrectionē futurā siue iudiciū nō ꝑ speculū in enigmate. sed ꝑclarissime inspiciunt. Si em̄ qz credūt resurrectionē futurā. ido verū est eos fidē hr̄e. ergo ea cōsūmata p⁹ iudiciū silr ⁊ fidē hr̄e dicent qz credēt eam ꝓteritā. Sz sicut tūc credēt. nec tñ fidē q̄ fideles facit habebūt. qz nō credēt absz scientia. q̄ nō erit enigmatica ꝫ ꝑ speciē. ita ⁊ mō credūt ⁊ sperāt resurrectionē. nec tñ fidē habēt qz credēdo cognoscūt. Venit ei eis qꝺ pfectū est ⁊ euacuatū est qꝺ ex pte est. Venit em̄ cognitio ⁊ euacuata est fiꝺs Venit species ⁊ deslt spes. Jta ⁊ xp̄s in quo fuerūt bona patrie credidit q̄dē ⁊ sperauit resurrectionē tertia die futurā. ꝑ q̄ ⁊ patrē ozauit. nec tñ fidē x̄tutē vl spem habuit. qz nō enigmaticā ⁊ speculārē. sed clarissimā de ea cognitionē habuit. qz nō pfectius eā coḡuit ꝓteritāq̄z intellexit futurā Sperauit tñ xp̄s sicut i psalmo ait. In te dñe speraui. nec tñ fidē vel spem x̄tutē habuit. qz ꝑ speciem videbat ea q̄ credebat. De antiq̄s x̄o patrib⁹ q̄ apud inferos vsq̄z ad passionez tenebant nō incōgrue dici pōt qꝺ fidē ⁊ spem x̄tutē habuerint. qz credebant ⁊ sperabāt se visuros deū ꝑ speciē qualit eū tūc nō videbāt. qz nō patuit eis cognitio ꝺi ꝑ speciē añ passionē xp̄i. Qua cōsummata. a fide trāsierunt ad speciem.

Si iusti aps inferos tenti fidez ⁊ spem habuerunt.

Jsta est distinctio. xxvj. huiꝰ tertij libri. In qua magister posteꝙ egit ꝺ fide. Agit ꝺ spe. Et tria circa hoc facit. Primo em̄ oñdit q̄d sit. Scꝺo de quo sit. Tertio inq̄rit an in xp̄o fuerit. Primū facit vsq̄z ibi. Et sicut spes. Scꝺz vsq̄z ibi. Post hec sup̄est. Tertiū vsq̄z ad finē distinctōis. Jn spāli sma magistri stat in tribꝰ ꝓpositiōibꝰ quarū prima est hec. Spes q̄ x̄tꝰ theologica ꝺr. h a mgr̄o duplr describit. Quā mgr̄ intendēs ponit duplicē spei descriptionē. Quarū ꝑma sumit ex ꝯpatōe ipius spei ad suū obiectum tm̄. Et est ista. Spes est x̄tus qua spūalia ⁊ eterna bona sperāt. i. cū fiducia expectant Scꝺa aūt sumit ꝑ cōpationē ipi⁹ spei ad ipm̄ suū obiectū actū ⁊ principiū. q̄ est cōpletior q̄ ꝑma. Et est. Spes est certa expectatio future btitudis ꝓuenies ex gratia dei ⁊ ex meritis precedentibus ipam rem sperata. Nā sine gr̄a dei ⁊ merito vel saltē sine merē di ꝓposito aliq̄d future btitudinis expectare nō est spes. sed p̄sumptio dici pōt. Scꝺa ꝓpositio est hec. Spes vt fides est de reb⁹ nō visis. Hāc mgr̄ ponēs dicit qꝺ spes ꝓpie nō est de reb⁹ visis sicut ⁊ fides. qz esse de nō visis est vtriq̄z ipaꝝ cōe. differenter tm̄. nā fides est de nō visis inq̄tū sunt inuisibilia. Spes x̄o inq̄tū sunt nō habita Differūt etiā nō solū vocaliter sed etiam realiter. Primo quo ad hoc qꝺ fides est indifferent de bonis et malis. spes aūt de bonis tm̄. Scꝺo quo ad hoc qꝺ fides est tā de ꝓteritis q̄ ꝺ ꝓsentib⁹ q̄ etiā de futuris. Spes aūt tm̄ de futuris Tertio oñdit quo ad hoc qꝺ fides ē de reb⁹ suis ⁊ alienis. sz spes ē de reb⁹ ad seipaꝝ ꝓtinētib⁹. Tertia ꝓpositio est hec. Cristus in hac vita fide et spe caruit eo qꝺ oīa clare vidit. Hāc mgr̄ ponēs querit. Utruz in xp̄o fuerūt spes et fides Et rñdens dicit qꝺ inq̄tū sunt virtutes nō fuerūt in xp̄o sicut etiā nō sūt in beatis. Licet em̄ btī credāt ⁊ sperāt nō tñ i eis est fiꝺs ⁊ spes. q̄ sunt x̄tutes. qz ipi deū ꝑ speciē vidēt ⁊ i ipso clare q̄ credunt ⁊ sperant intuent. cū igit xp̄s nō enigmaticā sed clarā habuit oīm cognitōez. ꝑns est ipm̄ nec fidē nec spem habuisse Et subdit qꝺ antiqui pres q̄ apud inferos erāt añ passionē xp̄i fidē ⁊ spez habuerūt. Et ꝓpic ꝓut sunt x̄tutes ⁊ habit⁹ q̄dā que postea euacuata erant in eis ꝑ aduētū vicz clare ⁊ pfecte visiōis. Et tñ in speciali.

De charitate qua diligit deꝰ ⁊ ꝓximus que in xp̄o ⁊ in nob est. a

Quum autem xp̄s fidē ⁊ spem nō habuerit dilectionē tñ habuit inq̄tū hō tantā. qua maior esse nō valet. q̄ ex charitate eximia animā posuit ꝓ amicis ⁊ inimicis. Habuit em̄ in corde charitatē quā ope nobis exhibuit. vt exhibitiōis forma nos ad diligendū instrueret. Hic aliq̄d dicēdū est ꝺ charitate. ⁊ mō ⁊ ordine diligēdi deū ⁊ ꝓximum. DI. XXVII

Quid sit charitas. b

Charitas ē dilectō qua diligitur deus ꝓpter se. ⁊ ꝓximus ꝑ ꝓpter deū vl in deo. Hec hz duo mandata

De duobus mādatis charitatis.

vnũ ꝑtinens ad dilectionẽ dei. qđ est maximũ in lege mandatũ. ⁊ alterũ ꝑtinẽs ad diligẽdũ ꝓximũ illi sil̃e. Primũ ẽ. diliges deũ ex toto corde. ex tota mẽte. ex tota aĩa Qđ scriptũ est in deut̃o. Scđm est. Diliges ꝓximũ tuũ sicut teip̃m. In his duob⁹ p̃ceptis tota lex pẽdet ⁊ ꝓphete Finis em̃ p̃cepti ẽ dilectio. ⁊ ea gemina. i. dei ⁊ proximi est.

Si eadem charitate diligitur de⁹ et proximus. c

Hic querit̃ si ex ea ip̃a dilectiõe diligit̃ de⁹ q̃ diligit̃ ꝓximus An alia sit dilectõ dei. ⁊ alia ꝓximi? Eadẽ sane dilectio est. qua diligit̃ de⁹ ⁊ ꝓximus que spũsctũs est vt supradictũ est. qꝛ de⁹ charitas ẽ. Vñ Aug⁹. Johes ait. Nõ põt deũ diligere quẽ nõ videt. q̃ fratrẽ quẽ videt nõ diligit. Sꝫ si eũ quẽ videt humano visu spũali charitate diligeret. videret deum q̃ ẽ ip̃a charitas visu interiori q̃ videri p̃t. Qui ḡ fratrẽ quẽ videt nõ diligit. deum q̃ est dilectio qua caret q̃ fratrẽ nõ diligit quõ põt diligẽ Ex vna em̃ eadẽq̃ charitate deũ ꝓximũq̃ diligim⁹. sed deũ ꝓpt̃ deũ. nos v̄o ⁊ ꝓximuꝫ ꝓpter deũ. Si v̄o vna eadẽq̃ charitas est dei ⁊ ꝓximi: quare đꝛ gemĩa? Propt̃ duo dilecta. i. deũ ⁊ ꝓximũ. Et si vna sit charitas. duo tñ diuersa ea diligũt̃. s. deus ⁊ hõ. vl̃ angel⁹. Pro quo etiã duo sũt mãdata. qꝛ cũ eadẽ charitas vtroq̃ ꝯmendet̃: diuersa tñ diligi precipiunt̃. Vñ Aug. Arbitror ideo spm̃sanctũ bis datũ. semel ĩ terra. ⁊ iterũ de celo. vt cõmendarent̃ nob̃ duo p̃cepta charitatis. s. dei et ꝓximi. Vna ẽ charitas et duo p̃cepta vnus spũs ⁊ duo data. qꝛ alia charitas nõ diligit ꝓximũ nisi illa que diligit deũ. Qua ergo charitate ꝓximũ diligim⁹ ip̃a deũ diligim⁹. Sꝫ qꝛ aliud ẽ đus. aliud est ꝓximus. ⁊ si vna charitate diligũt̃. iõ forte duo p̃cepta dicunt̃ ⁊ alterũ maius ⁊ alterũ min⁹. vel ꝓpter duos motus qui in mente gerũt̃. dũ de⁹ diligit̃ ⁊ ꝓxim⁹ Mouet̃ em̃ mens ad diligẽdum deũ. mouet̃ ⁊ ad diligẽdũ ꝓximũ. ⁊ mltomagis erga deum q̃ꝫ erga ꝓximũ.

Aug⁹. in li. viij. đ trini.

Quare dicitur charitas gemina.

Aug. in sermone đ ascẽsione.

De modo diligendi. đ

Consequenter modũ vtriusq̃ dilectiõis aduertam⁹. Hec regula vt ait Aug⁹. dilectionis diuinit⁹ cõstituta est. vt deũ ꝓpter se ex toto corde et ꝓximũ diligas sicut teip̃m. i. ad qđ ⁊ ꝓpt̃ qđ teip̃m diligere debes. In bono ḡ ⁊ ꝓpter deũ teip̃m diligere debes. In bono ḡ diligẽdus est ꝓxim⁹ nõ in malo ⁊ ꝓpter deũ. Proximũ v̄o oẽm hoĩem optet intelligi. qꝛ nemo est cuꝫ quo sit opandũ male. Qui ḡ amat hoĩes vel qꝛ iusti sunt. vel vt iusti sint amare dꝫ. hoc est in deo vl̃ ꝓpter deũ. Sic em̃ ⁊ seip̃m amare dꝫ. s. in deo vl̃ ꝓpter deũ. i. qꝛ iustus est vel vt iustus sit. Qui em̃ aliter se diligit. iniuste se diligit. qꝛ ad h̃ se diligit vt sit iniust⁹. Ad h̃ ergo vt sit malus. nõ ergo iã se diligit. Qui em̃ diligit iniquitatẽ odit aĩam suã Modus ergo diligendi p̃cipiẽd⁹ est homi. i. quõ se diligat. vt ꝓsit sibi. Quin aũt se diligat. et ꝓdesse sibi velit. dubitare demẽt̃ ẽ. Modus aũt p̃cipit̃ cũ ait. sic̃ teip̃m vt ꝓximũ diligas ad qđ teip̃m. Si ergo te nõ ꝓpter te diligere debes. ꝑ ꝓpter illũ vbi dilectionis tue rectissime finis est. nõ succẽseat alius aliq̃s hõ. si ⁊ ip̃m ꝓpt̃ deũ diligis. Huius dictiõis modũ veritas insinuat dicẽs Mandatũ nouũ do vobis vt diligat̃ inuicem sicut dilexi vos. i. ad qđ dilexi vos scꝫ vt filij sitis ⁊ vitã habeatis.

Aug. in li. đ doc. christ.

De modo diligendi deũ. e

Dilectiõis aũt dei modus insinuat̃ cuꝫ đꝛ. ex toto corde. i. ex toto ĩtellectu. ex tota aĩa. i. ex tota volũtate. ex tota mẽte. i. memoria. Vt oẽs cogitatiões ⁊ oẽm vitã ⁊ oẽm intellectũ in illũ ꝯferas a q̃ habes ea q̃ cõfers. Hec dicens nullã ꝑtẽ vite nr̃e reliq̃t q̃ vacare debeat. ꝑ q̃cq̃d venerit in animũ: illuc rapiat̃ quo dilectõnis impetus currit. ⁊ diligere deũ ꝓpter se mod⁹ est diligẽdi ꝓpter deum. ⁊ sunt isti duo modi diligendi deũ vt q̃busdam placet.

De impletione illi⁹ mãdati. f

Illud aũt p̃ceptuꝫ nõ penit⁹ implet̃ ab hoĩe in hac mortali vita. sed ex ꝑte nõ ex toto. qꝛ ex ꝑte diligim⁹ sicut ex ꝑte cognoscim⁹. In futuro aũt implebit̃ ex toto. Vñ Aug. Cũ adhuc est aliquid carnalis ꝯcupĩe: nõ oĩ mõ ex tota aĩa diligit̃ de⁹. Caro aũt nõ đꝛ ꝯcupiscere nisi qꝛ aĩa carnalit̃ ꝯcupiscit. Cũ autẽ venerit

Aug⁹. de ꝑfecta iusticia

qđ pfectū est vt destruat qđ ex pte ē. i. vt iā nō ex pte sit ꝫ ex toto. charitas nō auferet sed augebit ꝛ implebit. In q̄ plenitudine illud p̄ceptum charitatis implebit. Diliges dn̄m deū tuum ex toto corde ꝛc. Tūc erit iustus sine pctō. q̄ nulla erit lex repugnās menti. Tūc p̄sus toto cord. tota aia. tota mente. diliges deū. qđ est summum p̄ceptum.

Questio de p̄cepti ratione. g

Sed cur p̄cipit hoc

mini ista pfectio cū i hac vita eā nemo habeat? Quia nō recte currit si quo currēdū est nesciat. Quō aūt sciret si nullis preceptis oīderet. Ecce habes cur illud preceptū est qđ ꝫ penitus ipleri nō p̄ot. Impletur tn̄ ex pte. s. ꝼm pfectionē vie. Alia ē ei pfectō currētis. alia pueniētis. Fac ꝫ mādatū vt cursor: q̄ deū añ oia ꝛ p̄ oibus diligit. nec tn̄ omnino pficit.

Qđ alterū mādatū i altero est. h

Cum aūt duo sunt

p̄cepta charitat. p vtroq; sepe vnū ponitur. nec immerito q̄ nec deus sine primo nec prim⁹ sine deo diligi p̄ot. Añ aplus. omne mādatū legis dicit instaurari. i. contineri ꝛ impleri in ꝫ vbo. Diliges primū tuū sic teipm. Et xp̄s dilectiōz primi specialius cōmemorat dicēs Mādatū nouū do vob vt diligatis inuicē sic dilexi vos. vbi illud maius mādatū dilectiōis dei videt p̄termissū. sed bn̄ intelligētib⁹ vtrūq; inuenit in singul. q̄ q̄ diligit deū nō p̄t eū ꝺtenere quē deus p̄cipit diligi. ꝛ q̄ diligit primū: qđ in eo diligūt nisi deū Jp̄a ē dilectio ab omi mūdana dilectōne discreta. Quā distinguēs dn̄s ait. sicut dilexi vos Quid em̄ nisi deū dilexit in nob. nō quem hēbam⁹ ꝫ vt haberem⁹. Sic medic⁹ egrotos ꝛ qđ i eis diligit nisi salutē. quā cupit reuocare. nō morbū quez venit expellere. Sic ꝛ nos inuicē diligam⁹. vt quantū possumus inuicē ad habendū in nobis deum ex dilectione attrahamns.

Aug. super Johannem

Que charitate diligēda sint. i

Sed que hac dile

ctione diligenda sint. iā inq̄ram⁹. Nō em̄ oia vt ait Aug. qb⁹ vtēdū ē diligenda sūt ꝫ ea sola q̄ vel nobiscū societate quadā referunt in deū sicut est homo vt angel⁹. vt ad nos relata: bñficio ꝺi p nos indigēt. vt corpus. qđ ita p̄cipiēdū est diligi. vt ei ordinate p̄udenterq; cōsulatur.

Aug⁹. in li. ꝺ doctrīa cristiana.

Ista est distinctio. xxvij. hui⁹ ter

tij libri. In qua magister positq; egit ꝺ fide ꝛ spe Incipit agere ꝺ ipa charitate. Et tria fac. Nā p̄mo determinat charitatis quiditatē. Scō inq̄rit ipsi⁹ vnitatē Tertō oīdit modū diligēdi ꝛe⁹ ꝙgruitatē. Primū facit vsq; ibi. Sed q̄rit. Scō m vsq; ibi. Cōsequenter modū. Tertiū ꝺo vsq; ad finē dis. In spāli sentētia mgr̄i stat in trib⁹ ppositiōib⁹ quarū p̄ma est hec Charitas dilectio ꝺr qua ꝺs ppter se ꝛ prim⁹ ppt deū diligit. Hāc mgr̄ insinuans dicit. q; ꝫ xp̄s fidē et spem nō habuerit vt dictū est in fine p̄cedentis distinctionis. habuit tn̄ inquātū hō tantā charitatē q̄ maior esse nō p̄ot. qđ patuit in hoc q; animā suā pro nobis posuit. i quo facto ad diligēdū nos instruxit ꝛ exemplu dedit. De charitate aūt quid sit ꝛ de mō ꝛ de ordine diligendi deū ꝛ primū iā restat inquirē dū Añ oñr charitatē describens dicit. Charitas est dilectio qua diligit de⁹ ppter se ꝛ prim⁹ ppter deum. Et cōtinet duo mādata quorū primū est diligere deū. Scō m est diligere primū. in quib⁹ duob⁹ p̄ceptis tota lex pendet ꝛ pphete. Scō a ppositio est hec. Tātū vna est dilectio qua deus ꝛ prim⁹ diligū tur. ꝫ ppter diuersa dilecta ꝼm diuersos dilectiōis motus gemineť. Hāc ppositionē mgr̄ ponēs querit Utrū vna ꝛ eadē sit dilectio qua diligimus deū ꝛ primū. vl diuerse. Et rndet q; sit vna et eadē dilectō eū sit spūssctus vt dictū est in p̄mo libro. Sed differt quo ad hoc. q; deū diligim⁹ ppter se ꝛ primū ppt deū. Et hoc cōfirmat auctoritate b. Aug. Et subdit q; ꝙuis vna dilectio ꝺr. geminat tn̄ ppter duo dilecta. s. deū ꝛ primū. ppter qđ etiā sunt duo dilectōnis mādata. Nā ꝫ sit vna dilectio. diuersa tn̄ diligere p̄cipimur. vl ꝺr gemina ppter duos mot⁹ dilectionis q̄ in mente gerūtur. s. ad deū ꝛ ad primū diligendū. Tertia ppositio est hec. vt charitas qua diligamus diuersa diligibilia nobis p̄cipit. ita cuilibz dilecto certus modus diligēdi p̄scribit. Hanc mgr̄ ponēs dic̄ q; mod⁹ quo diligere debem⁹ primū ppter deū tangit iscptura cū ꝺr. Diliges primū tuū sic teipm. i. eodē mō diligere debes primū. Mod⁹ aūt dilectionis dei exprimit cū ꝺr. Diliges dn̄m deum tuū ex toto corde tuo. s. intellectu. ꝛ ex tota aia. i. voluntate et ex tota mēte. i. memoria. Ita vt oēm cogitationē. oēm vitā vl motū ꝛ oēm itellectū ad ipsum referas a quo oia p̄dicta hēs. Et subdit q; iste modus dilectionis ꝺi nō p̄ot impleri in via ex toto. ꝫ in pte q̄ sicut i via impfecte. ꝛ ex pte deuz cognoscim⁹. sic etiā impfecte ꝛ ex pte eū diligim⁹. qđ ꝓbat p hoc q; i p̄nti p rebellionē carnis ad spm̄ impedimur a pfecta dilectione. q̄ rebellio q̄ in patria nō erit iō pfecte ibi diligim⁹. Añ q̄rit ꝓnr. Ex quo mandatuz ꝺ dilectione ꝺi in p̄nti nō valet impleri. cur tūc datū est ip̄is viatorib⁹. Et rndet p sil̄e. sicut nullus sciret recte currere nisi sciret quo currēdū esset. sic nec deus diligi sciret nisi dilectio p p̄ceptū aliquod oñderetur. ꝛ ꝫ p̄ceptū illō i via totalit impleri nō valeat tn̄ p̄ot impleri ex pte. s. ꝼm pfectionē vie/seu viator/ Et subiūgit q; p̄dicta duo charitas p̄cepta sic sūt cōnexa q; vnū sepe p vtroq; ponit ꝛ hoc nō immerito cum deus sine primo ꝛ primus sine deo diligi nō p̄ot. Nam qui deū diligit nō cōtennit primū quē deus diligit ꝛ q̄ primū diligit nihil diligit i eo nisi deum. vt ostendit in littera exemplo et auctoritate. Et tn̄ in speciali.

Si illo precepto iubemur diligere totū primū ⁊ nos totos. a

DI.XXV III

Dicpōtqueri virū illo mādato dilectōis p ximi totū primū. i. aiaz ⁊ coz p⁹ noscz ipos totos diligē p cipiamur: Ad qđ dicim⁹ oē gen⁹ diligēda rū rez in illis duob⁹ mādat ptineri. Aua tuoz em̄ diligēda sunt vt ait Aug. vnū qđ supza nos est. s. de⁹. Alterū qđ nos sum⁹. Tertiū qđ iuxta nos ē. s. prim⁹. Quartū qđ infra nos est. s. coꝛpus Be scdo ⁊ q̄rto nulla p̄cepta dāda erāt. s. vt diligeremus nos vel coꝛp⁹ nostrū. Precipit aūt de⁹ diligi ⁊ primus. Ut aūt q̄s se diligat p̄cepto nō est op⁹. Quātūlibet em̄ hō excidat a veritate. remanet illi dilectio sui et dilectio coꝛpis sui. qz nemo vnq̄ carnē suam odio habuit. Nā viri iusti q̄ coꝛp⁹ suū cruciāt. nō coꝛp⁹ ꝑ coꝛruptiōes ei⁹ ⁊ pondus oderunt. Hic viđz Aug⁹. tradere. q ex p̄cepto nō teneamur diligē nosmetipos vel coꝛpus nostꝛ. Qđ si est: nō oē gen⁹ diligē darū rez illis duob⁹ p̄ceptis ꝓtinet. qz cū ⁊ nosipsos ⁊ coꝛpus nostrū diligere debeamus. ad qđ necessariū est p̄ceptū cū scriptū sit. Qui diligit iniq̄tatē odit aiam suā Sed speciale de hoc p̄ceptū nō erat dādū nec speciali p̄cepto op⁹ erat id tradi. vt q̄s q̄ se vel coꝛp⁹ suū diligeret. qz hoc i illo p̄cepto ꝓtinet: diliges primū tuū sicut teipsum. Ibi em̄ ⁊ primū totū. ⁊ te totū intelligere debes. Añ Aug⁹. in eodē. Si te totū intelligas. i. aiam ⁊ coꝛp⁹ ⁊ primū totū. i. animā ⁊ coꝛp⁹. hō em̄ ex aia ꝓstat ⁊ coꝛpoze. nullū rez diligendarū gen⁹ i his duobus p̄ceptis ptermissum est Cū em̄ p̄curat dilectio dei. eiusq̄ dilectōis modus p̄script⁹ apareat. ⁊ sequat dilectio primi: ꝺ tua dilectione nihil dictū viđz. Sz cum dictū est. Diliges primū tuū sicut teipm simul ⁊ tui. abs te dilectio ptermissa non est. Ecce hic apte dicit in illo p̄cepto non tantūmodo primi. sed et mei dilectionem ꝓtineri et totius primi totiusq̄ mei. Ex q̄ aparet q dictū est ꝺ scdo ⁊ quarto. i. ꝺ dilectōe nri ⁊ coꝛpis nostri. nulla p̄cepta dāda. ita esse intelligendū. s. specialia ⁊ diuisa. qz in illo vno totū cōtinet. ⁊ qz id qđ sumus. ⁊ qđ infra nos est ad nos tm̄ ptinēs. nature lege diligim⁹ que in bestijs etiā est Ideoq̄ ⁊ ꝺ illo qđ supza nos est. ⁊ de illo qđ iuxta nos est. diuisa p̄cepta sumpsim⁹

Aug. in li. ꝺ doc. christi.

Augusti.

Ju quoꝝ altero ei⁹ qđ sumus ⁊ illi⁹ qđ infra nos ē dilectio cōtinet. (Sic ꝺdita ē mēs hūana vt nūq̄ sui nō meminerit. nūq̄ se nō intelligat. nunq̄ se nō diligat. sed qm̄ qui odit aliquē nocere illi studet. Nō immerito ⁊ mēs hois qñ sibi nocet se odisse ꝺz. Nescies ei sibi vult male. dū nō putat sibi obesse qđ vult. sed tamen male sibi vult qñ illud odit qđ obsit sibi ꝼm illud. Qui diligit iniq̄tatē odit aiam suā. Qui ergo diligere se nouit deū diligit. Qui vo nō diligit deū. etiā se nō dililigit. qđ ei naturaliter inditū est. tñ nō incōgrue se odisse dicit cū id agit quod sibi aduersat. ⁊ seipsum tanq̄ suus inimicus insequitur.

Hic textus in libris antiquis nō inuenit Imo ē est quedā expositio ipius textus.

Si in illo precepto cōtinetur dilectio angelorum. b

Qritur autē hic de angelis questio. vtrū ad illud p̄ceptū dilectionis primi etiā dilectio ptineat angelorum Nā q nullū hoiem exceperit qui p̄cepit primū diligere dñs in parabola semiuiui relicti oñdit. eū dicens primū qui erga illū extitit misericoꝛs. Deinde ꝺdit vade ⁊ tu fac sim̄. Ut em̄ eū primū intelligamus cui vel exhibendū est officiuz misericoꝛdie si indiget. vel exhibendū esset si indigeret. nullū vo exceptū esse cui miscoꝛdie negandū sit officiū. quis nō videat. cū vsq̄ ad inimicos etiā poꝛrectū sit dño dicente. Diligite inimicos vestros ⁊ benefacite his qui oduunt vos. Manifestū est g̃ omnem hoiem primū esse deputandū. Proximi vo nomē ad aliq̄d est. nec quisq̄ esse primus nisi proximo pōt. Añ cōsequēs est cui p̄bendū ⁊ a quo p̄bendū est officiū misericoꝛdie recte primū dici. Manifestum est ergo p̄cepto dilectionis ⁊ primi etiā sanctos angelos cōtineri. A quib⁹ tanta nobis misericoꝛdie impendunt officia. Ex quo et dñs primum se nostrū dici voluit. vt in parabola saucij ostendit ⁊ in pheta. Quasi primū ⁊ quasi fratrē nostꝛ sic cōplacebā. Sz qz excellentioꝛ ac supra nostrā naturā est diuina substātia. p̄ceptū dilectionis dei a primi dilectōe distinctū est. Ideoq̄ licet nobis deus oia impēdat beneficia. nō tñ noie primi includit in illo p̄cepto. qnē nō sicut nos diligere debem⁹ sed plusq̄ nos toto coꝛde ⁊ aima. Christū vo inq̄tum hō est. sicut nos diligere debemus. eiusq̄ ꝼm hoiem dilectio illo ꝓtinet mandato. quē etiā ꝼm hoiem magis q̄ nos

Aug⁹. in li. ꝺ doct. xpi.

Quid sit proximus.

Q angeli in illo precepto ꝓtinent.

Q etiā xps primus noster est ꝼm q homo.

sed non ẽ̄tuz deum debemus diligere. qz inquãtũ est homo: minoz est deo.

Quib⁹ modis ꝺz ꝓximus. c

Hic notandum est

ꝓximũ dici diuersis modis. s. conditiõe ꝓme natiuitatis. spe cõuersionis. ꝓpinquitate cognationis. ratione beneficij exhibitionis.

qui ꝓtra hoc q̄ animo sentit q̄s siue illud verū sit siue nō. Dis ergo q̄ loquit mēdacium mentit. q̄ loquit cōtra hoc qđ animo sentit. i. volūtatē fallēdi. sed nō ois q̄ mentitur mēdaciū dicit. q̄ qđ verū est loquit aliqñ mentiendo. sicut ecōuerso falsum dicendo aliqñ verax est. Uñ ait Aug. Nemo sane mentiēs iudicandus est q̄ dic̄ falsum qđ putat verū. q̄ ꝯtū i ipo est nō fallit ipse sed fallit. Nō ḡ mendacij arguēd⁹ est. q̄ falsa incautius credit ac p veris habet. Potiusq̄ ecōtrario ille mentit q̄ dicit verū qđ putat falsum. Quātū em̄ ad animū eius attinet nō vex dicit. q̄ nō qđ sentit dicit. cuius verū inueniat esse qđ dicit. nec ille liber est a mendacio q̄ ore nesciens loquit vex. sciens aūt voluntate mentit. Hic queri solet si iudeus dicat xp̄m eē deum. cū non ita sentiat animo vtrū loquat mendaciū? Nō est mendaciū qđ dic̄. quia licet aliter taneat animo. verū tamē est qđ dicit. et ideo non est mēdaciū. Mentitur tamen illud qđ verū est dicens. Q̄ vo omne mendacium sit peccatū Aug. insinuat. Mihi inquit videtur omne mendaciū est peccatū. sed multū interest quo animo q̄ de quibus rebus quisq̄ mentiat. Non em̄ sic peccat qui consulendi q̄ qui nocēdi voluntate mentit. nec tm̄ nocet q̄ viatorez mentiēdo in diuersū itinere mittit. ꝯtum qui viā vite mentiendo deprauat. Porro omne mendacium ideo dicendū est eē peccatū quia hoc debz loqui hō qđ animo gerit. siue illud verum sit siue putet q̄ non sit. Uerba em̄ ideo sunt instituta non vt p ea homies inuicem fallant. sed p ea in alterius noticiā suas cogitatiōes ferant. Uerb ergo vti ad fallaciā. nō ad qđ sunt instituta: peccatū est. Nec ideo etiā vllum mēdacium putādū est nō esse pctm̄. q̄ possum⁹ alicui aliquādo pdesse mentiendo. Possumus em̄ vt p̄dictum est q̄ amando q̄ furando q̄ adulterando pdesse. Mendaciū q̄z nō tūc tm̄ esse possumus dicē quādo aliquis ledit. Cū em̄ a scientie dicit falsum: mendaciuz est. siue quis siue nemo le datur. Ecce ex his cōstat omne mendaciuz esse peccatū. nō tm̄ ō omni mendacio accipiendum est illud Aug̃. Perdes oēs qui loquuntur mendaciū. Nec illud. Os quod mētit occidit animā. Nec omne mēdacium isto p̄cepto phiberi videt nec p̄missa descriptione mendaciū loci includi.

Augusti. in enchi.

Questio de iudeo q̄ dic̄ xp̄m eē deū.

Omne mēdaciū sit peccatum.

Quare oīne mendaciū sit peccatum.

Aug. i ench q̄ nō iō mendaciū nō est peccatuz q̄a prodest.

Dicsoluitur ōstio sup posita.

Ubi cū periculo errat vel nō. d

Illud etiā sciendū

est q̄ in quibusdā rebus magno malo in q̄busdaz paruo. in quibusdā nullo fallimur In quib⁹ rebus nihil interest ad capescēdum dei regnum: vtrū credantur an non vel vtrum vera putent an falsa siue sint siue non? In his errare. i. aliud p alio putare. nō arbitrandū est eē peccatū. vel si est: minimū atq̄ leuissimū. Et sunt vera que/dā ꝯtuis nō videant. q̄ nisi credant: ad vitā eternā nō potest pueniri. Et licet erroz maxima cura cauendus sit. nō modo i maioribus sed etiaz in minoribus rebus. nec nisi rerū ignorantia possit errari. nō est tamen consequens vt cōtinuo erret quisq̄s aliquid nescit. Sed quisquis se existimat scire quod nescit Prio vo em̄ approbat falsum quod est erroris pprium. Uerūtamē in qua re quisq̄ erret interest plurimum. Sunt em̄ que nescire sit meli⁹ q̄ scire. Itē nonnullis errare pfuit aliquando. sed in via pedum non in via moz. Solet queri d iacob qui se dixit esse Esau. aliter animo sentiens vtrū mentit⁹ sit? De h Aug. ait. Jacob quod matre fecit auctoze vt falleret patrem si diligenter attendat videt nō esse mendacium sed misteriū. Intendebat em̄ matri obedire que p spiritū nouerat mysteriū. q̄ ideo ppter familiare consiliū spiritussancti qđ mat acceperat: a mēdacio excusatur Jacob.

De Jacob si mentitus sit

Ista est distinctio. xxxviij. huius

tertij libri. In qua mgr̄ post q̄ egit de octo p̄ceptis Incipit agere de pctis que isto octauo p̄cepto phibent. Et tria circa hoc facit. Nā primo plura genera mēdacioz p̄mittit Scō q̄d sit mendaciū subiungit Tertio q̄ omne mendaciū sit peccatū cōcludit. Primū vsq̄ ibi. Dic videdū ē. Scōm vsq̄ ibi. Q̄ vo oē Tertiū vsq̄ ad finē distinctiōis. In spāli snīa magistri stat in tribus ppositionib⁹ quarū p̄ma est hec. Octo sunt mendacioz genera. que tanto sunt gnia ra q̄to p̄mo mendacio fuerit p̄xima. Hanc magister insinuās. Primo diuidit mendaciū in tria genera. quoz̄ p̄mū ē officiosum. quale est mendacium qđ fit p cōmodo vl salute corporis. sicut fuit mēdaciū obstetricū hebreoz in egypto. q̄ raab meritricis abscondentis explozatores. q̄ istud nunq̄ pōt fieri sine pctō. q̄ in viris pfectis est pctm̄ dānabile. q̄ in pfectis pctm̄ veniale. q̄ excusat quodāmodo ppter misericordiā et pietatē. sicut mendaciū obstetricum et raab meretrix excusat. nō tm̄ ppter hoc quis ali=

qua peccata debet cõmittere. vt p misericordiã z pietatẽ velit excusari. vt nullus debet furari diuitꝛ vt det paupi. Scõm genus mendacij est mẽdaciũ iocosum qõ fit cã solatij vel in ioco z istud silr in viris pfectis est dãnabile z in viris impfectis veniale. Tertiũ genus mendacij est pniciosuz qõ. s. fit ex malignitate seu qõ ꝓuenit ex animo nocendi. z hoc omnib⁹ est fugiẽdũ. Postea mgr enumerat octo genera mẽdacioꝝ. que ponit b. Aug⁹. quoꝝ primũ fit i doctrina fidei. Scõm est q nulli ꝓdest sed alicui obest. Tertiũ est quod alicui ꝓdest z alicui obest. Quartum est quod fit ex sola libidine z delectatione mentiendi. Quintũ est quod fit in pulcriloquio vel cupiditate placendi. Sextũ est q nulli obest sed alicui ꝓdest q̃tũ. s. ad ablationẽ rei exterioꝛis. Septimum est q nulli obest. sed alicui ꝓdest q̃tũ ad ꝑseruationẽ mortꝛ corꝑali. Octauũ est qõ nulli obest se alicui ꝓdest q̃tũ ad ꝑseruationem ab immundicia corꝑali. Prima tria genera horũ octo mendacioꝝ reducunt ad mendaciũ pniciosum. Et duo media ad mẽdaciũ iocosum. Tria aũt vltima ad mendaciũ officiosum. Unde cõcludit q in omnibus p̃dictis mendacijs attendi habet gradus q̃tũ ad grauitatẽ sm q magis vel minus accedũt ad primi mendacij genus Scõa ꝓpositio est hec. Hoc ꝓprie dicit mendaciuz eũ quis intentione fallendi dicit falsum. Hanc mgr ponens dicit. q meudaciũ est cũ ꝓfert falsum intentione fallendi. eo q aliud dicat ore q̃ sentiat corde. Secũdo oñdit q̃d sit mentiri dicẽs. q mẽtiri est loq̃ ꝓtra illud qõ q̃s sentit aĩo. siue illud sit verũ siue falsum. Ex quo cõcludit q oĩs q̃ mendaciũ loquit mẽtitur. sed nõ ecõtra oĩs qui mentit mẽdaciũ loquit. qz qñq̃ verũ est qõ loquit ille qui mentit. qz q̃ mẽtit loquit contra illud qõ aĩo sentit. z sic nõ dicit mẽdaciũ. qz nõ loquit falsum. Uñ etiã pz q etiã aliq̃s falsum loquẽdo pũt esse verax. s. si nõ loquit ꝓtra illõ qõ aĩo sentit. Juxta qõ querit. Utrũ iude⁹ mẽdaciũ loquat dicẽs xpm esse deũ qõ tñ corde nõ credit Et rñdet q nõ loquit mẽdaciũ. qz licet nõ credat corde verũ esse qõ loquit. tñ qz vex est qõ loquit nõ dicit mẽdaciũ. qz mendaciũ est cũ ꝓferẽ falsuz intentiõe fallendi. sz hñ mẽtit cũ dicat ꝓtra mentẽ. Tertia ꝓpositio est hec. Uniuersalit oñe mẽdaciũ ẽ z oz peccatũ. Hãc mgr ponẽs dicit vniuersalit oẽ mẽdaciuz esse pctm̃. Licet tñ inter mendacia sũt grad⁹ grauitatis in peccando. qõ declarat autoritate b. Augu cui annectit q mẽdaciũ hz rõnẽ pcti. ex hoc q sm oz dinẽ rõnis hõ illud loq̃ oz qõ in aĩo sentit. ei⁹ oppositũ facit q̃ mendaciũ loquit. ipe eñ vtit verbis non ad id ad qõ sũt ꝯstituta. s. ad cogitatõnũ nostraꝝ notificationẽ. sz ad fallaciã qõ pctm̃ est. ẽ etiã qñq̃ dãnabile. i. mortale Juxta illud psal. Perdes oẽs qui loquũt mendaciũ. Et sapiens. Os qõ mẽtit occidit aĩam. Iste xo autoritates nõ sunt intelligẽde de oĩ mendacio. sz tm̃ de dãnabili. Cõsequent determiat de sequela pcti q̃ est erroꝛ z dicit q errare in fide vl q̃tũ ad vitã eternã magnũ pctm̃ ẽ z piculũ. Sed errare tm̃ in rebus q̃ ad curiositatẽ ptinent nõ est peccatũ. z si est pctm̃ tunc est leuissimum pctm̃. Subdit etiã q lz nõ erret nisi ꝓ ignorãtã rei alicui⁹ tñ nõ sequit q errat q̃cunq̃ aliq̃d ignorat. Sz ille oz tm̃ ꝓprie errare q̃ credit se scire qõ nescit. z sic falsum ꝓ vero approbat. z q̃uis illud generaliter sit reqsituz ad omnem erroꝛẽ. tñ multũ refert in quibus errat. Nã i aliquibus errare est piculosuz. In alijs aũt est melius errare q̃ nõ errare. qz errare in aliquib⁹ qñq̃ ꝓdest. Ultimo querit. utrum Jacob dicẽdo ego sum Esau mẽtitus fuit. Et rñdet mgr sm b. Aug⁹. q nõ qz nõ intẽdebat fallere. Itẽ nõ fuit mẽdacium sz mysteriũ q matri impanti ꝓ spñsctm̃ est reuelatũ Et tm̃ in speciali de snĩa huiꝰ distinctionis.

De periurio. a

DI. XXXIX

Nunc de piurio videamus. Periurium est mendacium iuramẽto firmatum. Hic querit. utꝛ sit periurium vbi nõ est mendacium? Qõ quibusdam videt ex autoritate hieronimi dicentis. Aduertendum est. q iusiurandũ tres habet comites. veritatẽ. iudiciũ. z iusticiã Si ista defuerint: nõ erit iuramentũ sed periurium. Ubi aũt falsum iuratur: veritas deest. Si ergo falsum iuret z si nõ sit ibi intẽtio fallendi: videt esse periurium qz deest veritas. Quibusdã placet nõ esse periurium vbi nõ est mẽdaciũ. et sicut dicit aliquãdo falsum sine mendacio. ita iurat falsum sine periurio. Falsum forte dixit apls cũ se venturũ ad corinthеos ꝓmisit. Nec tñ sic ei imponebatur culpã mendacij cõtraxit. qz sic animo sentiebat. etiã si iuramento illud firmasset nõ periurium incurrissz. qz q̃tũ in ipso fuit verũ dixit. z si iurationem addidisset quãtũ in se foret verũ iurasset. z si alit euenerit q̃ dixit. Ideo sicut quis non est mendax nisi aliter sentiat animo q̃ dixit. siue ita sit siue nõ. ita videtur quibusdam neminem periurum cõstitui. nisi aliter sentiat animo q̃ loquit. siue ita sit siue non.

Hieron. sup Hieremy.

De triplici modo periurij. b

Sed melius creditur et ille peierare qui falsum volũtate fallendi iurat. z q̃ falsum putans qõ vex est iurat. et qui verũ putans qõ falsum est iurat. Uñ Aug⁹. Homines falsum iurãt vl cum fallunt vel cũ fallunt. Aut putat homo veruz esse qõ falsuz est z temere iurat. aut scit vel putat falsum esse. z tñ ꝓ vo iurat et nihilominus cũ scelere iurat Distãt aũt illa duo piuria que cõmemoraui. Facilluz iurare qui verũ esse putat. Pro quo iurat verũ putat esse et tñ falsum est. Nõ ex animo iste peierat sed fallit. Hoc provero habet quod falsum est. nõ ꝓ falsa resciens iurationẽ interponit. Ha aliuz qui scit falsuz esse et iurat tanq̃ verũ sit quod scit falsuz esse. Uidetis q̃ ista detestanda sit belua. Fac aliũ qui putat falsum esse et iurat tanq̃ verũ sit et forte verũ est. Uerbi gra. vt intelligatis. Pluit in illo loco. Interrogas hoiem. z dic pluisse. z tũc pluit ibi. sed putat nõ pluisse: periur⁹ est. In

Aug. ꝺ verbis aplꝰ sermone. xxviij

tereſt quẽadmodũ verbũ ꝓcedat ex ani⁹ reã linguã non facit niſi rea mens ſit. Ihis euidenter tradit ꝙ tripliciter peierat ho/mo vt ſupra diximus. dũ vel ſciens falſuz iurat. vel putans falſum qđ verũ eſt iurat vel eſtimãs vez qđ falſum eſt iurat. Sed hoc extremũ nõ videtur eſſe piuriũ. etiaz ſi piuriũ nominet. eo ꝙ falſuz iurat. nõ videtur reus eſſe piurij qui ſic iurat. qz non eſt mens eius rea. et ideo nec lingua. imo eius mens rea eſt dum iurare ꝓſumit qđ ꝓſpicue verũ nõ deprehendit. Nõ ḡ ome piuriũ mẽdaciũ eſt. nec omnis qui peierat mentit. ſed omnis mentiendo iurans peierat. et omnis q falſum iurat. ſiue mentiens ſiue nõ: peierat.

Queſtio. Cum vo quis iurat qđ veruz eſt timens eſſe falſum. queritꝫ q̃d ſit ibi piuriũ: Ipa em̃ ſignificatõ vocis vera eſt. qz verũ neſcienter loquit. Nõ ergo ipſa ſignificatio vel falſum vel mendaciũ ẽ. qz vera eſt. z quod verũ eſt: piuriũ nõ videtur eſſe.

Soluꝫtio. Ad hoc dicimus loqui ſic. ſ. cõtra mentẽ ſub atteſtatione iuramẽti eſſe piurium. Mentiri ergo adhibita iuratiõe piuriũ eſt Periuriũ ergo eſt. vel iurando loq falſum cũ intẽtione fallẽdi. vl iurãdo loqui falſum ſine intẽtione fallẽdi. vel iurando loqui verũ cum intentione fallendi

Oppoſitio. Hic opponit. Si ois q falſũ iurat peierat. tunc qui alicui ꝓmittit dare ſub certo termio aliq̃d qđ tamẽ nõ faciet. ex quo iurauit peierauit. qz falſum iurauit. Nõ enim futuruz erat vt iurauit.

Determinatio Ad hoc dici põt. qz nõ omnis qui iurat qđ falſum ẽ. ex quo iurat piurus eſt. ſicut iſte de quo agimus ꝧ ex q̃ ꝓpoſitũ mutat vl terminũ trãſgredit. iuratio talis fit piurium reatu.

An iuratio ſit malum. c

Si autez queritur vtrũ iurare ſit malũ: Dicim⁹ aliqñ maluz eſſe. aliqñ nõ. Spõte em̃ et ſine neceſſitate iurare vel falſum iurare pctũ grande eſt. Ex neceſſitate autẽ iurare. ſ. vel ad aſſerẽdũ innocentiã vel ad federa pacis ꝓfirmãda vel ad ꝓſuadẽdũ auditorib⁹ qđ eſt eis vtile. malũ nõ eſt. qz neceſſariũ eis ẽ. Unde Aug. Juramentũ faciendũ eſt in neceſſarijs cũ pigri ſunt homies credere qđ eis eſt vtile. Juratio nõ eſt bona nõ tñ mala cũ eſt neceſſaria. i. nõ eſt appetẽda ſicut bona. nõ tñ fugienda tanq̃ mala cũ eſt neceſſaria. Nõ eſt em̃ ꝫ ꝓceptũ dei iuratio. Sz ita intelligit dñs ꝓhibuiſſe a iuramẽto vt

Aug. de ſermone dñi in monte.

Aug. ſuper epiſtolaz ad Galath.

q̃tũ in ipo eſt q̃ſq̃ nõ iuret Qđ multi faciunt in oze habentes iuratiõẽ tanq̃ magnũ atq̃ ſuaue aliquid. Apls em̃ nouit preceptũ dñi et tamen iurauit. Prohibemur em̃ iurare cupiditate vel delectatiõe iurãdi. Q ergo xps ait in euãgelio. Ego dico vobis nõ iurare omnino. ita intelligit ꝓcepiſſe ne q̃ſq̃ ſic bonũ appetat iuramentũ et aſſiduitate iurandi labat in piuriũ Qđ vo addidit ſit ſermo veſter eſt eſt. nõ non. bonũ eſt appetendũ. Qđ aũt amplius eſt a malo eſt. i. ſi iurare cogeris ſcias de neceſſitate venire infirmitatis eoz qui bus aliquid ſuades. Que infirmitas vtiq̃ maluz eſt. Un nos quotidie liberari p̃camur dicentes. Libera nos a malo. Ideoq̃ nõ dixit qđ amplius eſt malum eſt. Tu em̃ non facis maluz qui bñ vteris iuratione. ſed a malo eſt illius qui aliter nõ credit. i. ab infirmitate que aliqñ pena eſt. aliqñ pena et culpa. Ibi ergo dñs ꝓhibuit malũ. ſuaſit bonũ. indulſit neceſſariũ.

De iuramẽto quod per creaturas fit. d

Querit etiaz vtrũ liceat iurare p creaturam: Quod nõ videtur cũ in lege ſcriptum ſit. Reddes autem dño iuramẽta tua. Et xps in euãgelio precipit nõ iurare omnino nec p celũ. nec per terrã. nec p hieroſolymam. nec p caput tuum. Judeis quaſi puulis eſt conceſſuz iurare p creatorem et p̃ceptũ. vt ſi iurare cõtingeret. nõ niſi p creatorẽ iurarẽt nõ per creaturam. qz iurantes p angelos z elemẽta: creaturas venerabant honore. z meli⁹ erat hoc exhibere deo q̃ creaturis. Infirmis ergo illud ꝓhibuit. ſanctis vo q̃ i creaturis creatorez venerabant tm̃: non prohibuit. Unde Joſep p ſalutẽ pharaonis iurauit: dei iudicium in eo veneratus quo poſitus erat in infimis. Chriſtus vo ita p creaturas iurare ꝓhibuit. ne vel aliq̃d diuinum in eis crederetur p quo reuerentia eis debetur. vel ne p ea iurantes falſũ. homines ſe iuramento teneri nõ putarent.

Jerony. ſup matbe.

Que iuratio magis teneatur an que fit p deũ. an que fit p euangelium. vel p creaturas. e

Si autez queritur quis magis teneatur an qui p deũ. an qui

per euangelium vł p creaturas iurat: Bi
cimus qui per deuz. quia p eum hec facta
Chrisost. sunt. Ūñ Chrysо. Si qua causa fuerit mo
dicum videtur facere qui iurat per deum
Qui vo p euāgeliū magis aliquid feciſſe
videtur. Quibus dicendū eſt. Stulti. ſcri
pture ſancte ppter deū facte ſunt. nō deuſ
ppter ſcripturas. ita et creature facte ſūt
p̄roprer deū.

Quid eſt dicere p deum. f

Hic queritur quid

ſit dicere p deū iuro: Hoc eſt teſtē adhibe
re deū: Jurauit eñ apł̄s dicens: Teſtis ē
mihi deus. ac ſi dixiſſet p deū ita eſt. Un-
In ſimon. de piurio. q̄ ſic ſcipit. Quiſ-quis eſt pra ui ⁊ peruersi cordis. de Aug⁹. Ridiculū eſt putare hoc ſi dicaſ
p deū iuras Quid eſt eñ p deū. niſi teſtis
eſt deus. aut quid eſt teſtis eſt deuſ. niſi p
deū Quid eſt autē iurare. niſi ius deo red
dere qñ p deum iuras. Jus. ſ. veritatis ⁊
non falſitatis. Jtē ecce dico charitati ve-
ſtre ⁊ qui p lapidem iurat falſum. piur⁹ ē.
q: nō lapidē qui nō audit. ſed eius creato-
rem adhibet teſtez. Hoc eſt ergo iurare p
quālibet creaturam. ſ. creatorem ei⁹ teſtez
Aug. ſuper pſal. vij. adhibere. Eſt etiā quoddā genus iuramē
ti grauiſſimū quod fit p execrationē. vt cū
homo dicit: ſi illud feci illud paciar. vel il-
lud contingat filijs meis. Secundū quem
modū accipitur etiā interdum cum aliq̄s
iurando dicit. p ſalutem meaz vel p filios
meos et hmōi. Obligat eñ hoc deo. Un-
In ſermone de piurio. de Aug⁹. Cū quis ait p ſalutem meā. ſalu
tem ſuam deo obligat. Cum dicit p filios
meos. opignerat eos deo. vt hoc veniat i
caput eorum quod exit de ore ipſi⁹. Si ve
rum: veruz. ſi falſum: falſum. Et ſicut per
hoc iurans aliquādo hoc deo obligat. ita
p deū iurans ipm adhibet teſtem. In om
ni ergo iuratione aut deus teſtis adhibeł
aut creatura deo obligał. ⁊ opigneratur
Ut hoc ſit iurare. ſ. deuz teſtem adhibere
vł duo aliquid opignerare. Hoc eſt ergo
iurare p quālibet creaturā. ſ. creatorē eiuſ
teſtem adhibere.

De illis qui iurāt per falſos de-
os. g

Poſt hec queritur

Auguſti: vtrū fide eius vtendū ſit q̄ p demonia vel
ydola iurauerit: De hoc Aug⁹. ſcribens
ad publicolam ait. Te p̄ius conſiderare

volo. vtrū ſi quiſpiam p deos falſos iura
uerit. ⁊ fidē nō ſeruauerit nō tibi videtur
bis peccaſſe: Bis vtiq̄ peccauit. q̄a iura
uit p quos nō debuit. ⁊ contra pollicitam
fecit fidē qđ nō debuit. Jdeoq̄ qui vtitur
fide illius quē cōſtat iuraſſe p deos falſos
⁊ vtitur nō ad malū ſed ad bonū. nō pecca
to illius ſe ſociat quo p demonia iurauit.
ſed bono pacto eius quo fidē ſeruauit. ⁊ ſi
ne dubitatione minus malū eſt p deos fal
ſos iurare veraciter. q̄ p deū verū fallaci
ter. Quanto eñ p qđ iurał magis ſanctū
eſt. tanto magis eſt penale piurium.

Qđ iuramentū quo incaute iura-
tur nō eſt obſeruandū nec votum
nec ꝓmiſſio iniuſte facta. h

Nūc ſupereſt vide

re. vtrū omne iuramentū implēdū ſit: Si
eñ quis aliquid iurauerit contra fidem et
charitatez quod obſeruatū peiorē vergat
in exitū. potius eſt mutandū q̄ ad implen
dum. Unde Ambro. Sed eſt contra offi- In li. de offi cijs.
cium dei nonnunq̄ ꝓmiſſuz ſoluere ſacra
mentū vt herodes fecit. Jtem Jſidorus. In Synonł mis.
In malis ꝓmiſſis reſcinde fidem. in turpi
voto muta decretū. Quod incaute vouiſ-
ſti nō facias. impia eſt ꝓmiſſio que ſcelere
adimpletur. Jdem Nō eſt obſeruandum In li. ſniaz
ſacramentum quo malum incaute ꝓmitti
tur. vt ſi quis adultere ꝑpetuam fidem cū
ea ꝓmanendi polliceaŧ. Tolerabilius eñ
eſt nō implere ſacramentū q̄ p̄manere in
ſtupro. Jtem Beda. Si quid nos incauti Beda i ome lia. pliij.
us iurare contigerit quod obſeruatū peio
rem vergat i exitū. libere illud ſalubriori
cōſilio mutandū nouerimus. ac magis in-
ſtante neceſſitate peierandū eē nobis q̄ p
vitando piurio i aliud crimen grauiꝰ eſſe
diuertendum Benię iurauit dauid p de
um occidere Nabal virū ſtultū. ſed ad p̄i
mam interceſſionē abigail femine p̄uden
tis remiſit minas. reuocauit enſem in va-
ginam. nec aliquid culpe ſe tali piurio cō-
traxiſſe doluit. Jtē Augu. Qđ dauid iura- In ſermone quodam.
mentū p ſanguinis effuſionē nō impleuit.
maior pietas fuit. Jurauit dauid temere.
ſed nō impleuit iurationē maiori pietate.
Ex his aliiſq̄ pluribuſq̄ oſtendiŧ quedā
iuramenta nō eſſe obſeruanda. ⁊ qui ſic iu
rat vehementer peccat. Qui autez mutat
benefacit. Qui aūt nō mutat duplicit pec
cat. et q: iniuſte iurauit. ⁊ quia facit quod
nō debet.

Si est piurus q̄ non facit quod incaute iurauit. i

Qui vero mutat

vtrū piur⁹ debeat dici. solet queri? Beda supra tale iuramentū vocauit piuriū. Johannes etiā apocrisarius orientaliū sediū dixit. Sermo p̄is nostri sophronij significat. q melius est iurantē peierare q̄ seruare sacramentū in fractione sanctaꝝ imaginum. Sed piuriū dicit tale iuramentū nō obseruatū. et peierare dicit qui nō implet q̄ falsuz iurat. nō q̄ inde reus sit q nō obseruat. sed q̄ iurauit iniustū. ex quo reus est. sicut ille qui peierat.

De eo qui verborum calliditate iurat. k

Hoc etiā sciendum

Isidorus in li. ij. sniarū. est q quacunq; arte verborū q̄s iuret. de⁹ tñ q̄ pscie testis est. ita hoc accipit sicut ille cui iurat intelligit. Duplicit aūt reus fit q̄ z nomen dei inuanū assumit. z primū in dolo capit.

De illo q̄ cogit aliquē iurare. l

Queritur etiam si

peccat q̄ hoiem iurare cogit? De h̄ Aug⁹. ait. Qui exigit iurationē multū interest si nescit illū iuraturū falsū an scit. Si em̄ nescit. z ideo dicit. iura mihi vt fides ei sit. n̄ est pctm̄. tñ humana tēptatio est. Si vero scit eū fecisse z cogit euz iurare: homicida est. Idē. Qui puocat hoiem ad iurationē z scit eū falsuz iurare vincit homicidā. q̄a homicida corpus occisurus est. ille aiam. imo duas animas. et eius quē iurare puocauit: z suam.

De cōcilio aurelianensi. m

Sancta sinodus

decreuit nisi p pace facienda vt oms̄ fideles ieiuni ad sacramenta accedant.

Jsta est distinctio. xxxix. huius tertij libri. In qua mgr̄ post q̄ egit d̄ mēdacio. Agit de piurio. Et tria facit. Nā p̄mo agit d̄ piurio spāl̄r Scōo de iuramēto generalit̄. Tertio determiat q̄sdā q̄stiones incidentalit̄. Primū vsq; ibi. Si āt q̄rit̄. Scōm vsq; ibi. Querit̄ etiā vtrū. Tertiū vsq; ad finē distin. In spāli snia mgr̄i stat in trib⁹ ppositionibus quarū p̄ma est hec. Quāuis oē mendaciū iuramēto ꝓfirmatū existat piuriū. Nō tñ oē piuriū ē mēdaciū. Prima h⁹ ꝓclusionis ptē mgr̄ pbat diffinitione piurij dicēs. q piuriū est mēdaciū iuramēto ꝓfirmatū. Secūam p̄o ptē eiusdē. s. q nō oē piurium sit mēdaciū pbat mgr̄ tres ponēs modos piurij. quorū p̄mus mod⁹ est. cū aliq̄s scienter aliq̄d falsum firmat iuramento q̄d tñ putat esse falsum. Scōs ē. cuz aliq̄s firmat aliq̄d falsum iuramento q̄d tñ putat eē verū. Et isti duo modi peierādi nūq; p̄nt eē sine mēdacio. Tertius mod⁹ est cū aliq̄s firmat aliq̄d vez iuramento: q̄d tñ putat esse falsum. z iste piurādi modus est sine mēdacio. eo q nō iurat falsum. lz adest intētio fallēdi. nō tñ est sine pctō. q nō fuit adhibita debita iurādi cautela q̄ cōsistit in hoc vt bñ discutiat res sup quā q̄s iurare p̄sumit. Sz contra dicta obijcit mgr̄ dupliciter. Nā videt q nō peierat q̄ verū q̄d falsum putat iuramēto ꝓfirmat q̄ vez iurat. et etiā nō abutit verbis. q̄ iurat illud q̄d significat. Ad q̄d rūdens dicit. q nō tñ q̄ falsum iurat sz etiā q̄ verū iurat q̄d falsum esse putat peierat. Q̄d patet ex hoc q locq; ꝓtra mētē cū attestatiōe iuramenti pmriū est. siue illud sit verū q̄d dicit siue falsum. Scōo obijcit sic. Dictū est q q̄ falsū iurat peierat. igit viōr q omis̄ iurans se aliq̄d certo tpe datuz alicui q̄d tñ nō dabit statim iurādo piurus sit. pz q̄ falsuz iurat. Et rādet mgr̄ q taliter iurans nō incurrit piurium nisi vel mutando ppositū. vel trāsgrediendo terminum. Scōa ppositio est hec. Jurare nō sp est licitū neq; illicitū. Hanc mgr̄ ponens querit. vtrū iurare sit malū vel illicituz. Et rādet q sicut iurare falsum grande est petm̄ sic iurare sine necessitate nō est sine pctō. Exemplū huj⁹ est. vt si q̄s p iuramentū confirmaret q deus nō esset creator oīm rez. talis falsum iuraret z p cōsequēs graue est pctm̄ sz iurare ex necessitate sup aliquo licito. s. sup innocentia alicuius ꝓfirmanda. vel federa pacis cōfirmanda vel aliq̄d vtile seruandū nō est pctm̄. Tertia ppositio est hec Quāuis iurare p creaturas impfectis nō sit pmissū pfectis tñ nō est illicitū seu phibitū. Hanc em̄ ppositionē mgr̄ pbans querit sex questiones. Quaruz questionū p̄ma est hec. Utrū liceat iurare p creaturas. Et q nō licet arguit p illud. nolite iurare neq; p celū neq; etiā p terrā. Confirmatur hoc. nuli⁹ homo nec pfectus nec impfectus pōt p creaturas iurare. ergo dictū mgr̄i est falsum. Añcedēs pbat q oē iuramentū est ad ꝓfirmādū veritatē pponēdū sz solus de⁹ est veritas q̄ de seipo dicit. Ego sum via veritas z vita. ergo nullū iuramentū stabit nisi p deuz rerū cōditorē. Ad q̄d rūdet q impfectis indictū fuit p creatorē et nō p creaturas iurare. Sed viris pfectis p creaturas nō est phibitū iurare. eo q in creaturis sciūt creatorē venerari. Sicut patet d̄ ioseph q̄ iurauit p salutē pharaonis. Et subdit q xp̄s phibuit iurare p creaturas duplici de cā. Prima est ne crederēt aliq̄d dminū esse in creaturis p quo eis reuerentia deberet. Scōa ne iurās falsuz p creaturas crederet se nō peccare. seu ne iuratnes p creaturas crederet se nō peccare. seu ne iurātes per creaturas crederent se nō obligari ad iuramēti cōpletionem. Alia questio. Quis magis obligat. vtruz q̄ iurat p deū vl q̄ iurat p creaturā Et rādet q magis obligatur q̄ iurat p deū. q̄ p deū oīa facta sunt z nō econuerso. Ubi subdit q̄d sit iurare p deū dicēs. q iurare p deū est deū adhibere testē illi⁹ rei q̄ iurat. Silr iurare p creaturā est creatorē ei⁹ testē suū obligare. Añ ꝓm b. Aug. q̄ p lapidē iurat falsum piur⁹ ē. q̄a nō p lapidē iurat sz p ei⁹ creatorē Itē est aliud iuramenū execratiōe vel p execrationē: vt d̄r. si feci illō hoc veniat mihi aut filijs meis. z hoc ē grauissimuz Tertia q̄stio est. Utrū infideles peccent iurādo per

falsos deos. Et rñdet ℔m be. Aug. q̄ si infidelis iurat falsum p falsos deos peccat duplicit̄. Primo q̄a iurauit p quos non debuit iurare. Scō qz iurauit cōtra fidē quā debuit seruare. Quarta questio est. Utrū omne iuramentū sit implendū, Et rñdet q̄ iuramentū incautū. s. qđ vergit in peiorē exitū nō sit implendū ꝫ mutādū. et qui ip̄m nō mutaret peccat dupliciter. Primo qz iniuste iurauit. Scō qz facit qđ nō dz. Ubi subdit q̄ iuramentū sit illicitū triplici ter aut qz iurat qđ in se est vicios̄um. vt adulteriū vel homicidiū. ⁊ tale iuramētū nō est seruandū. Secundo cū q̄s iurat qđ nō est in se vicios̄um. sed p accidēs. vt si q̄s p̄ votū castitatis iurat aliquā accipe in vxorē. vel q̄ iurat aliq̄d omittere qđ i se est bonū. s. nō dare elemosynā alicui indigenti. Quīta q̄stio est Utrū iurans incaute debeat dici p̄iurus. Et rñdet q̄ sic. et hoc nō ideo q̄ nō seruat qđ iurauit. qz tenetur illud mutare vt dictū est in p̄cedentib⁹. sed qz iurauit iniustū reus efficit̄. sicut ille q̄ peierat. Uñ subdit q̄ qualitercūq; iuret̄ iuramentū sp̄ referr̄ ad intētionē recipientis et nō iurātis. Uñ qui fraudulēter iuramentū p̄stat duplicit̄ peccat. Primo qz nomē dī inuanū assumit Scō qz p̄mū dolose nitit̄ decipe Sexta questio est. Utrū peccet ille q̄ cōpellit aliū iurare. Et rñdet q̄ si exigit̄ iuramentuz solū vt fides fiat de re sup̄ qua iurat̄. nō est p̄tm̄ sed humana tēptatio. Si aūt recipiēs iuramentū sciēs aliū falsum iurare. tūc si cōpellit ip̄m iurare mortaliter peccat. Et subdit q̄ ℔m ordinationē sinodi aurelianēsis ad iuramētū dūt hoīes ieiuni accedere nisi esset p̄ pace firmāda. vel vniuersaliter in quibus mora p̄staret piculum. Et tm̄ in speciali.

De sexto et septimo precepto secū de tabule. a

DI. XL f

Sextū p̄ceptū est. Nō desiderabis vxorem p̄rimi tui. Septimū est. Nō cōcupisces domū p̄rimi tui nō seruū. nō ancillā ⁊c̄. Sed videt̄ p̄ceptū de nō cōcupiscendis reb⁹ p̄rimi vnuz esse cū eo. quo dz. nō furaberis. ⁊ p̄ceptū ď nō ꝯcupiscenda vxor evnū esse cū eo quo dr̄. Nō mechaberis. Poterat em̄ p̄ceptū nō furandi in illa generaliter intelligi. vbi de nō cōcupiscenda re p̄rimi p̄cipit̄. ⁊ in eo qđ dictū est nō mechaberis. poterat illud intelligi. Nō cōcupisces vxorē p̄rimi tui. Sed in illis duobus p̄ceptis nō mechādi et nō furandi ip̄a opa notata sunt et p̄hibita. In his ꝙo extremis ip̄a cōcupiscentia. multū ergo differunt illa ab istis. Uñ illi p̄cepto nō mechandi fit supaddit̄o in euāgelio. vbi omnis ꝯcupiscentia mechādi phibetur. Sed cū hic phibeat̄ cōcupiscētia aliene vxoris ⁊ aliene rei. quare dicunt lex cōp̄imere manū ⁊ nō animū. euāgeliū ꝙo ⁊ manū et animū. Illud de lege dicit̄ ℔m cerimonialia nō ℔m moralia Ut

Aug. super Exodum

Quar lex cō p̄mere dicit̄ non animuz sed manū.

qz in lege nō est generalis phibitio omnis mortifere ꝯcupiscentie. vt in euangelio vł ℔m eoz carnalē intelligentiam.

Quid sit littera occidens. b

Bi vero queritur quā dicat apl's litterā occidentē: Ea certe est decalogus qui nō dicit̄ littera occidēs eo q̄ mala sit lex. sed qz phibens p̄tm̄ augeret cōcupiscentiā ⁊ addit p̄uaricationē: nisi liberet gratia. Que gratia nō sic abundat in lege vt in euāgelio. Lex ergo bona est ⁊ tñ occidit sine gratia cū sit virtus peccati que iubet qđ sine gr̄a impleri nō p̄ot Gratia aūt deerat. et ideo littera occidēs erat. Distat aūt euāgelij lr̄a a legis lr̄a: qz diuersa sunt p̄missa. ibi terrena. hic celestia p̄mittunt̄. Diuersa etiā sacramenta qz illa tm̄ significabant. hec ꝯferūt gratiā Precepta etiā diuersa q̄tū ad cerimonialia. Mā q̄tū ad moralia sunt eadē. sed plenius in euāgelio continentur. Audistis decem cordas psalterij vtriq; sexui impositas. que charitate tangende sunt vt vicioꝝ feces occidantur.

De legis ⁊ euangelij distantia.

Jsta est distinctio. xl. ⁊ vltima huius tertij libri. In qua magister post̄ egit de peccatis ad octauū p̄ceptū ptinentib⁹ p̄sequit̄ suū tractatū de p̄ceptis. ⁊ agit de duobus p̄ceptis residuis Et tria facit. Primo em̄ ponit sextū ⁊ septimū p̄ceptū scē tabule. Scō removet quasdā dubitationes de lege. Tertio asserit driam legū. s. mosayce ⁊ euangelice. Primū vsq; ibi. Si ꝙo queri. Secundū vsq; ibi. Distat aūt euāgelij lr̄a. Tertiū vsq; ad finem dis. In spāli sn̄ia magistri stat in trib⁹ ꝓpositionibus quarū p̄ma est hec. Sextū p̄ceptū scē tabule p̄hibet appetitū mechandi. et septimū voluntatē furandi. Hāc magister ponēs dicit q̄ sextū p̄ceptuz scē tabule est. Nō ꝯcupisces vxorē p̄rimi tui. Sed contra illud replicat dicēs. q̄ alicui possit videri. q̄ istud sextū p̄ceptū de nō ꝯcupiscendo vxorē p̄rimi sit idē cū tertio p̄cepto scē tabule de mechando. et q̄ septimū sit idē cū quarto de nō faciendo furtum. Et rñdet q̄ non sunt idem. sed in tertio ⁊ quarto p̄hibent̄ actus exteriorꝭ tm̄. In istis aūt duob⁹ p̄ceptis p̄hibent̄ etiā act⁹ interiores. Sz ꝓtra istud adhuc replicat di. Ex ista solutione habet̄ q̄ i lege veteri p̄hibent̄ tā actus exteriores q̄ etiā interiores. quomodo ergo vex esse pōt quod cōmuniter dicitur q̄ lex cōp̄imat manū nō animū. Et rñdet q̄ lex vetus ⁊ manū et animū cōp̄imit q̄tum ad precepta moralia. Sed dicit̄ tm̄ cōp̄imere manū q̄tum ad cerimonialia. vel pōt dici q̄ in lege veteri nō sic exp̄imitur generalis p̄hibitio cuiuslibet concupiscentie sic̄ fit i euāgelio. ideo dicit̄ lex manuz cōp̄imens. Euangelū ꝙo vtrūq; s. tā manuz q̄ animū cōp̄imit. Secūda ꝓpositio est hec. Littera legis dr̄ occidens non qz insufficienter p̄hibuit. sed qz nō sicut euangeliuz gratiā p̄buit. Hanc magister ponens querit de qua littera intelligitur illud apl̄i. Littera occidit. spiritꝰ vuificat. Et respondet q̄ intelligit̄ de lr̄a decalogi.

vel legis, veteris. que dicit occidere. non ideo q lex mala sit. sed dicitur occidere occasionaliter q ponē do mandata seu phibendo peccata augebat concupiscentiā et addebat ꝑuaricatōnē ꝑcipiendo ea que non possunt impleri sine gratia que tpe legis veteris sicut tpe euāgelij nō abundabat ī litera .i. ipa lex mosayca occasionalit occidere dicebat q ille est intellectus autoritatis aplī. Tertia ppositio ē hec. Lex mosayca multiplicit differt ab euangelica Hāc magister insinuans asserit triplicem differentiam legis antique et noue. quarū prima est. q in antiqua lege tm̄ ꝓmittebant temporalia et terrena. In euāgelio autem terrena et celestia. Secunda est. q sacramenta veteris legis tm̄ significabant gratiā. sacramenta vo noue legis et significant et iustificant. scz conferendo gratiam Tertia est. q in veteri lege fuerunt quedam cerimonialia et in noua non sunt. licet precepta moralia sunt eadē vtrobiq. Et sic imponit magister finem huic tertio libro. ꝛ cetera.

Explicit liber tertius. Sequuntur tituli seu rubrice libri Quarti.

Tituli

His tractatis que ad doctrinā rerū ptinent quib⁹ fruenduz est et quibus vtendū. ⁊ que fruunt̄ ⁊ vtū-tur: ad doctrinā signoꝝ accedamus.

QI. I De sacramentis.
Quid sit sacramentū.
Quid sit signum.
Quo differant signū et sacramentū.
Quare instituta sunt sacramenta.
De dria sacramentoꝝ veterū et nouoꝝ
De circumcisione.
Quod remediū illi habuerunt q̄ fuerunt ante circūcisionē.
De institutione circūcisionis et de causa.
De paruulis defūctis añ diē octauū quo fiebat circūcisio.

QI. II De sacramentis noue legis
De baptismo.
De dria baptismi Johis ⁊ xp̄i.
Quid vtilitatis baptismus iohis habuit.
Si fuit sacramentū baptismus ille.
De forma baptismi Johannis.

QI. III Quid sit baptismus:
De forma baptismi.
Q apli in nomine xpi baptizauerūt.
Si in noīe patris tantū vel spiritussancti possit tradi baptismus.
De institutione baptismi.
Quare in aqua tm̄ fiat.
De immersione quotiens fieri debeat.
Quādo circūcisio amisit vim suam.
De causa institutionis baptismi.

QI. IIII De illis qui suscipiunt sacramentū ⁊ rem. et rē nō sacramentum ⁊ sacramentū ⁊ nō rem.
De ficte accedentibus.
Quō intelligat̄ illud. quotquot i xp̄o baptizati estis xp̄m induistis.
Q passio supplet vicē baptismi et fides et contritio.
Quid pſit baptismus cū fide accedētib⁹.
Quid dimittit̄ in baptismo iustis.
Cuius rei sit sacr̄m baptismus quem recipit iustus.

QI. V Q baptism⁹ eque bon⁹ est a bono vel a malo. datus bono vel malo.
De ptāte baptismi et ministerio.
Que fuit potestas baptismi quā xp̄us potuit dare seruis. ⁊ nō dedit.

QI. VI Quib⁹ liceat baptizare.
Si rebaptizādi sūt ab heretitis baptizati
Q nullus in materno vtero baptizat̄.
Utr̄ baptism⁹ sit cū ꝟba corrupte pferūt̄
De illo q̄ p ludo immergitur.
De responsione patrinoꝝ.
De cathecismo ⁊ exorcismo.

QI. VII De sacramento ꝯfirmatōnis qō non nisi a sūmis sacerdotibus trādi potest.
Que sit virtus huius sacramenti:
Utrū hoc sacr̄m dignus sit baptismo.
Utrū possit iterari.

QI VIII De sacr̄o altaris.
Q huj⁹ sacramenti in veteri testamento fīgura p̄cessit sicut et baptismi.
De institutione huj⁹ sacramenti.
De forma.
Quare xp̄s post aliū cibū dedit hoc sacramentum discipulis.
De sacramento et re.
Q res sacramenti duplex est.

QI IX De duob⁹ mādducādi modis
De errore illoꝝ qui dicunt xp̄i tantū a bonis sumi.
De intelligētia q̄rundā ꝟboꝝ ambiguoꝝ

QI X De hereſi illoꝝ q̄ dicūt corp⁹ xp̄i nō esse in altari nisi i figura vl̄ i ligno
De sanctoꝝ testimonijs quib⁹ ꝓbat̄ verū corpus xp̄i esse in altari.

QI. XI De modo cōuersionis.
Quō dr corp⁹ xp̄i ꝯfici ō substātia panis.
Quare sub alia specie sumat̄.
Quare sub duplici specie.
Quare aqua misceat̄ vino.
Quale corp⁹ dedit xp̄s discipulis in cena

QI. XII Ubi illa accidētia fundēt̄
De fractione ⁊ partibus.
De ꝯfessione berengarij.
Quid ille ptes significent.
Si xp̄us imolat̄ in altari quotidie ⁊ an sit sacrificiū qō a sacerdote geritˉ.
De causa institutionis.

QI. XIII Si hoc sacramentū conficiat̄ ab hereticis vel excōmunicatis.
Quid facit hereticū ⁊ q̄d sit hereticus.

QI. XIIII De penitentia.
Unde dicit̄ penitentia.
Quid sit penitentia.
Quid sit penitere.
De solenni et vnica penitentia.
Q pctā sepe dimittunt̄ p penitentiā.

QI. XV Q plurib⁹ irretit⁹ pctis nō pt ꝛe ō vno penitere nisi ō oib⁹ peniteat
Quib⁹ de causis cōtingūt flagella.
De egiptijs et zodomitis q̄ dicunt̄ temporaliter puniti ne ineternū perirent.
De generib⁹ elemosyne.
Quid sit elemosyna.
Utrū i mortali pctō pmanentes ⁊ largas

elemosinas faciẽtes debeãt dict satisfacẽ
Utrũ bona q̃ fiũt ab aliq̃b⁹ malis valeant ad meritũ vite cũ fuerint ꝓuersi ad bonũ
QI. XVI De tribus in penitẽtia cõsiderandis. s. compunctione. ꝓfessione. ⁊ satisfactione.
Que sit vera satisfactio.
Que sit satisfactio falsa.
De tribus actionib⁹ penitentie.
De multitudine venialiũ que grauant vt vnũ grande peccatũ.
De satisfacttone venialiũ.
QI. XVII Utrũ sine ꝓfessiõe dimittantur peccata.
Si sufficit soli deo cõfiteri.
Q̃ nõ sufficit soli deo ꝓfiteri. si possit sacerdoti confiteri.
An sufficiat cõfiteri laico.
Ad quid valeat cõfessio.
QI. XVIII De remissione quã ꝓtestat sacerdos.
De clauibus.
De vsu clauium.
Si sacerdos potest dimittere peccata vel retinere.
Quomõ sacerdotes dimittũt peccata vel retinent.
Quõ sacerdotes ligant vl̃ soluũt a pctis.
Quõ intelligendũ sit illud. qcũq; solueris sup terrã ⁊c.
Que sint interiores tenebre ⁊ interior macula.
QI. XIX Mñ he claues dãt ⁊ q̃b⁹.
Utrũ p indignos trãsfundat gr̃a dignis.
Quõ intelligendũ sit maledicã bñdictiõibus vestris.
Qualis esse debeat iudex ecclesiasticus.
QI. XX De his q̃ in fine penitent.
De his q̃ pniam non complent.
De illo cui sacerdos indiscret⁹ iniũgit penitentiam.
Q̃ morientibus nõ est imponenda satisfactio sed innotescenda.
Q̃ nõ est penitẽtia negãda vl̃ recõciliatio in necessitate.
Q̃ p̃sbyter nõ recõciliet aliq̃ẽ inconsulto ep̃o nisi in necessitate.
An oblatio eius sit recipienda q̃ currens ad penitentiã p̃uenit̃ morte.
QI. XXI De peccatis que p⁹ hanc vitã dimittunt̃.
De his qui edificiant aurũ. argentũ. lapidem. lignũ. fenũ. stipulã.
De igne purgatorio quo alĩ citi⁹ alĩ tardius purgant̃.
Quid sit edificare lignũ. fe. aut sti.
Quid sit edificare au. argen. la. pre.
Q̃ aliquẽ pe penitet ⁊ si de nõ oi veniali.
Quid sit generalis cõfessio.
Q̃ nemo dz confiteri pctã que nõ fecit.
De pena sacerdotis qui peccata confitentis publicat.
QI. XXII Si pctã dimissa redeãt.
Quid sit sacramentũ et res.
QI. XXIII De sacro vnctõis extreme
De tribus generibus vnctionis.
A quib⁹ fuerit hoc sacr̃m institutũ.
De iteratione huius sacramenti.
QI. XXIIII. De ordinibus ecclesiasticis. ⁊ quot sint.
Quare sunt septẽ.
Quales assumendi sint ad clerum.
De corona et tonsura.
De hostiarijs.
De lectoribus.
De exorcistis.
De acolitis.
De subdyaconibus.
De dyaconibus.
De p̃sbyteris.
Qui dicunt̃ ordines sacri.
Quid apellet̃ ordo.
De nominibus dignitatis et officij.
De episcopo.
De pontifice.
De quadripertito ep̃orum ordine.
De vsate.
De cantore.
QI. XXV De ordinatis ab hereticis.
De symonia vñ dicit̃ ⁊ quid sit.
De his qui a symoniacis ordinant̃ sciẽt vel non.
De hts qui dicunt se emere corpalia ⁊ nõ spiritualia.
De distinctione symoniacorum.
De his qui violenter ab hereticis vel aliis symoniacis ordinant̃.
QI. XXVI De sacramento ꝓiugij
De institutione et eius causa.
Quãdo fm p̃ceptũ et scõm indulgentiam ꝓtractũ sit cõiugium.
Quibus modis accipit̃ indulgentia.
Q̃ nuptie bone sint.
Cuius rei sacramentũ sit coniugiũ.
QI. XXVII Que sunt considerãda in coniugio.
Quid sit coniugium.
De ꝓsensu qui efficit cõiugium.
Quando incipit esse coniugium.
De opinione quorundam qui dicũt cõiu-

giũ nõ esse ante carnalẽ copulam.
Q̃ spõsa potest eligere monasteriũ sine cõ
sensu sponsi.
Q̃ cõiugatus sine cõiugis cõsensu nequit
ꝓfiteri cõtinentiam.
De adulterinis cõiugijs.
Q̃ multipl̃r sponsus et spõsa accipitur.
Que spõsa sit vidua mortuo spõso ⁊ q̃ nõ
DI. XXVIII Si ꝯsensus d̃ futuro
etiã iuramento firmatus faciat cõiugiuꝫ
De his que ꝑtinent ad substantiã ⁊ ad de
corem sacramenti.
Utrũ cõsensus ille q̃ facit matrimoniũ sit
de carnali copula. an de cohabitatione.
an de alio.
Quare de latere viri formata est mulier.
DI. XXIX Q̃ nõ est ꝯsensus legi-
timus vbi est coactio.
DI. XXX De errore q̃ euacuat cõ
sensum.
De cõiugio Marie et Joseph.
De finali causa coniugij.
Q̃ malus finis nõ cõtaminat sacramentũ
DI. XXXI De trib⁹ bonis cõiugij.
De duplici sepatione.
De his q̃ ꝓcurant venena sterilitatis.
Qñ sint homicide q̃ ꝓcurãt abortũ.
De excusatiõe coitus q̃ fit ꝑ bona cõiugij
De indulgentia qnã facit apostolus.
De malo incontinentie.
De carnis delectatione q̃ pctm̃ sit vel nõ.
DI. XXXII De solutione carnalis
debiti.
De ꝯtinentia ex cõmuni ꝯsensu seruanda
Qñ cessandũ sit a coitu.
Quib⁹ tꝑibus nõ sint celebrande nuptie.
DI. XXXIII De diuersis legib⁹ cõ
iugij.
Utrũ Johis virginitas sit p̃ferenda casti
tati abrae.
Que erat cõsuetudo ꝯiugij sub lege.
Cui licebat tunc plures habere vel non.
DI. XXXIIII De ꝑsonis legitimis
De frigidis separandis vel nõ.
De his q̃ maleficijs ipediti coire nequeũt
De furiosis.
De his q̃ dormiũt cũ duabus sororibus.
Q̃ nõ est dimittenda vxor ꝓ aliqua macu
la corporis.
DI. XXXV De iure viri et mulieris
Q̃ fornicatoriaꝫ nequit dimittere vir nisi
ip̃e expers fuerit fornicatõis ⁊ ecõuerso
De recociliatiõe eoꝝ qui ꝓpter fornicati-
onem separant̃.
De illis q̃ ante ꝯiunctionẽ se polluerũt ꝑ
adulterium.
De seruis.
DI. XXXVI Utrũ ꝓpter extremã
ꝯditionem possit fieri sepatio.
De copulatione serui et ancille diuersorũ
dominorum.
De viro q̃ se fac̃ ꝟuũ vt diuidat̃ ab vxore
De etate cõtrahentium.
DI. XXXVII In quibus ordinib⁹
nequeat cõtrahi matrimoniũ.
De interfectoribus suarũ cõiugum.
DI. XXXVIII De votis et de vo-
torũ differentia.
De illis q̃ post longã captiuitatẽ redeunt
DI. XXXIX De dispari cultu.
De ꝯiugio fidel̃ ⁊ infidel̃ ⁊ duoꝝ ĩfideliũ.
De fornicatiõe spiriruali ꝓpt̃ quã dimit-
ti coniunx potest.
Pro q̃b⁹ pctis possit fieri sepatio vel nõ.
Quãdo licet fideli aliã ducere vel nõ.
Utrũ cõiugium inter infideles sit.
Quod cõiugium sit legitimum.
DI. XL. De cognatione carnali.
De cõputatiõe graduũ cõsanguinitatis.
Quare sex gradus cõputant̃.
De dispẽsatõe gregorij hita ad anglicos.
DI. XLI De gradib⁹ affinitatis.
De varijs traditionib⁹ affinitatis.
Si cõiugium sit inter eos qui nota cõsan-
guinitate diuiduntur.
Quibus ꝑsonis testificãtibus sint dirimẽ
da coniugia.
Quid sit fornicatio. et quid stuprũ.
Quid adulteriũ ⁊ quid incestus.
Quid raptus.
DI. XLII De spirituali cognatõe
Qui sint filij spirituales.
De copula spũaliũ vel adoptiuoꝝ ⁊ natu
De copula filioꝝ q̃ an- (raliũ filioꝝ.
te cõpaternitatẽ vel post nati sunt.
Si cui liceat duas comatres ducere vnaꝫ
post aliam.
Si vir ⁊ vxor simul tenere valeant puerũ
De secũdis ⁊ tertijs ⁊ deinceps nuptijs.
DI. XLIII De resurrectionis ⁊ iu
dicij conditione.
De voce tube. De nocte media.
De libris qui tunc apientur.
De memoria electoꝝ si tunc preterita ma-
la teneat.
Quomodo intelligit̃ xp̃s iudex viuorum
et mortuoꝝ.
De his qui viui reperient̃.
DI. XLIIII De etate et statura re-
surgentium.

Q̃ resurget q̃cq̃d fuit de substãtia ⁊ natura corpis ⁊ si nõ in eadẽ parte corpis.
Q̃ sine omni deformitate resurgent.
Utrũ reproboꝝ corpa cũ deformitatibus resurgant quas hic habuerunt.
Q̃ non consumenť maloꝝ corpa que tunc ardebunt.
Si demones corpali igne cremabunť.
Si aĩe sine corpib⁹ sentiũt ignẽ materialẽ
De abortiuis fetibus et monstris.
DI. XLV De diuersis animarũ receptaculis post mortem.
De suffragijs defunctoꝝ.
De officijs sepulture.
De duobus eque bonis quorũ alter post mortẽ plura habet auxilia.
Quib⁹ suffragijs iuuabunť in fine repti.
Quõ sancti et glorificati ⁊ angeli audiunt p̃ces supplicantiũ ⁊ intercedũt ꝓ eis.
DI. XLVI Si valde malis p̃stať mitigatio pene.
De occulto iudicio dei.
De iusticia ⁊ misericordia dei.
Quare quedã opa dicunť iusticie quedaꝫ misericordie vel bonitatis dei.
Quõ vniuerse vie dñi dicunť misericordia et veritas.
DI. XLVII. De sententia iudicij.
Q̃ sancti iudicabũt ⁊ quomodo.
De ordinibus eoꝝ qui erunt in iudicio.
De ordine iudicij ⁊ ministerio angelorũ.
Si post iudiciũ demones p̃erunt hominibus ad puniendum.
DI. XLVIII De forma iudicis.
Qualis apparebit forma serui.
Quare scd̃m formã serui dicitur xp̃us suscitaturus corpora.
De loco iudicij.
De qualitate luminarium et tẽporis post iudicium.
DI. XLIX De differẽtia mãsionũ in celo et in inferno.
Si quid ibi cognoscit̃ ab aliquo qd̃ nõ inligant omnes.
De parilitate gaudij.
Si maior sit beatitudo sctõꝝ p⁹ iudiciũ.
DI. L Si mali in inferno peccabũt.
Quare dicuntur tenebre exteriores.
Si damnatoꝝ anime noticiã habeant eorum que hic fiunt.
De lazaro ⁊ diuite.
Si boni et mali inuicem se videant.
De chaos inter bonos ⁊ malos.
Utrũ visa impiorum pena minuat vel augeat gloriam bonoꝝ.

Incipit liber quartus de sacramentis ⁊ signis sacramẽtalibus.

a

Samaritanus em̃ vulnerato appropiãs curationi ei⁹ sacramẽtorũ alligamenta adhibuit q̃ cõtra originalis peccati et actualis vulnera. sacramentorũ remedia deus instituit. De quibus quatuor primo cõsiderãda occurrũt. Quid sit sacramẽtũ? Quare institutũ. In q̃bus ꝯsistat ⁊ ꝯficiať. Et q̃ sit distantia int̃ sacramẽta veteris ⁊ noue legis.

DI. I

De sacramẽtis vbi q̃ttuor cõsiderãda sunt.

Quid sit sacramentũ.

b

Sacramentuꝫ est sacre rei signũ. Dicit̃ tñ sacramentũ etiaꝫ sacrũ secretũ. sicut sacramentũ diuinitatis. vt sacramentũ sit sacrũ signans. et sacrũ signatũ. ꝑ nũc agit̃ de sacr̃o ꝑm q̃ est signũ. Itẽ sacramẽtũ est inuisibilis gratie visibilis forma. Signũ v̄o est res p̃ter speciem quã ingerit sensibus aliq̃d aliud ex se faciens in cognitionẽ venire. Signoꝝ v̄o alia sunt naturalia. vt fum⁹ significans ignem alia data. Et eoꝝ q̃ data sunt. quedã sunt sacr̃a quedã nõ. Om̃e em̃ facr̃m est signũ sed nõ ecõuerso. Sacr̃m ei⁹ rei silitudinẽ gerit cui⁹ signũ est. Si em̃ sacramenta nõ haberent similitudinẽ reꝝ quaꝝ sacramẽta sunt: ꝓprie sacramẽta nõ dicerenť. Sacramentũ em̃ ꝓprie dicit̃ qd̃ ita signuꝫ est gr̃e dei. et inuisibilis gr̃e forma. vt ipsius imaginẽ gerat ⁊ causa existat. Nõ ergo significandi tm̃ gratia sacr̃a instituta sunt. ꝑ etiã sanctificãdi Que em̃ significãdi gratia tm̃ instituta sunt solũ signa sunt. ⁊ non sacr̃a. sicut fuerũt sacrificia carnalia. et obꝑuãtie cerimonialis veteris legis. q̃ nũq̃ poterãt iustos facere offerentes. Quia vt ait apl̃s. Sanguis hircoꝝ et thauroꝝ ⁊ cinis vitule aspsus. inq̃natos sanctificabat ad emũdationẽ carnis. nõ anime. Nã inq̃natio illa erat ꝯtactus mortui. Un̄ Aug. Nihil aliud inteiligo inq̃nationẽ quã lex mũdat nisi ꝯtactũ mortui hois. quẽ q̃ tetigerat immũdus erat septẽ dieb⁹. sed purificabať ꝑm legẽ die tertio ⁊ septimo et ita mũdus erat vt iam intraret i tẽplũ. Mũ-

Aug. i li. x. de ciui. dei.

Aug⁹. in li. de doctrina xp̃iana. q̃d sit signum.

Quod differant signũ ⁊ sacramentũ

Quid ꝓpre d̃r sacr̃mẽtũ.

Qd̃ legalia meli⁹ dicunť signa q̃ sacr̃menta.

Ad hebre: 9 Cap

Numeri 19 Cap

dabant etiã interdum a corpali lepra illa legalia. Sed nunq̃ ex operibus legis aliquis iustificatus est. vt ait apostol⁹. etiã si in fide ⁊ in charitate fierent. Quare? quia imponit ea deus in seruitutẽ. nõ in iustificationez ⁊ vt figura futuri essent. volens sibijpsi potius offerri ea q̃ ydolis. Illa ergo signa erãt. sed tamen sacramẽta. lz minus ꝓprie in scripturis sepe vocant̃. qꝛ signa erãt rei sacre quã vtiq̃ nõ p̃stabant. Illa aũt apl's opa legis dicit que tm̃ significandi gr̃a vel in onus instituta sunt.

Aug. super epistolaz ad hebreos.

Que dicant̃ opa legis.

De causa institutiõis sacr̃oꝝ. c

Triplici autem de causa sacramẽta instituta sunt. ꝓpter humiliationẽ. eruditionẽ. exercitatõnẽ Propter humiliationẽ quidẽ vt dũ hõ in sensibilib⁹ rebus que natura infra ip̃m sunt ex p̃cepto creatoris se reuerendo subijcit. vt ex hac humilitate et obedientia deo magl placeat. et vt apud eũ mereat̃ cui⁹ impio salutem querit in inferiorib⁹ se. et si nõ ab illis sed ꝑ illa a deo. Propter eruditionez etiã istituta sunt. vt ꝑ id qd̃ foris in specie visibili cernit̃ ad inuisibilẽ virtutẽ que intus est agnoscendã mens erudiat̃. Homo em̃ qui añ pctm̃ sine medio deũ videbat. ꝑ pctm̃ adeo habuit vt nequaq̃ diuina nequeat capere nisi humais exercitat⁹ Propter exercitationẽ sil'r instituta sunt. qꝛ cũ homo ociosus esse nõ possit ꝓponit̃ ei vtilis ⁊ salubris exercitatio in sacramentis q̃ vanã ⁊ noxiam declinet occupationez. nõ eniz facile capit̃ a tẽptatore q̃ bono vacat exercitio. Unde Hierony. monet. Semꝑ aliquid boni opis facito vt te occupatum dyabolus inueniat.

Prima cã.

Secunda

Tertia rõ.

De triplici genere exercitatõis d

Sunt aũt exercitationũ tres species. vna ad edificatõnẽ anime ꝑtinet. alia ad corpis fomentũ. alia ad vtriusq̃ subuersionẽ Cum igitur absq̃ sacramentis quibus nõ alligauit potentiaz suam deus homini gratiam donare possz predictis de causis sacramenta instituit. Duo autem sunt in quibus sacramentuz cõsistit. scz verba. ⁊ res. Uerba vt inuocatio trinitatis. res vt aqua oleum ⁊ hmõi.

In q̃b⁹ consistit sacramẽtum.

De differentia sacramentoꝝ veterum et nouoꝝ. e

Iam videre restat differentiã sacramentoꝝ veterũ et nouorũ vt sacramenta vocemus q̃ antiquitus res sacras signabant. vt sacrificia ⁊ oblatiões et huiusmodi. Eorum autem differentiaz breuiter Aug⁹. assignat dicens. qꝛ illa promittebant tantũ ⁊ significabant. hec autẽ dant salutem.

De circumcisione. f

Fuit tamẽ inter illa sacr̃a sacr̃m quoddã. s. circũcisionis idẽ cõferens remediũ cõtra pctm̃ qd̃ nunc baptismus. Uñ Aug. Ex quo instituta ẽ circũcisio in populo dei que erat tũc signaculum iusticie fidei. ad purgationez valebat magnis ⁊ ꝑuulis originalis veterisq̃ peccati. sicut baptism⁹ ex illo valere cepit ad innouationẽ hois. ex quo institut⁹ est Itẽ Beda Idẽ salutifere curationis auxiliuz circũcisio in lege cõtra originalis peccati vulnus agebat. qd̃ baptismus agere reuelate gratie tp̃e consueuit. excepto q̃ regni celestis ianuã nõdum intrare poterãt Tamen in sinu abrae post mortẽ requie beata consolati supne pacis ingressum spe felici expectabant. His apte tradit̃ ꝑ circũcisionẽ ex quo instituta fuit. s. remissionem peccati originalis ⁊ actualis paruulis ⁊ maioribus a deo prestitam. sicut nunc ꝑ baptismum datur.

Aug. ad valeriũ ꝯtra iulianum.

Beda super euangelium

De viris qui fuerũt ante circũcisionẽ et de feminis que fuerunt ante et post. g

Querit̃ etiaz de viris qui fuerunt ante circũcisionẽ. ⁊ d̃ feminis q̃ fuerunt ante et post. qd̃ remediũ cõtra pctm̃ habuerit? Quidã dicũt sacrificia ⁊ oblatiões eis valuisse ad remissiõez pcti Sz meli⁹ est dicere illos q̃ d̃ abraã ꝓdier̃t ꝑ circũcisionẽ iustificatos. mulieres v̄o ꝑ fidẽ ⁊ opationẽ bonã. vl' suã si adulte erãt vel parentũ si paruule. Eos v̄o q̃ fuerunt añ circũcisionẽ ꝑuulos in fide parentũ. parentes v̄o ꝑ virtutẽ sacrificioꝝ. s. quã itelligebant spiritualiter in illis sacrificijs iustificatos. Uñ Greg. Qd̃ apud nos valet aqua baptismi. hoc egit apud veteres vel ꝓ ꝑuulis sola fides. vel ꝓ maiorib⁹ v̄tus sacrificij. vel ꝓ his q̃ ex abrae stirpe ꝓdierunt mysteriũ circũcisionis.

Greg⁹. in moralibus.

De institutione et causa circumcisionis. h

Hic dicēdum est in

quo instituta fuerit circūcisio. Et quare ꝛ cur mutata p baptismū? Abraā primꝰ mādatum circūcisionis habuit ad pbationē obedientie. nec ei soli precepta fuit circūcisio sed et semini eius. i. oībus hebreis. q̄ fiebat ſm legē octauo die lapideo cultro in carne p̄pucij. Data aūt fuit circūcisio pluribus de causis. s. vt p obedientiā mandati abraam placeret deo. cui p p̄uaricatōez adā displicuerat. Data etiā fuit in signuz magne fidei abrae qui credidit sē habituꝝ filiū in quo fieret benedictio oīm. Deinde vt hoc signo a ceteris nationibꝰ discerneretur populus ille. In carne vo p̄pucij iō iussa est fieri circūcisio. qz in remediū instituta est originalis peccati quod a parentibus trahimus p cōcupiscētiā. que in parte illa magis dominaf. et qz in pte illa culpam inobedientie primus hō sensit. decuit vt ibi signū obedientie acciper.

Quare i carne prepucij

Quaf data fuit circumcisio.

per ignem quendam purgatorium. quāto magis minusue bona peuntia dilexerunt tanto tardius citiusq; saluari. Unde non frustra illa tria distinxit apostol⁹. lignum fenū. stipulā. que illi edificant. qui ⁊ si aliena nō rapiunt. rebus tñ infirmitati concessis aliqua dilectione inherent. Qui ꝑm suos amandi modos vel diutius vt lignum vel minus vt fenū. vel minimū vt stipulā ignem sustinebunt. Qui ꝟo supedificant aurum. argentum lapidē p̄ciosum. d̄ vtroq; igne securi sunt. nō solū de illo eterno q̄ cruciaturus est impios ineternū. sed etiaz de illo emendatorio quo purgabunt̄ quidam saluandi.

Quid sit edificare li. fe. stipu.

Aug. super psal. cxcij.

Oppositio. c

Hic obijci pōt. Si p lignū. fenū. stipulā venialia intelligunt̄ peccata. ⁊ nullus adeo pfectus est q̄ venaliter nō peccet. Ergo qui edificant aurum argentum lapidē p̄ciosum. edificant etiaz lignum. fenū. stipulaz. ergo p ignem transibunt. Ad quod dicimus qꝛ nō omnis q̄ venialiter peccat. lignū. fenū. stipulā edificat. sicut econuerso nō omnis qui cōtēplatur deū et diligit ꝓximū ⁊ opa bona facit edificat aurū argentū lapidem p̄ciosum. ⁊ tñ in auro intelligit̄ ꝯtemplatio dei. in argento dilectio ꝓximi. in lapide p̄cioso bona opera. Sed illi qui edificant lignum. fenum. stipulā deū cōtemplant̄ et ꝓximum diligunt ⁊ opa bona faciunt. nec tñ edificant aurū. argentū lapidem p̄ciosuz. Hec em̄ edificat qui sic illa tria facit. vt cogitet que sunt dei. ⁊ quō placeat deo. nō mūdo Lignū ꝟo ⁊ fenū. et stipulā accipi possunt seculariū rerū q̄uis licite cōcessaruz tales cupiditates vt amitti sine animi dolore ñ possint. Hec ergo edificat is qui cogitat q̄ mundi sunt. quō placeat mūdo. qui circa diuitias suas quodammodo carnali affectu tenetur. ⁊ tñ ex eis multa beneficia fac̄ nec ꝓ eis aliquid fraudis vel rapine molitur. Ex his ergo patet q̄ nō idez hō simul hec ⁊ illa edificat. Illa em̄ edificatio perfectoꝝ tm̄ est. qui nō cogitant placere mūdo sed tm̄ deo. qui et si venialit̄ aliqñ peccāt. feruore charitatis ita assumit̄ in eis peccatum sicut gutta aque in camino ignis. ⁊ iō nunq̄ secū portant cremabilia. Hec autē inferior edificatio minorū est. qui nō tātū deo sed etiā mundo placere cogitant. deū tñ p̄ponūt. Si ꝟo mundū p̄ponerent. nō supedificarent. sed destruerent fundamentum. Affectiones ergo carnales quib⁹ debiti sunt domibus coniugibus. possessiōibus. ita vt nihil preponant christo: illis tribus significantur que in mentes pfectorū non cadunt. ⁊ si alia venialia admittant. In cordibus ꝟo minorū interdum durāt vsq; in finē. qui cū talibus edificijs transeunt. sed dissoluentur in igne. Ip̄i vero merito fundamēti salui erunt. grauissimā tamen penam sentiāt. Ex quo apparet q̄tā hic misericordiam exhibet deus ⁊ quantā ibi exerceat seueritatem cū ꝓ eodem peccato multo grauius ibi puniat q̄ hic.

Soluit.

Quid sit edificare a. a. ⁊ l. pre.

Opinio quorundam cum obiectione. d

Sed forte dices illud eē accipiendum de pena peccati. non de ipso peccato. quod Gregorius dicit. quedam leuia in futuro dimittēda. Si em̄ veram penitentiam habuerit quis. peccata omnia dimissa sunt ei. sed pena forte remansit Ideoq; si vere penitens obijt. sine peccato transijt. Si autem vero penitens non est in obitu. maculam portat que nunq̄ delebitur. Qui vero edificat lignum. fenum stipulam vere penitet. quia bonus est et charitatem habet. ⁊ in charitate de hac vita transit. ergo sine peccato transit. non sequitur. Verum quidem est quia bonus est et charitatem habet et vere penitet. et tamen cum veniali peccato transit qd̄ non deleuit penitentia. Penitentia enim non delet nisi peccatum illud quod deserit homo. Tale aūt peccatū sepe i hac vita nō delinquitur ab homie. ⁊ tamen vere penitēs est. et si nō de omnibus venialibus penitēat. Potest em̄ quis de omni mortali et de omni veniali penitere. excepto vno vl̄ pluribus venialibus quidem. Sicut habz q̄s charitatem et vnum vel plura venialia. Quod de criminalibus nullatenus eē potest. Est enim aliquis bonus charitatē habens sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hec secularia. Talis existens subita morte opprimitur In illo terreno affectu mortuus est. et tamē saluabit̄. a quo non se hic absoluit. ergo post hanc vitam ab illo purgabitur Constat ergo quedam peccata sed leuia post hanc vitam dimitti Si vero de pena peccati iliud intelligi voluissent autores. cur magis commemorassent leuia q̄ grauia. cum etiam grauiū pena hic inexpleta post hanc vitā restet.

Q̄ aliq̄s ꝟe penitet ⁊ si ñ de oī veniali

De generali confessiõe quid ꝓ-sit. e

Post hec cõsiderã-

dum est quid ꝓsit cõfessio illa vbi singula peccata que quisq; fecit non exprimũtur? Sane dici põt. q; omnia criminalia semel saltẽ optet in cõfessiõe exprimi nisi aliqua a mente exciderint. Sed q; nemo delicta intelligit omnia. generaliꝫ saltẽ ea cõfitere quoz memoriam non habes. ⁊ sic nihil celasti de sceleribus tuis. Venialia vero ꝙa innumerabilia sunt sufficit generaliter cõfiteri. nisi aliqua sint frequenꝫ iterata. ꝓfectius est tamen etiã illa exprimere si vales Ideoq; quotidie generaliter fit confessio in ecclesia ꝓ venialibus. s. peccatis que ꝙtidie admittimus. et ꝓ illis mortiferis ꝙꝝ noticiã nõ habemus. Añ Aug. Veritatẽ dicit deo penitens qñ nihil illi de commissis sceleribus celat: nisi qõ et si voluntate celauerit. deus ignozet. sed veritatẽ sibi dici vult ab eo vt veniã ꝙsequaꝫ. Si ꝙo mẽte aliqua exciderint. ꝙfitetur veritatẽ deo cũ generaliter dixerit. Deus ꝙ nosti occulta cordis et opa mea ⁊ delicta a te nõ sunt abscondita. ꝙb⁹ veniã largiaris ꝓcor. et ꝫ est veritas confitẽtis quã diligit de⁹. Añ Ecce eñ veritatẽ dilexisti ꝫhic insinuatur q; generalis cõfessio etiã mortalia delet. ꝙ rum intelligentia nõ habetur.

Aug⁹. in ãta rñsiõe cõtra pellagianos.

Nemo confiteatur peccata que non fecit. f

Sicut autempeni

tens celare nõ debet peccatũ suũ qz superbia ẽ. ita nec humilitatis cã fateri se reũ illius qõ se nõ cõmisisse noscit. qz incauta ẽ talis humilitas ⁊ peccatorẽ ꝙstituit. Unde Aug. Cum humilitatis causa mentiris. si nõ eras peccator antecꝫ mentieris mentiẽdo efficieris qõd vitaras Veritas in te non est nisi ita te dixeris peccatorez vt etiã esse cognoscas. Veritas aũt ipa ẽ vt quod es dicas. Nam quomodo est veritas vbi regnat falsitas.

Aug. deverbis apli.

De penis sacerdotis qui peccatum publicat confitentis. g

Caueat autẽ sacer

dos ne peccata ꝙfitentiũ alijs ꝓdat alioqn deponaꝫ. Añ Greg. Sacerdos añ omnia caueat ne de his que ei ꝙfitenꝫ peccata alii cui recitet. nõ ꝓpinquis. nõ extraneis. nec qõ absit ꝓ aliquo scandalo. Nã si hoc fecerit deponaꝫ et oĩbus diebus vite sue ignominiosus pegrinando ꝓgat. Qõ ꝙo dictum est vt penitens eligat sacerdotẽ sciẽtem ligare et soluere. videtur contrariũ ei qõd in canonibus repitur. vt nemo. s. alterius parrochianũ iudicare ꝓsumat Sz aliud est fauoze vel odio ꝓprium sacerdotez cõtemnere qõd canones ꝓhibent. aliud cecum vitare. qõd Urbanus facere monet. ne si cecus cecũ ducat ambo in foueam cadant. Ait eñ Urbanus scõs. Placuit vt nulli sacerdotum deinceps liceat quẽlibet commissum alteri sacerdoti ad penitentiã suscipere. sine eius consensu cui se prio cõmisit nisi. ꝓ ignoratia illius cui prius cõfessus est. Qui vero contra hoc facere tẽptauerit. gradus sui periculo subiacebit

Jsta ẽ distinctio. xxj. huiꝰ quarti libri. In qua magister postq; egit de tpe penitentie. Hic mouet quasdã questiones circa determinata et soluit. Et circa hoc duo facit. Primo eñ querit an etiam aliqua peccata dimittanꝫ post hãc vitã. Secũdo oñdit quõ mortale remittaꝫ cuiꝰ noticia nõ habetur. Primũ facit vsqz ibi. Post hec considerandũ est Scõm vsqz ad finẽ dis. In speciali sñia magistri stat in tribus ꝓpositionibꝰ quarũ prima est hec. Magister hoc attestaꝫ q; pctm̃ veniale etiã post hãc vitã remittatur. Hanc magister insinuans querit. Utrũ pꝰ hanc vitã etiã aliqua peccata dimittanꝫ. Et rñdet q; sic ꝙ autoritatez dñi dicentis aliqua peccata nec hic nec in futuro remitti. Et ꝙ autoritatẽ Gregorij dicẽtis quasdã culpas in futuro remitti quibusdã si tam hoc meruerint in hac vita. Et ꝙ autoritatẽ Augus. dicentis eos qui edificãt lignũ fenũ et stipulã. ⁊ ãvenialia peccata secũ portant. ꝙ ignẽ purgatorij salui quo ista peccata cremabunꝫ Postea dicit q; ille ignis purgatorij quosdã tardiꝰ quosdã citius purgat. ꝫm q; aliqui magis vel minus bona corporalia i hac vita dilexerunt. vñ gradus dilectõnis notanꝫ ꝙ hec tria. s. lignũ fenũ et stipulã Illi tñ qui supedificãt aurũ argentũ ⁊ lapides ꝑciosos. tam ab igne eterno q; ꝙ purgatorij securi sunt. Postea obijcit ꝙtra predicta hoc mõ. Si ꝙ lignũ fenũ et stipulã intelligunꝫ venialia. cũ nullus sit sine venialibus. ergo nullus est qui ista nõ edificet. et ita etiã viri pfecti q; edificant auz argẽtũ et lapides ꝑciosos. edificabũt lignũ fenum ⁊ stipulã. Et q; alij sunt qui edificant lignũ fenũ et stipulam sicut impfecti. qui ꝙuis deũ contemplanꝫ et ꝓmũ diligant ⁊ bona opa faciũt tñ nõ dicunꝫ supedificare aurũ argentũ et lapides ꝑciosos ꝙ q; predicta tria intelliguntꝫ. qz nõ habent hec tria excellenꝫ sed cũ aliquo inordinato amore rerũ tpalium. Alij ꝙo sunt qui edificant aurũ argentum ⁊ lapides ꝑciosos. sicut pfecti q; quidẽ intenti sunt cõtemplationi dei q; intelligiꝫ ꝙ auz. ⁊ dilectioni ꝓximi que intelligitur per argentum. et ceteris bonis operibus que intelliguntur per lapides preciosos Jsti edificare dicuntur non lignum fenum et stipulam. sed imperfecti qui simul cum deo cogitant que sunt mundi edificãt lignũ fenũ et stipulã. et cũ talibꝰ edificijs trãseũt

ꝙ cremabuntur igne purgatorij. Licet transitorie tamen grauiter puniunt. Hic eñ misericordia exhibetur. illic iustitia exercebitur. Secda ꝓpositio est hec Sicut ꝙ generalē confessionē et verā contritionē venialē delēt sic etiam mortale cuius non habet notitia etiam si nō reciteť. Hanc magister insinuās quetur. Et respondet ꝙ singula peccata mortalia quorum quis memoriā habet debet singulatim sit in cō fessione exprimere. sed quoꝝ memoriā non hz oportet saltem generaliter confiteri. venialia autē quia innumerabilia sunt oportet et sufficit ea generaliter confiteri. Añ subdit ꝙ confessio generalis sit i eccle sia ꝙ quam remittunť peccata venialia ꝛ etiam mortalia quorum memoriam non habemus. Addit etiam ꝙ sicut penitēs non debet peccata celare que fecit quorum. s. habet memoriā. ita debet attēdere vt peccatum non confiteat quod non fecit. quia sic mētiretur et peccaret Ultimo dicit ꝙ sacerdos debz oībus modis peccata confitentū celare. qō si non fecerit deponendus est. addit etiā ꝙ penitens nūq̄ dz ꝓprium sacerdotem dimittere nec sacerdos quicunq̄ aliquem alteri sacerdoti commissum ad penitentiam suscipe debet. tñ ꝓpter ignorantiaz ꝓprij sacerdotis potest penitens querere discretū sacerdotem Ett̄ñ in speciali.

Si peccata dimissa redeant. a

DI. XXII

QUinq̄ multis autoritatibus supza sit assertum in vera cordis ↄtritōne pctā dimitti añ cōfessionē vel satisfactionē ei etiā q̄ aliqñ in crimē relapsurus est: q̄rit. Si post cordis cōtritionem cōfiteri ↄtēpserit. vel in pctō idē vel simile recidерit. an pctā dimissa redeant? Cui⁹ questionis solutio obscura est ꝛ perplexa. alijs asserentibus alijs eō negātib⁹ pctā sēl dimissa vlteri⁹ replicari ad penaz Qui ꝛo dicūt pctā dimissa redire. subdit se muniūt testimonijs. Amb. ait Bonate inuicem si alter in alterū peccat. alioq̄n deus repetit dimissa. Si eñ in his cōtempt⁹ fuerit sine dubio reuocabit sniam ꝙ quaz misericordiā dederat. sic in euāgelio ō seruo neq̄ legiť. qui in ꝓseruū suum impius deprehensus est. Item Raba. Neq̄ fuit tradidit deus tortoribus quoadusq̄ redderet vniuersum debitum. qz nō solū peccata que post baptismū homo egit reputabuntur ei ad penā. sed etiā originalia que in baptismo sunt ei dimissa. Item Greg⁹. Ex dictis euangelicis constat. qz si ex corde nō dimittimus. quod i nos delinquiť. et hoc rursum exigiť qō iam nobis ꝙ penitentiā dimissum fuisse gaudebamus Itez Aug⁹. Dicit deus. dimitte ꝛ dimittet tibi ego ꝓius dimisi. dimitte vl̄ postea. Nā si non dimiseris reuocabo te. ꝛ quicq̄d dimiseram replicabo tibi. Item Qui diuini beneficij oblitus suas vult vindicare iniurias. nō soluz de futuris peccatis veniam non merebitur. sed etiā ꝓterita que iam sibi dimissa credebat. ad vindictā ei replicabunť. Itē Beda. Reuertar in domū meā zē. Timendus est ille versiculus nō expo nendus. ne culpa quā in nobis extinctam credebamus. ꝙ incautelā nos vacātes oppримat. Itē. Quecunq̄ eñ p⁹ baptisma. siue prauitas heretica seu cupiditas mundana arripuerit. mox oim ꝓsternet in ima viciorum. Item Aug. Redire dimissa pctā. vbi fraterna charitas nō est: aptissime dominus in euāgelio docet. in illo ꝟuo a quo dimissum dñs debitū petijt. eo ꝙ ille ꝓseruo suo debitū nollet dimittere. His autoritatib⁹ innituntť q̄ dicūt pctā dimissa si replicantť redire simpl̄r. Quibus opponitur Si q̄s ꝙ pctō de quo penituit ꝛ indulgentiam accepit iterū punitť. nō videť iustum Si punitur ꝙ eo qō peccauit et nō emēdauit: iusticia est apta Si vero reḡritť qō fuerat condonatum: vel iusticia nō est. vel iusticia est occulta Videtur etiā deus bis in idipsum iudicare. et duplex tribulatio cō surgere. qō scriptura negat. Sed ad hoc pōt dici. ꝙ neq̄ duplex tribulatio consurgit. neq̄ iudicat deus bis in idipsuz. Hoc eñ fieret si post condignam satisfactionez et sufficientem penam iterum puniret. sed non satisfecit digne et sufficienter. qui non ꝓseuerauerit. Debuit eñ iugem pcti habere memoriam. non ad faciendum. sed ad cauendum. debuit nō obliui sci oñs tribulationes dei. que tot sunt q̄t sunt pctōq̄ remissiones. Tot ergo ōbuit cogitare dona dei. quot mala sua. ac ꝓ illis vsq̄ in finem gr̄as agere. Sed qz ingratus ad vomitum sicut canis redijt. anteacta bona mortificauit. et peccatū dimissum reuocauit. vt cui humiliato añ deus peccatū dimiserat. eidem postea elato et ingrato imputet.

Beda super Lucam.

Oppositio ꝓtra eos.

Aug. in li. de baptismo

Autoritatibus astruit pctā redire.

Greg. ī omelia quadam.

Aliorum sententia. b

Sed quia absonū videť vt pctā dimissa iterq̄ imputentť. placet quibusdā neminem ꝓ peccatis semel dimissis iterum a deo puniri. Sed ideo dicunť dimissa redire et imputari. qz ꝓpter ingratitudinē ita reus et peccator cōstituitur. vt ante fuerat. Si eñ quod dimissum fuerat dicit exigi. quia remissionis ꝓcepte ingratus. ita reus fit. vt ante fuerat. Utri

q̄ pti questionis probati fauēt doctores Ideoq̄ alicui pti non p̄iudicans studioso lectori iudicium relinquo. addēs mihi tutū fore. ac saluti ꝓpinquum. sub mensa dominorum micas edere.

Quid sit hic sacr̄m et res. c

Post p̄dicta restat

inuestigare quid in actione penitētie sit sacramentū et res. Sacramentū em̄ signum est sacre rei. Quid ergo hic signum est. ⁊ q̄ est res sacra hui⁹ signi? Quidā dicunt sacramentū hic esse qđ exterius tm̄ geritur. s. exteriorem pnīa que est signū interioris pnie. s. cōtritionis cordis ⁊ humiliatōnis. Sed si ē: nō omne sacr̄m euāgelicū id efficit qđ figurat. Exterior em̄ pnīa nō efficit interiorem potius interior causa est exterioris. Sz ad hoc inquiunt illi hoc esse intelligendum de illis sacramentis que in nouo testō instituta sunt. vt est sacr̄m baptismi. ꝓfirmationis ⁊ corpis xp̄i. Sacramentū vo pnie sic et coniugij ante tp̄s gratie etiam a primordio humani generis fuit. Utrūq̄ em̄ institutū fuit in primis parētibus. Itē Si exterior pnīa sacr̄m est. ⁊ interior res sacramēti. sepius p̄cedit res sacr̄m q̄ sacr̄m rē. Sz nec hoc incōueniēs est. Nā ⁊ in alijs sacramentis que efficiunt qđ figurāt. hoc sepe

Aliorū sn̄ia. ꝓtingit. Quidā aūt dicunt exteriorē penitentiam ⁊ interiorē esse sacr̄m nec duo sacrāmēta. sed vnū. vt species panis et vini. nō duo sunt sacramenta sed vnū. Et sicut in sacro corpis. ita etiā in hoc sacro dicūt aliud esse tm̄ sacr̄m. s. exteriorem pnīam. aliud sacr̄m ⁊ rē. s. interiorē pniaz. aliud rē ⁊ nō sacr̄m. s. remissionē peccatorū. Interior em̄ pnīa. et res est sacr̄i. i. exterioris penitentie. ⁊ sacr̄m remissionis peccati. quā ⁊ signat ⁊ facit. Exterior quoq̄ pnīa ⁊ interioris signū est. ⁊ remissionis peccatorū.

Ista est distinctio xpij. huiꝰ quarti libri. In qua magister postq̄ egit ō tpe pnīe. hic determinat quedā que ptinēt ad effectuz eiꝰ que est remissio peccatorū. Et tria circa hoc facit. Primo ei inquirit vtrū peccata in cōtritiōe dimissa cōfessione sequenti omissa vel cōtempta redeant. Scō quid i hoc sacro sit res ⁊ quid sacr̄m fm quosdā manifestat. Tertio quō pnīa exterior et interior vnū sit sacrāmētū fm alios insinuat. Primū facit a principio distinctionis vsq̄ ibi. Post p̄dicta. Scōm vsq̄ ibi. Quidā autem dicunt. Tertiū vsq̄ ad finē distinctiōis. In spāli sententia magistri stat in tribus ꝓpositionib⁹ quarum prima est hec. Quidā dicunt peccata semel dimissa p gratie p̄ditionē iterū ad penam replicari. sed alijs placet hmōi pctm̄ iterū a deo nō imputari. Hāc magister insinuans ꝓponit p̄mo vtrū dimissis peccatis

in cōtritiōe si hō postmodū cōfiteri cōtemnat vel impūna pctā vel in cōsimilia pcā incidat. an pctā priꝰ dimissa redeāt. Postea tāgit circa hoc diuersas opiniones. Quidā em̄ dicūt ea redire ⁊ adducūt parabolam de seruo nequā a quo videt vniuersum debitū etiā priꝰ dimissum exactū esse. tangunt etiā in litera plures autoritates que faciunt ad ꝓpositū. Sz ꝯtra hoc oppoit. ñ em̄ videt iustū vt p peccato quo quis semel iudicatus est. iterū iudicet. Et respōdet q̄ ppt̄ hoc nō bis sup eodē pctō iudicat. q̄ nō perfecte penituit cū nō indigne psoluit ⁊ ingratus fuerit. Alioq̄ opinio est q̄ pctā dimissa añ nō redeāt iterū nisi ꝓpt̄ ingratitudinē. ꝓpt̄ ingratitudinē em̄ ās reus constituit sicut añ fuerat ac si peccata redirēt priꝰ stina. Postea magister a determinatione hui⁹ questionis cessat et se excusat relinquens studiū eius studioso lectori. eo q̄ vtraq̄ opinionū doctores fauentes habet. Scōa ꝓpositio est hec. In sacro penitentie penitentia exterior est sacr̄m. interior aūt res sacramenti. Hanc magister insinuans querit cū sacramētum sit sacre rei signū. quid in pnīa sit sacramentuz et quid res. Postea soluit fm opinionē aliquoq̄ dicentium exteriorem esse sacramentū interiorē rez sacramenti. Contra qđ statim opponit q̄ sacrāmēta noue legis efficiūt q̄ figurant. exterior aūt pnīa nō efficit interiorē ergo non est sacr̄m. Et fm opinionē eorum rñdet dicens q̄ verū sit ō illis sacramentis q̄ in nouā lege instituta sunt. vt baptismus ꝓfirmatō ⁊ corpus xp̄i. pnīa aūt non est talis q̄ in primis parētibus fuit. et temporibus eoq̄ instituta sicut matrimonium. Obijcit etiā alio modo q̄ sacramentū debet p̄cedere rem. pnīa aūt exterior non p̄cedit interiorē vt sepius. Et respondet q̄ etiā in alijs sacramētis sepe p̄cedit res sacramentū sicut econuerso vt in adultis contritis gratia ante baptismū cōfert. Tertia ꝓpositio est hec. Alij dicūt tā exteriorē penitentiam esse sacr̄m q̄ interiorē. tū non esse duo sacramēta. sed vnum completū. Hanc em̄ ꝓpositionē ꝓponens soluit questionē p̄missam fm aliorū opiniones qui dicunt tā exteriorē q̄ interiorē vnum esse sacr̄m sicut species panis et vini non duo sunt sacra sz vnū. Exterior aūt pnīa est tm̄ sacr̄m. Interior aūt ē res ⁊ sacr̄m remissio aūt peccatoq̄ est tm̄ res. ⁊ sic tria sūt in hoc sacro sicut sunt in alijs sacramentis. Et tm̄ in speciali.

De sacramento vnctionis extreme. a

Peter p̄miſ= D. XXIII

sa est etiā aliud sacramentuz scz vnctio infirmorū que fit i extremis oleo p ep̄m cōsecrato. Et sunt tria genera vnctionis. Est em̄ vnctio que fit chrismate. que dr̄ principalis vnctio. q̄ in ea principaliter paraclit⁹ datur. Unde et ꝓpter abundantiam gr̄e duos liquores mixtos habet. oleū. s. et balsamum. oleum conscientie. balsamum fame. Chrisma xo grece vnctio latine dr̄. Nec tn̄ omne oleū ad vnctionem sanctificatum chrisma vocatur. sed illud solū qđ miscet cum balsamo. quo capita regū et pontificum vngunt. quo etiam baptizatos sacerdos vngit in vertice. et pontifex p imposi

De trib⁹ generibus vnctionis.

Vnctionis sit tria genera

tionem manus confirmandos vngit i frõte. Est ⁊ alia vnctio qua cathecumini ⁊ neophici vnguntur in pectore ⁊ inter scapulas. in perceptione baptismi. Tertia vero vnctio est que dicitur oleum infirmorum. de qua nunc agitur.

A quibus institutum sit hoc sacramentum. b

Hoc sacramentuz vnctionis infirmoruz ab apostolis institutum legit̃. Ait em̃ Jacobus. Infirmatur aliquis in vobis iducat presbyteros ecclesie. et orent super eum vngentes eũ oleo in nomine domini et alleuiabit eum domin⁹ ⁊ si in peccatis fuerit. dimittẽt̃ ei. In quo ostenditur duplici ex causa sacramentũ h̃ institutum. s. ad peccatorum remissionẽ. ⁊ ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Unde constat eum qui hanc vnctionem fideliter deuoteq; ꝑcipit. et in corpe et i anima alleuiari. si tamen expedit vt in vtroq; alleuietur. Q̃ si forte corporis valitudinẽ illi habere nõ expedit. illam que est anime sanitatem in hoc sacramento acquirit. Et sicut in alijs sacramentis ita et in isto. aliđ est sacr̃m. aliud res sacr̃i. Sacr̃m ẽ ip̃a vnctio exterior. res sacramenti vnctio interior que peccatorum remissione et virtutuz ampliatione ꝑficitur. Et si ex contemptu vel negligentia sacramentũ hoc p̃termittitur: periculosum est et damnabile.

De iteratione hui⁹ sacramenti. c

Querunt aliqui si hoc sacramentum iterari possit. cũ baptismus ⁊ alia quedã sacramenta semel suscepta non iterent̃? Augu. dicit. sacramentũ non iterandum et sacramento non faciendam esse iniuriam. sed hoc dicit vbi ait de sacramento baptismi et ordinationis Uñ nõ videt̃ illud generaliter accipiendũ. sed de sacramento baptismi et cõfirmatiõis et ordinationis. que nullatenus sunt repetẽda. q̃ semel tm̃ et nõ sepius dat̃ baptism⁹ ⁊ cõfirmatio ⁊ ordinatio. Sacramentũ vero altaris et penitentie et coniugij sepe iterari videtur. q̃ sepe sacramentum corporis percipitur. frequenter penitentia agit̃ coniugium sepe contrahitur Quare ergo vnctio similiter nõ potest iterari? Si morbus nõ reuertit̃. medicina nõ iteretur. Si vero morbus non potest cohiberi. quare medicina debet ꝓhiberi. Sicut oratio iterari potest ita et vnctio iterari posse videt̃ vtraq; em̃ illic commemorat Jacobus. et vtrunq; illic cooperat̃ ad ferendam alleuiationem corporis et aĩme. Cur ergo negatur vnctionem super infirmum posse iterari ad impetrandam sepius sanitatem mentis et corporis. cum propter idem sepe iteranda sit oratio? Quidã aũt de omni sacramento intelligi volunt q̃ non sit iterandum. s. ꝟm totum illud quod ꝑtinet ad sacramentum. dicentes quedam sacramẽta sepius posse suscipi. quedaz vero nõ. Nec tñ que sepius sumunt̃. totaliter iterantur vt sacramentum altaris ⁊ vnctionis. que licet sumant̃ sepius. tamen q̃ nõ iterũ benedicitur eadem hostia vel idem oleũ. nõ iteratur sacramentũ cum iniuria. Sz dicet quis sic et baptismus nõ iterat̃. et si aliquis frequenter baptizetur dum eadem a qua non iterum benedicat̃? Sed aliud est inquiunt illi de benedictione aque qua fit baptismus. aliud de benedictione panis ⁊ olei. Potest em̃ baptismus celebrari in aq̃ etiam nõ benedicta. quia illa benedictõ ꝓ reuerentia tantũ fit ⁊ decore. nõ virtute sacramenti. Sed corpus christi nõ potest cõfici nisi de pane consecrato. nec vnctio illa fieri potest nisi de oleo ab episcopo consecrato. Ideoq; illa sanctificatio ad virtutẽ sacramenti ꝑtinere videtur. In coniugio quoq; semel tm̃ benedicitur quisq; non sepius. Benedicitur em̃ vt ait Ambro. cum prima et non secunda vxore. Si ergo cum dicitur sacramentum nõ esse iterandũ. nec iniuria ei esse facienda. rationez dicti referas ad satisfactionem rei qua sacramentũ expletur. de omni sacramento generaliter id verum est. Si v̄o ad susceptionez sacramenti. de quibusdam verũ est q̃ nõ iterantur crebra susceptione. de alijs vero q̃busdam non q̃ frequẽter sumunt̃. vt hoc vnctionis sacramentũ quod in omni pene ecclesia sepe repetitur.

Aliorũ opĩo

Ista ẽ distinctio. xxiij. hui⁹ quarti libri. In qua magister postq̃ determinauit de baptismo qđ est sacr̃m intrãtiũ. ⁊ de ꝯfirmatiõe. eucharistia ⁊ pnĩa que sunt sacr̃a ꝓgredientiũ. Hic v̄o determinat de extrema vnctiõe q̃ est sacr̃m exeuntiuz Et tria circa hoc facit. Primo em̃ q̃d sit hoc sacr̃m maĩfestat. Scđo oñdit q̃d efficiat. Tertio suadet ne quis ip̃m ex cõtẽptu et negligentia p̃termittat. Primum facit a principio distin. vsq; ibi. Hoc sacr̃m vnctionis. Scđm vsq; ibi. Querunt aliq̃ si hoc sacr̃m. Tertiũ vsq; ad finẽ dis. In spãli snĩa mgr̃i stat in tribus ꝓpositionib⁹ quarũ prima est hec. Extreme vnctionis infirmoꝝ q̃ fit in oleo ꝯsecrato ꝑ man⁹ epoꝝ

sunt tria genera iuxta dicta magistroꝝ. Hāc mgr̄ insinuans dicit p̄mo q̄ sacr̄m extreme vnctōis fit oleo p eṕm cōsecrato. Et tangit triplex genus vnctiōis. Est eñ quedam vnctio p̄incipalis que fit chrismate et oleo. s. mixto balsamo. et tali vnctiōe vnguñt reges et pontifices in capite. ꝓfirmādi aūt in frōte. baptizandi aūt in vertice. Alia est vnctio qua vngūtur cathecumini inter scapulas. Tertia est vnctio qua vnguñt infirmi. ꝛ de hac ad pñs agitur. et he duc fiunt simplici oleo bñdicto. Postea dicit hoc sacr̄m institutū fuisse ab aplis vt dicit b. Jacobꝰ in canonica sua. c. ij. Scda ꝓpō est hec. Hoc sacr̄m duplici d̄ cā ab aplis est institutū. s. ad pctōꝝ remissionē ꝛ ad corporalis infirmitatis alleuiationē. Hanc mgr̄ insinuans dicit hoc sacr̄m institutū fuisse ad duplicem effectū. ad sanitatē aīe ꝛ corpis. q̄ tñ nō expedit hoī vt sp alleuiet corpaliter. ideo nō sp hoc sacr̄m sanitatez acquirit. q̄ñ hoc sacr̄m deuote ꝛ fideliṫ recipit. Postea ponit buⁱˢ sacri cōformitatē ad alia. Nā i hoc sacramento est aliquid qđ est sacr̄m tm̄. vt est extrema vnctio. ꝛ aliq̄d qđ res sacri. vt interior vnctio. i. peccatoꝝ remissio. ꝛ virtutū appositio. et ideo hoc sacmentū cōtemnere vel negligere piculosum est. Tertia ꝓpositio est hec. Hoc sacr̄m ex cōtemptu ꝛ negligentia nō ptermittaṫ nec iṕm reiteraṫ nisi moribus reuertaṫ. Huius ꝓpositionis p̄ma ps patet ex premissis. scda magister insinuans querit. Utrū hoc sacr̄m possit reiterari. Et oñdit q̄ b. Aug. q̄ nō. q̄a inuriam facit sacro q̄ reiterat sacr̄m. et sic rñdet q̄ Aug. loquiṫ tm̄ de tribus sacris. s. de baptismo. cōfirmatione ꝛ ordine que nullo mō iteranda sṫ. Alia vo sepⁱˢ iterari pñt. vt eucharistia. pnīa. ꝛ mr̄imonium. quare etiā vnctio iteraṫ. si eñ morbus iteraṫ et vnctio q̄ est medicina morbi iteraṫ. Et tm̄ i spāli.

De ordinibus ecclesiasticis. a

DI. XX IIII

Nunc ad consideratiōnē sacre ordinatiōis accedamus. Septem sūt spiritualium officioꝝ gradus siue ordines sicut ex sanctoꝝ patruz dictis apte tradiṫ. et capitis nostri. s. iesu xp̄i exemplo monstratur. qui omniū officia in semetiṕo exhibuit. ꝛ corpi suo q̄ō est eccl'ia eosdem ordines obseruādos reliquit. Septem autē sunt ꝓpter septiformem gratiā sanctiſpiritus. cuius qui nō sunt p̄ticipes ad gradus ecclesiasticos indigne accedūt Illi vo in q̄oꝝ mētibus diffusa est septiformis gratia spiritussancti. cum ad ecclesiasticos ordines accedunt. in ipsa spiritualis gradus ꝓmotione ampliorem gratiā p̄cipere creduntur.

Quaꝛ septē sunt.

Quales assumendi sunt ad clerum. b

Clemēs pa.

Tales autez ad ministerium spirituale eligendi sunt clerici. q̄ digne possint dominica sacramēta tractare. Melius est eni domino sacerdoti pau

cos habere ministros qui possint digne opus dei exercere. q̄ multos inutiles qui ordinatori graue onꝰ inducant Tales eñ decet esse ministros christi qui septiformis gratia spiritussancti sint decori. ex quoꝝ doctrina et conuersatōis forma eadez gratia in alijs transfundaṫ. ne celestes margaritas spiritualium verboꝝ officiozum. q̄ diuinoꝝ sordide vite pedibus cōculcent. Jn sacramento ergo septiformis spiritus. septem sunt gradus ecclesiastici. scz hostiarij. lectores. exorciste. acoliti. subdyaconi. dyaconi. sacerdotes. Oēs tñ clerici vocāṫ. i. sortiti. Corona eñ signaculū ē quo signantur in p̄tē sortis ministerij diui Corona regale decus significat. et seruire deo regnare ē. Uñ ministri ecclesie reges esse debent. vt se et alios regant. quibꝰ petrus ait. Uos estis genus electū. regale sacerdotiū ꝛc̄. Summitas capitis desup nudatur. vt eorum mens ad dñm libera mōstreṫ. que reuelata facie gloriam dei cōtēpletur. Summitas eñ capitis est eminentia mentis. denudatio capitis est reuelatō mentis. Clericus eñ secretorū dei non ignarus esse debet. Tondenṫ etiaz capilli vsq̄ ad reuelationē sensuū. s. oculorum ꝛ aurium. vt vicia in corde ꝛ ope pullulātia doceanṫ p̄cidenda. ne ad audiendū ꝛ intelligendum verbum dei p̄repediatur mēs. p quo seruato. reddetur in excelsis corona. Tonsure autem ecclesiastice vsus a nazareis exoꝛtus videṫ. qui p̄ius crine seruato. deinde ob vite continentiā caput radebant. ꝛ capillos in igne sacrificij ponebāt. Hinc vsus inoleuit vt qui diuinis cultibus mancipantur. quasi nazarei. i. sancti crine posito inueniaṫ. Sicut ad ezechielem dicit. Fili hominis sume gladiuz acutum et duc super caput tuum ꝛ barbā. Jn actibus etiam apostoloꝝ p̄risscillaz ꝛ aquilam hoc fecisse legimus. Paulus quoq̄ ꝛ alij quidam discipuli christi hoc fecerunt Recte ergo in quibuslibet gradibus constituti clerici vocanṫ. quoꝝ nomina et rationes nominuz Jsidoꝛus exponēs ait. Cleros et clericos hinc appellatos esse credimus. quia Mathias electus est sorte. quem primum per apostolos legimus ordinatum. Cleros eni grece. latine sors vel hereditas dicitur. Jdeo ergo dicti sūt clerici. quia de sorte sunt domini. vl quia deum partem habent. Generaliter vero clerici nuncupati sunt omnes qui in ecclesia dei seruiūt. quorū gradus et nomina sunt

De corouaꝛ tonsura.

Jsi. in ll. vl. erbimo.

hec. hostiarius. lector ⁊c̄.

De hostiarijs. c

Hostiarii idē et ia-
Isidorus nitores sunt qui in veteri testō electi sūt ad custodiam templi vt nō ingrederet̄ in illd̄ immundus. Dicti aūt hostiarij eo q̄ presint hostijs templi. Ip̄i em̄ tenentes clauē omnia intus et extra custodiūt. atq̄ inter bonos et malos habentes iudiciū. dignos recipiunt. indignos respuunt Vñ ⁊ eis cū ordinant̄ claues ecclesie dant̄ ab ep̄o. Et dicitur eis. Sic agite tanq̄ rationem deo reddituri pro rebus que clauibus istis recludunt̄. Hoc officiū dñs in sua p̄sona suscepit qñ flagello d̄ fumiculis facto vēdentes et ementes eiecit de templo. Ipse eniz se hostiarium significans dicit. Ego sum hostium p̄ me si quis introierit saluabitur et ingredie t̄ et egredie t̄ et pasca inueniet.

De lectoribus. d

Secundus est gra-
Isidorus dus lector̄. lectores a legēdo sicut psalmiste a psalmis canendis vocati sunt. Illi ei predicant ꝑl̄is quid sequant̄. isti cantant vt excitent ad compunctionē animos audientiuz. licet quidam lectores ita miserabiliter ꝓnunciant. vt quosdā ad luctū lamentationemq̄ cōpellant. Idē etiā ꝓnunciatores vocant̄ q̄ porro añ nunciāt. q̄r tā erit clara eor̄ vox. vt etiā longe positoruz aures adimpleant Ad lectores autem ꝑtinet lectiones ꝓnunciare. ⁊ ea que ꝓphete nunciauerūt ꝑl̄is p̄dicare. vt iā ex officio in ecclesia legant ꝓphetias et lectiōes. vñ ⁊ ei vidēte populo tradit̄ ab ep̄o codex diuinarū lectionū. et dicit̄ ei. Accipe ⁊ esto verbi dei relator. habiturus si fideliter impleueris officiū. ꝑtem cum his qui bñ verbum dei ministrauerunt. Qui ad hūc gradum ꝓuehit̄. literarū sciētia debet esse instructus. vt sensum verborum intelligat. vim accentuū sciat. distincte legat. ne confusione ꝓlationis intellectū auditorib⁹ auferat. Attendat quid indicatiue. quid iterrogatiue sit legendū. vbi sit in orōne faciēda distinctio Hec em̄ male seruata. intellectū turbant et alios ad risum ꝓuocant. auribus et cordi cōsulere debet vox lectoris Hoc officiū impleuit xp̄s cū in medio seniorum librū Esaie apiens. disticte ad intelligendū legit. spiritus dñi sup̄ me ⁊c̄ Ex q̄ lectorib⁹ datur intelligi q̄r gratia spirituali clarere debent qui alijs verbū dei annūciant. Hic ordo formaz ⁊ iniciū a ꝓphetis accepisse videt̄. quibus d̄r. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocē tuam.

De exorcistis. e

Terti⁹ est ordo ex-
Isidorus orcistarū. Exorciste aūt ex greco in latinū adiurantes vel increpātes vocant̄. Inuocant em̄ super cathecuminos et super eos qui habent spiritum immundū nomē dñi adiurantes p̄ eū vt egrediatur ab eis. Ad exorcistam pertinet exorcismos memorit̄ retinere. manusq̄ sup̄ energuminos et cathecuminos in exorcizādo imponere. Debet aūt habere spiritum mundum qui spiritibus immundis imperat. et malignū expellere de corde suo quem expellit de corpore alieno. ne medicia quā alij fac̄ sibi nō ꝓsit. et dicat̄ ei. medice cura teip̄m. Hi cū ordinantur accipiunt de manu ep̄i librum exorcismorum ⁊ dicitur eis. Accipite ⁊ habetote potestatem imponendi manus sup̄ energminos vel cathecuminos. Hoc officio vsus ē dñs qñ saliua sua tetigit aures et linguaz surdi et muti dicens. Effeta. qd̄ est adapire. p̄ hoc docens nos spiritualit̄ debere apire aures p̄cordior̄ hoīm ad intelligendum. et ora ad cōfitendū. vt pulso demone: spiritussanctus vas suum recipiat. Hoc etiā officio vsus est xp̄s cū demoniacos multos sanauit. Hic ordo a Salomone videtur descendisse qui quendā modum exorcizandi inuenit quo demōes adiurati ex obsessis corporibus pellebantur Huic officio mancipati exorciste vocati sūt De quibus christus in euangelio. Si ego i beelzebub eicio demonia. filij vestri. s. exorciste in quo eiciunt.

De acolitis. f

Quarto loco succe-
dunt acoliti. Acoliti ꝟo grece. latine cero ferarij dicuntur. a deportandis cereis qñ legendū est euangelium vel sacrificiū offerendum. Tunc em̄ acceduntur luminaria et deportantur ab eis. nō ad effugādas aeris tenebras cū sol eo tp̄e rutilet. sed ad signuz leticie demonstrandum. vt sub typo luminis corporalis. illa lux ostendat̄ de q̄ legitur. Erat lux vera que illuminat oēm ho. ve. in hūc mūdū. Ad acolitū ꝑtinet p̄-

paratio luminarium in sacrario. Ipe cereum portat. ipe vrceolū cum vino et aq̄ suggesta. p eucharistia subdyaconis p̄parat. Hij cum ordinantur cum edocti fuerit abep̄o qualit in officō suo agere debeant. ab archidyacono accipiunt candelabrum cū cereo. et vrceolum vacuū. Hoc officiū dominus se habere testatur dicens. Ego sum lux mundi. qui sequitur me nō ambulat i tenebris Huius officij formā illi gerebant in veteri testō q̄ lucernas candelabri componebant ⁊ accendebant igne celesti. ad illuminandas tenebras aquilonares.

De subdyaconis. g

Quint⁹ ē ordo subdyaconoruz. Grece hypodyacones vocā tur. quos nos subdyacones dicim⁹. Qui ideo sic appellantur. q̄ subiacent p̄ceptis et officijs leuitarū. Oblationes em̄ in templo a fidelibus suscipiunt. ⁊ leuitis superponendas altaribus deferunt. Hi apō hebreos nathinnei vocabantur. i. in humilitate domino seruientes. Ad subdyaconū pertinet calicem et patenam ad altare christi deferre et leuitis tradere eisq̄ ministrare. Vrceolum quoq̄ et aquamanile et manutergium tenere episcopo et presbyteris et leuitis p lauandis ante altare manibus aquam p̄bere. His lex continētie imponitur. quia altari ppinquantes vasa corporis et sanguinis christi portant. Ām illud implere debent. Mundamini qui fertis vasa domini Ad hos etiaz pertinet tm̄ de oblationibus ponere in altari. quantū sufficere possit populo. necnon corporales et pallas ⁊ substratoria lauare Hij cum ordinantur accipiunt de manu ep̄i patenam et calicem vacuum. ab archidiacono p̄o vrceolū cū aquamanili et manutergiū. Hoc officio vsus est dominus quando lintheo se p̄cinxit. ⁊ mittens aquā in peluim. pedes discipulorum lauit et linthеo tersit.

De dyaconis. h

Dyaconorū ordo sextū tenet locū ppter senarij p̄fectionem Hic ordo in veteri testamento a tribu leui nomen accepit vel traxit. Dicunt enim et leuite. Precepit quippe dns moysi vt p⁹ ordinationem aaron et filiorum eius. prorsus tribus leui ad diuini cultus ministeria ordinarentur et consecrarentur domino. et seruirēt p israel coram aaron et filijs ei⁹ in tabernaculo. Ipsiq̄ gestarent arcam et tabernaculum et omnia vasa eius. et in circuitu tabernaculi excubarēt. et in trāsportando tabernaculo ipi deponerēt rursum q̄ cōponerent. A viginti vero annis et supra iussi sunt seruire in tabernaculo. quaz regulam in nouo testamento sancti patres constituerunt. q⁹ hec etas ad ferenda onera est robusta. Leuite ergo ex nomine autoris vocati sunt. De leui em̄ leuite exorti sunt a quibus in templo mistici sacramenti misteria explebātur. Hij grece dyacōes latine ministri dicuntur. quia sicut i sacerdote cōsecratio. ita in dyacono ministerij dispensatio habet. Ad dyaconum ptinet assistere sacerdotibus et ministrare in omnibus que aguntur in sacramentis christi scz in baptismo. in crismate. i patena. et calice. oblationes quoq̄ inferre ⁊ disponere in altari. Componere etiam mēsam domini et vestire. crucez ferre. et predicare euāgelium et epistolam ad populum. Nam sicut lectoribus vetustestamentū. ita dyaconibus nouum predicare preceptū est. Ad ipsuz etiam pertinet officium precum ⁊ recitatio cathecuminorum nominum. Ipse premonet aures habere ad dominum. ipe donat pacez. et ipse annunciat. Quod autem huic ordini a Moyse statutum ē. hoc etiam in nouo testamento repr̄esentat. cū dyacono super leuum humerum stola ponitur. et casula in diebus ieiunij complicatur. quia quicquid laboris et sustinentie i hac vita toleratur. quasi in leua portatur donec in dextra. id est in eternitate requies habeatur. Hic ordo ab apostolis celebratus est. quādo vt legitur in actib⁹ apostolorum septem viros plenos spiritusancto ad hoc officium elegerunt. et oratione premissa manus eis imposuerunt. Unde et consuetudo inoleuit vt in omni matrice ecclesia septē dyacones circa christi arā quasi septem columne assistant Hi sunt septem angeli tuba canentes in apocalipsi. Qui quales esse debeant apostolus docet thimotheo scribens. Hi cum ordinant̄ solus episcopus eis manū imponit. quia ad ministerium aplicantur. ponit eis orariū id est stolam super leuum humerum. vt p hoc intelligant se accepisse iugum domini suaue. quo ad finistram pertinentia. diuino timori subijciant. Accipiunt et textum euangelij. vt intelligāt se esse p̄cones eu-

gelij christi. Hi aũt anteq̃ ordinent̃ ꝓbentur vt docet apostolus. et sic ministrẽt nullum crimen habentes. Hoc officio vsus ẽ christus. quando post cenam sacramentũ carnis ⁊ sanguinis discipulis dispensauit ⁊ qñ apostolos dormientes ad orationem excitauit dicens. Vigilate et orate vt non intretis in temptationem.

Be presbyteris. i

Septimus ẽ ordo presbyterorum. Presbr grece senior interpretatur latine. Non modo pro etate vl' ꝺ crepita senectute. sed ꝓpter honorem ⁊ dignitatem quam acceperunt presbyteri nominantur. qui morum prudentia et maturitate conuersationis precellere debent in populo. vnde scriptum est. Senectus venerabilis est non diuturna nec annorũ numero computata. Cani enim sunt sensus hominum et etas senectutis vita immaculata. Ideo aũt etiaz presbri sacerdotes vocantur. quia sacra dant. qui licet sint sacerdotes. tamen pontificatus apicem nõ habent sicut episcopi. qꝛ ip̃i nec crismate frõtem signant nec paraclitum dant. quod solis deberi episcopis lectio actuũ apl'oꝝ demonstrat. Unde et apud veteres idez episcopi ⁊ presbri fuerunt. qꝛ illud est nomen dignitatis non etatis. Sacerdos nomen habet compositũ ex greco et latino. qꝺ est sacrum dans siue sacer dux. Sicut em̃ rex a regendo. ita sacerdos a sanctificando dictus est. consecrat enim ⁊ sanctificat corp⁹ christi. Antistes vero sacerdos dictus est ab eo ꝙ ante stat primus enim est in ordine ecclesie. Ad presbyterum autem pertinet sacramentum corporis ⁊ sanguinis domini in altari dei conficere. Orationes dicere. et dona dei benedicere. Qui cum ordinantur iunguntur eis manus. vt intelligant se accepisse gratiam consecrandi. ⁊ charitatis opa debere extendere ad om̃es Accipiunt ⁊ stolã que vtrunq̃ tenet lat⁹. quia debent esse muniti armis iusticie contra aduersa et prospera. Accipiunt etiã calicem cum vino ⁊ patenam cum hostijs. vt ꝑ hoc sciant se accepisse potestatem placabiles deo hostias offerendi. Hic ordo a filiis Aaron sumpsit inicium Summos eniz pontifices et minores sacerdotes instituit deus ꝑ moysen. qui ex precepto dei aaron in summum pontificem. filios vero ei⁹ vnxit in minores sacerdotes. Christus quoq̃ duodecim elegit discipulos prius quos et apostolos vocauit. quorũ vicem gerũt in ecclesia maiores pontifices. deinde alios. lxx. ⁊ duos discipulos designauit. quorum vicem i ecclesia tenẽt p̃sbiteri. Un⁹ autem int̃ apostolos principes extitit petrus. cuius vicarius et successor est pontifex summus. Unde dicitur apostolicus q̃ et papa vocatur scilicet pater patrũ. Qualis autem eligi debeat presbiter. apostol⁹ scribens thimoteo ostendit. vbi nomine episcopi presbiterum significat. Hoc autẽ officio vsus est christ⁹ cum seipsum in ara crucis obtulit. idem sacerdos et hostia. et quando post cenam panem et vinum i corpus suum et sanguinem conmutauit. Ecce de septem ecclesie gradib⁹ breuiter elocuti quid ad quemq̃ pertineat insinuauimus. Cumq̃ omnes sint spirituales et sacri. excellenter tamẽ canones duos tantum sacros ordines appellari censent. dyaconatus scilicet et presbiterat⁹. quia hos solos primitiua ecclesia legitur habuisse. et de his solis preceptũ apostoli habem⁹ Apostoli enim i singulis ciuitatibus episcopos et presbiteros ordinauerunt. Leuitas etiam ab apostolis ordinatos legim⁹. quorum maximus fuit beatus stephanus Subdyaconos vero et acolitos procedẽte tempore ecclesia sibi constituit.

Quid sit qꝺ hic ꝺr ordo. k

Si autez queritur quid sit qꝺ hic vocat̃ ordo? Sane dici p̃t signaculum esse. i. sacrum quoddam. quo spiritualis potestas traditur ordinato et officium. Caracter ergo spiritualis vbi fit promotio potestatis. ordo vel gradus vocatur. Et dicuntur hi ordines sacramenta quia i eorum perceptione res sacra. id est gratia cõfert̃ quã figurãt ea q̃ ibi gerũt̃.

Be nominibus dignitatis vel officij. l

Sũt et alia quedã non ordinum sed dignitatum vel officioꝝ nomina. Dignitatis simul vl' officij nomẽ est episcopus. Episcopatus aũt vocabulum inde dictum est. ꝙ ille qui episcopus efficitur superintendat curam. s. subditoꝝ gerens. Scopin em̃ grece. latine intendere dicitur. Ep̃i autem grece. latine speculatores interp̃tantur. Nam speculator est

prepositus in ecclesia dictus eo q̄ specu-
tur atq; ꝓspiciat populorum infra se posi
torum mores et vitam. Pontifex est prin-
ceps sacerdotum quasi via sequentiū. ip-
se et summus sacerdos nuncupaꝫ. ipe eñ
leuitas et sacerdotes efficit. ipe omnes ec-
clesiasticos ordines disponit.

De quadripartito ordine episco-
porum.

Ordo ãt episcopo-
rum quadripartitus est. s. in patriarchis.
archiepiscopis. metropolitanis. et episco-
pis. Patriarcha grece. summus patrū in-
terpretatur. quia primum. i. apostolicū te
net locum. vt romanus. anthiocenus. ale-
xandrinus. sed omniū summus est roma
nus. Archiepus princeps episcopoꝝ. Ar
chos eñ grece. latine princeps dicit. Me
tropolite aũt a mensura ciuitatum dicunt
Singulis eñ ꝓuinciis ꝑeminent quoru
autoritati ⁊ doctrine ceteri sacerdotes sb-
iecti sunt. Solicitudo eñ totiꝰ ꝓuincie. ip
sis epis commissa est. Omnes aũt supius
designati ordines epi nũcupanꝫ. Nota q̄
archieꝑoꝝ nomine ꝑmates supius signifi-
casse videtur. et metropolitanoꝝ q̄s nunc
archieꝑos dicimus. Horum aũt discretio
a gẽtilibus introducta videt. qui suos fla
mines. alios simpliciter flamines. alios ar
chiflamines. alios ꝓthoflamines apella-
bant. Sacerdotes eñ gentilium flamines
dicebantur. q̄ habebant in capite pilleum
in quo erat breuis virga. desup habẽs ali
quid lane. quod cũ pestũ ferre nõ possent
filum tm̃ in capite ligare ceperunt Nudis
enim capitibus eis incedere nephas erat
Unde et a filo quo vtebantur flamines di
cti sunt. quasi filamines. Sed festis diebꝰ
filo depposito pilleum imponebant ꝓ sacer
dotij eminentia. Uates a vi mentis appel
lati sunt. cuius significatio multiplex est.
Modo eñ sacerdotẽ. modo ꝓphetã. mo
do poetam significat. Cantoꝝ ꝙo vocatur
qui vocem modulat in cantu Huius sunt
duo genera. ꝑcentoꝝ ⁊ succentoꝝ. Precen
toꝝ q̄ vocẽ ꝑmittit in cantu. succẽtoꝝ q̄ sub
sequenter canendo rũdet. Cõcentoꝝ autez
dicit q̄ cõsonat Qui aũt nõ consonat nec
concinit. ꝑcentoꝝ nõ erit. His breuit tra
ctatis ammonẽdi sunt xp̄i ministri. quate
nus sicut excellunt ordinis dignitate. ita
precellant vite sanctitate. vt plebs eis cõ-
missa. eoꝝq̄ disciplinis edocta. gratanter
eis obediat. et eoꝝ imitatione de die in di
em ꝓficiat. a quibus diuina sacramenta p
cipiunt ⁊ missarũ solennia audiunt. Mis
sa aũt dicit vel quia missa est hostia cuius
cõmemoratio fit in illo officio vñ dicitur.
Ite missa est. i. sequimini hostiaz que mis
sa est ad celestia tendentes post eam. vꝰq̄
missus celestis venit ad consecranduz do-
minicũ corpus. ꝑ quẽ ad altare celeste de/
fertur hostia. Unde et dicitur missa est.

Ista est distinctio. xxiiij. huiꝰ q̄r-
ti libri In qua magister postq̄ supius determinauit
de sacramentis que ordinanꝫ ad remediũ vniꝰ ꝑso-
ne. Hic determinat de sacramentis in remedium to
tius ecclesie. Et diuiditur in duas ptes. Primo de-
terminat de sacramẽto ordinis. qõ ordinatur ad gu
bernationẽ ecclesie. et spiritualẽ multiplicationem.
Scõo de matrimonio qõ ordinatur ad multiplicatõ
nem fideliũ naturalẽ. Scõa ps incipit in. xxvj. dist.
Prima ps adhuc diuidit in duas ptes. In ꝑma de-
terminat de sacro ordinis. In scõa pte de cõferenti
bus hoc sacm. et de susciplentibꝰ. Scõa ps in. xxv
distin. incipit. In prima ptẽ tria facit. Primo enim
numerũ sacramentoꝝ ordinũ ꝓponit. Scõo officia
et dignitates que ordines sequunt subdit. Tertio
quandam salubrem ammonitionẽ subiũgit. Prima
pars vsq; ibi. Sunt et alia que. Scõa vsq; ibi. Dis
breuiter tractatis. Tertia vsq; ad finẽ dis. In specia
li snia magistri stat in tribus ꝓpositionibꝰ quarũ pri
ma est hec. Septẽ sacros ordines xp̄s in semetipso
exhibuit et istos vniuersali ecclesie obseruandos re
liquit. Hanc magister insinuans ꝓponit ꝑmo q̄ sep
tem sunt gradus siue ordines ecclesiastici. s. hostia-
rij lectores. exorciste. acoliti. subdiaconi. dyaconi. ⁊
sacerdotes. quoꝝ omnia officia xp̄s in semetipo oñ-
dit. et corpi suo. s. ecclie hos ordines seruandos re-
liquit. Sunt aũt septẽ ꝓpter septiformẽ. s. gratiam
spiritussancti cuius gr̃e qui nõ sunt ꝓticipes idigni
ad gradus ecclesiasticos accedunt. q̄ ꝙo priusq̄ ad
hos ordines accedant hanc gratiã habent. in ipa ꝓ
motione ampliorẽ accipiunt. Ex quo patet buiꝰ sac̃
menti effectus. Hi aũt ordines ꝓpter sui dignitatez
dignos requirunt ministros. Ex quo patet susciplẽ
tiũ conditio. Postea dicit q̄ hos ordines precedit cle
ricalis tonsura que quidẽ corona regalẽ dignitatem
significat. q̄ ꝙo in summitate capitis nudatio erec-
tionem mentis ad deũ ꝑ contemplationẽ designat.
Usus aũt buiꝰ tonsure iniciũ habuit a nazareis quo-
rum ritus paulus ⁊ xp̄iani imitati sunt. Omnes ꝙo
in ordinibus constituti clerici vocanꝫ. q̄ in sortẽ do
mini et hereditatẽ sũt admissi. cleros eñ grece sors
vel hereditas latine dicit. vel q̄ oẽs diuino seruitio
sunt mancipati. Postea de his ordinibus determiat
singillatim incipiens ab hostiarijs qui sunt primi in
ter ordines gradus de quibus quatuor determinat
Primo figuram quia figurati sunt in veteri testamẽ
to per ianitores qui custodiebant templum ne ingre
derek in illud immundus. Secundo nominis ratio-
nem siue officiũ. dicũt eñ hostiarij. q̄ presunt hosti-
is templi vt dignos recipiant ⁊ indignos excludant
Tertio ordinandi modũ q̄ in eoꝝ ordinatiõe danẽ
eis claues ab epo cũ determinata forma ꝙboꝝ que
eps dicẽ. s. Agite tanq̄ deo rõnẽ reddituri ꝓ rebus
q̄ clauibꝰ istis recõdunt. Quarto institutionẽ q̄ cri-
stus hoc officiũ exercuit. qñ vendentes et emẽtes de
tẽplo eiecit. Uñ et ipse de se dicit. Ego sum hostiũ ꝓ

qō hostiariū designat. Postea dicit de scō ordīe. s. lectorū. De quo sex determinat. Primo nois rōnez quia dicunt a legendo. q etiā pnunciatores vocant qz pcul auditoꝝ aures coꝝ vox adimplet. Scō officium. qz ad eos ptinet pphetias et psalmos legere z eadē populis pdicare Tertio ordinandi modū in ordinatione librum diuinaꝝ lectionē ab epo accipiūt cū determinata forma verboꝝ. s. accipe et esto ⁊bi dei platoꝝ habiturus si fideliter adimpleueris partē cū his q bñ verbū dei amministrauerīt Quarto ꝓditionē. qz q ad hūc ordinē assumit debet scientia lrarū esse instructus vt distincte legat z sic possit auditoribus pdesse. Quinto institutionē. qz hoc officiū xps adimpleuit qñ legit illud esaie. spūs dñi super me. vt bñ Lu. vj. Sexto figurationē qz figuratū et nūciatū est hoc officiū in pphis. qb⁹ dr. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocē tuā. Postea determinat de tertio ordine. s. exorcistaꝝ. de qb⁹ quīq determinat. pmo nois rōnem. dicūt em exorciste quasi adiurantes. Scō officiuz. qz ad eos ptinet p exorcismos suos demones ab obsessis fugare. Und dñt mundi esse q spiritibus immūdis impant. Tertio ordinandi modū qz libꝝ exorcismoꝝ in ordinatō ne recipiunt ab episcopis cū determinata formavez boꝝ. s. Accipite et habete ptātē imponēdi manus sup energuminos z cathecuminos. Quarto institutionē qz dñs hoc officio vsus est qñ saliua oris sui tetigit aures et linguā surdi z muti. z demoniacos mītos sanauit. Quinto figuraz quia a salomone videt hic ordo ptimitus descendisse qui quendā modū exorcizandi inuenit que demones adiurati ab obsessis pellebant cordibus vnde et hoc officio mancipati exorciste apud iudeos vocati sunt. Postea determinat de quarto ordine. s. acolitorū de quo quinq determinat. Primo nominis rationem. dicunt enīz acoliti grece ceroferarij latīe quia cereos portāt ad signum leticie demonstrandū et ad figurandū veruz lumen. s. christum Secundo officium. quia ad eos ptinet luminaria portare z preparare ac subdyaconis ministrare in preparatione vrceoli vini et aque ꝓ eucharistia. Tertio ordinandi modū qz candelabrum cum cereo et vrceolum in ordinatione accipiunt. Quarto institutionē qz hoc officio xps vsus fuit cuz dixit. Ego sum lux mūdi. Quinto figuram quia huius figura precessit in veteri testamento. in his qui lucetnas candelabri continebant Postea determiat de quinto ordine. s. subdyaconoꝝ. de quibus quattuoꝝ determinat. Primo nominis rationem. dicunt em subdyaconi qz dyaconoꝝ ꝓceptis subiacent. hi figurati sunt in veteri testamēto ꝓ nathinneos ō qui bus dicit paralenesdra q erant ministri leuitaꝝ. vn de nathinnei dicunt quasi in humilitate domino seruientes quod subdyaconis conuenit qui sunt ministri leuitarum. Secūdo officium. quia calicem z patenam portant. ꝓpter quod mūdiciam habere debent vt impleant illud. mundamini q fertis vasa domini. sacerdotibus et leuitis ministrant et ornamentoꝝ altaris specialē curā bñt. Tertio ordinādi modum qz patenā et vacuū calicem accipiūt et vrceolū cum aqua et manutergiū. Quarto institutionem qz christus hoc officio vsus est qñ linteo se precinxit z mittens aquam in peluim pedes discipulorū lauit z linteo tersit. Postea determinat de sexto ordie. s. dyaconozum qui sexto loco ponitur ad perfectionē que in eis esse debet. De quibus quinq determinat Primo nominis rationem. quia de tribu leui nomē traxerunt. dicunt enim leuite. Unde primo in eis figurati fuerunt dicunt em grece dyaconi et ministri. Scō officium. quia ipsis sacerdotibus in sacramētorum dispensatione assistunt z ministrant. noui em testamenti predicandi habent officiū. Similiter em leuite qui leuo humero stolaz portant. quia labores huius vite. quā in leua portant sicut in veteri testamento. Huic ordini a moyse statutum fuit que ad tabernaculum pertinebant portare. Tertio conditionem institutionis dyaconi. Apostoli em elegerunt septē viros plenos spiritu sancto. Qñ septē solēt eē i principalibus ecclesijs qui etiā p septez angelos tuba canentes in apocalipsi significantūr, quales aūt eē debeant apostolus ad thimotheū docet. qui anteq ordinentur ꝓbari debent. vt sic ministrēt nullū crimē habentes Quarto ordinandi modū. quia in ordinatione episcopus eis manū imponit. Nam et apostoli dyaconibus quos elegerunt oratione ꝑmissa manus imposuerunt. Ponit etiam stolā supra leuū humeꝝ Accipiunt etiam dyaconi textū euangelij in ordinatione. Quinto institutionē. quia christus hoc officio post cenam vsus est qñ sacramētū sui corporis z sanguinis discipulis dispensauit. et qñ aplos dormientes ad orationem incitauit. nā ad dyaconos ptinet premonere aures ad deū habere. Postea determinat de septimo ordine. s. presbyterorū. de qulb⁹ sex determinat. Primo em nominis rationē. dicūt em ꝑsbyteri. i. seniores ꝓpter dignitatē et honorē quez acceperūt. et qz morum prudentia z maturitate cōuersationis in populo precellere debent. Dicunt em sacerdotes. vel qz sacrā dāt. vel in sacris sunt duces vel quia sanctificant. Antistites vero dicuntur quia ante alios debent stare Secundo officiū qz ad sacerdotes pertinet ad sacramentū corpis et sanguis cōficere orationes dicere. et dona dei benedicere. Tertiu ordinandi modū quia i ordinatōe eis manus inunguntur. patenam cum hostijs. calicē cū vino accipiunt. et stolā que tenet vtrunq latus qz cōtra aduersa z ꝓspera armis iusticie debēt esse induti siue muniti. Quarto figurā. qz hic ordo in filijs Aaron fuit figuratus z in. lxxij. discipulis quos christus designauit quoꝝvices ꝑsbyteri in ecclesia tenent. tamē inter apostolos vnus princeps extitit. s. Petrus cuius successor est summus pontifex qui etiam dicitur papa. i. pr patrz. Quinto cōditionem. vñ aplus ad Thimotheū ostendit qualis debeat eligi presbyter vbi ꝑsbyterū notāt epi designat. Sexto officiuz quia christus hoc officio vsus est in ara crucis qñ seipsuz obtulit. ille fuit sacerdos et hostia qñ post cenā panem et vinum in corpus et sanguinem suuz mutauit Postea dicit q solum duo ordines dicunt sacri. s. diaconatus et presbyteratus z hos solos primitiua ecclesia habuit. alios vero processu temporis ecclesia sibi constituit. ex quo patet ordinuz differentia quia q̄dā sunt sacri quidā nō. Et dicit q ordo dr quoddā sacrum per quod specialis potestas traditur ordinato. et hi ordines dicuntur sacramenta quia in eis sacramentum confertur z significatur. scilicet gratia. ex quo patet ordinum quedam conuenientia. qz em in omnibus huiusmodi gradib⁹ traditur aliqua potestas spiritualis. ideo nomen ordinis omnibus cōuenit. quia etiam in omnibus confertur et significat sacramentum. ideo omnes dicūtur sacri. Postea dicit q quedam sunt nomina que non ordinem sed dignitatem vel officium nominant sicut episcopi pontifices patriarche et archiepiscopi et metropolitani Episcopus enim aut pontifex est. quia habet alijs intendere et principari quia episcopus dicitur a scopin grece quod latine intendere dicitur vnde etiam episcopi grece dicuntur latine speculatores. Nā speculator prepositus in ecclesia dicitur in eo q speculari debet mores et vitam populoruz infra se positorum Pontifex est princeps sacerdotum quasi via sequentium. ipse em summus sacerdos nuncupat. eo

q̄ sacerdotes et leuitas efficit. Deinde dicit q̄ ordo episcoporum quadripartitus est. scz in patriarchis. archiepiscopis. metropolitanis ⁊ ep̄is. Patriarcha grece summus patrum interpretatur. qr primuz. id est apostolicum tenet locuz vt Romanus Anthiocenus Alexandrinus. et sic de alijs. Archiepiscopus vero summus est episcoporū. Et dicit ab archos qd̄ est princeps. Metropolitanus dicit a mensura ciuitatum quibus p̄eminet. Ibi nota q̄ archiep̄orū primates supius significasse videt ⁊ metropolitanoruz noīe quos nūc archiep̄i dicimus Scd̄a ꝓpositio est hec. Que sunt istoꝝ ordinū officia clare patet ex iaz p̄dictorū sentētia. Hec patet ex p̄missis vt ip̄amet exprimit ꝓpositio. Tertia ꝓpositio est hec. Ministri xp̄i maiores qui precellunt ordinis dignitate etiam precellere debent vite sanctitate Cuius rationem asserit vt plebs eis commissa eoruz imitatione semper proficiat Addit etiam hinc vnde dicitur missa. quia in ea mittitur hostia cuius eommemoratō fit in sacrificio. quia missus celestis venit ad consecrandum eā Et tm̄ in speciali.

De ordinatis ab hereticis. a

DI. XXV

Solet etiā q̄ri si heretici ab ecclesia p̄scisi et dānati possint tradere sacros ordines. ⁊ si ab eis ordīati redeuntes ad ecclesie vnitatē debeant reordinari? Hanc questionē ꝑplexā ac pene insolubilē faciunt doctoꝝ verba q̄ plurimū dissentire vident. Uident em̄ q̄dā tradere hereticos sacros ordines dare nō posse nec illos qui ab eis ordinant̄ vident̄ gratiam recipe. Dicit em̄ Innocen. arrianoꝝ clericos nō videri suscipiendos cum sacerdotij vel ministerij alicuius dignitate. quibus solum baptisma ratuz esse ꝑmittit. qd̄ in nomine patris et filij et spiritussancti ꝑcipit̄. Dicit etiam eos nō posse dare spiritumsanctum quem amiserūt. ⁊ ordinatos ab hereticis caput habere vulneratum. et eum qui honorem amisit honorē dare nō posse. nec illum aliquid accepisse. quoniā in dante nihil erat qd̄ ille posset accipere. Tradit etiā venientibus ab hereticis per manus impositionem laicam tm̄ tribuendam communionem. nec ex his aliquē clericatus honorem vel exiguum surrogare. Grego. etiam dicit sacrilegaz esse arrianorum consecrationem cum ex eorum manu communio percipitur. Ciprianus etiā dicit. Omnia quecunq̄ faciunt heretici carnalia et inania ⁊ sacrilega esse. et eorum altaria falsa. et illicita sacerdotia ⁊ sacrificia sacrilega. qui more symiarum que cuz homines non sint. formā imitant̄ humanam vultum ecclesie catholice ⁊ autoritatem sibi vendicant. cum ipsi in ecclesia non sint et cum sint sacrilegi. sacerdotium amministrant ⁊ altare ponunt. Cum nec sacrificari oblatio illic possit. vbi spiritussanct⁹ nō sit. nec cuiq̄ dominus per eius preces et orationes ꝓsit. qui dominuz ip̄m volauit

Greg⁹. in li. iiij. dialogo.

Cip̄an⁹ martyr ī epl̄a cōtra hereti.

Hieronym⁹ quoq̄ asserit omnia que offeruntur ab hereticis contaminata esse in conspectu domini. quia licet sancta videātur specie sui. tamen quia cōtacta sunt ab illo qui pollutus est. poluunt̄ omnia. Idē Odit deus sacrificia hereticorū ⁊ a se ꝓijcit. ⁊ quotiens in nomine eius congregati fuerint. detestat̄ fetorem eorum et claudit nares suas. Idez. Illi offerunt panē sacrilegium ⁊c̄. Leo etiam testatur extra ecclesiam nec rata esse sacerdotia nec vera eē sacrificia. Idem etiam dicit. Per crudelissimam vesaniam in alexandrina sede. omnē sacramentorū lumen extinctum. Intercepta est sacrificij oblatio. defecit chrismatis sanctificatio. et patricidalib⁹ manibus impiorum. omnia se subtraxere mysteria. His alijsq̄ testimonijs astrui videntur sacramenta ecclesiastica precipue corporis et sanguinis. ordinationis et confirmationis per hereticos non posse ministrari.

Hieronym⁹ sup aggeuz.

Idem super amos.

Id̄ sup osee

Leo ad anatholiū cōstātinopolitanum ep̄m.

Autoritates ponit que vidētur p̄missis obuiare. b

Econtra autez alii sentire videntur q̄ ab hereticis etiam precisis. sacri ordines sicut et baptismus tradi valeant. nec ab hereticis redeūtes: qui illic ordinati sunt et baptizati. iterum ordinandi sunt. sicut nec baptizandi. Und̄ Augusti. De hereticis etiaz damnatis quod quidā dicuut baptisma quod accepit non amittit qui recedit ab ecclesia. ius dandi quod accepit amittit. multis modis apparet inaniter dici. Primo quia nulla ostenditur causa cur ille q̄ illud baptisma amittere non potest: ius dandi possit amittere. Utrunq̄ em̄ sacramentum est. ⁊ quadam consecratiōe vtrunq̄ homini datur. illud cum baptizatur. et illud cum ordinat̄. Jō nō licet in catholica ecclesia vtrunq̄ iterari. Nam si qñ ex ipsa ꝑte venientes etiam p̄positi pro bono pacis correcto scismatis errore suscepti sunt. et si visum est opus esse vt eadem officia gererent que agebant. non sunt rursus ordinādi. Sed sicut bap-

Aug⁹. in li. cōtra epl̄am ad parmenianum.

tiſmus in eis. ita in eis manſit ordinatō integra. qz in p̄ciſione fuerat viciuz quod in vnitate pacis eſt correctum. non in ſacramentis. que vbicunqz ſunt: ipa ſunt Et cū ipſi expedire videtur eccleſie vt p̄poſiti eorum venientes ad catholicam ſocietatē honores ſuos ibi nō amminiſtrent. nō eis tamen ipa ordinationis ſacramenta detrahunt. ſed ſup eos manent. Jdeoqz nō eis manus imponitur. ne non homini. ſed ipt ſacramento fiat iniuria. Sicut autem i baptiſmo eſt ius quod per coſ dari poſſit. ſic in ordinatione ius dandi eſt. vtrunqz q̄dē ad p̄niciē ſuā. Sz aliud ē nō hr̄e. aliud p̄nicioſe hr̄e. aliud ſalubr̄iť hr̄e. Jdē. De his q̄ ab eccleſie vnitate ſepati ſunt. nulla tā q̄ ſtio eſt. q̄n habeāt ꝛ dare poſſint. ꝑ p̄nicio ſe habent p̄nicioſeqz dant. qz extra vinculum pacis ſunt. neutri ſacramento facien/da eſt iniuria. Sicut non recte habet q̄ ab vnitate recedit. ſed tamen habet. et ideo recedenti non redditur. Sicut etiam non recte dat qui ab vnitate recedit. et tamē dat et ideo qui ab eo accipit. veniēti ad vnitatem nō iteratur. Jdem. Aliud eſt nō habere aliquid. aliud eſt nō iure habere. ꝛ illi cite vſurpare. Non ergo ideo non ſunt ſacramenta chriſti et eccleſie quia eis illicite vtantur. non modo heretici ſed etiam omnes impij. ſed illi corrigendi ſunt ꝛ puniēdi. illa autē ſunt agnoſcēda ꝛ veneranda.

Jtem Greg. Nō dicitis vt qui ordinatuſ eſt iterum ordineť valde ridiculoſum eſt. Greg. Joh. rauenēſi epiſcopo. Ut enim baptizatus ſemel iteruz baptizari non debet. ita qui conſecratus eſt ſemel in eodem ordine non valet iterum cōſecrari. His alijſqz autoritatib⁹ videť aſſeri in omnibus impijs. etiam in hereticis p̄ciſis et damnatis. chriſti ſacramenta permanere cū iure dandi. poſſunt eē dare. ſed pernicioſe. et quibus dederint. non ſunt iterū ordinandi. Que p̄miſſis ex oppoſito obuiare videntur.

Determinatio p̄miſſe cōtradictionis autoritatum. C

Hec autem quidā ita determinant. Dicunt enim hereticos accepta ſacerdotali vel epiſcopali vnctione ab eccl̄ia recedētes. baptiſmi quidē dādi ius retinere. ſed non habere facultatem tribuendi ſacros ordines vel conſecrandi dominicum corp⁹. poſtq̄ p̄ciſi et damnati ſunt ab eccleſia. Sicut degradatus epiſcopus nō habet poteſtatē largiēdi ſacros ordines. facultatē tñ baptizandi non amiſit Nō ꝙo Aug. ait. intelligūt dictū de hereticis qui non ſententia eccleſie ſed p̄ua ſta te ſenſus ſui a fidei veritate ac doctrine vnitate diuiſi ſunt. Qui licet tales ſint: ius tamen ordinandi ꝛ conſecrandi habent. ꝛ qui ab eis ordinanť ante manifeſtam p̄ciſionem. etiā ſi cum eis apte exierint. ꝛ ſententia eccleſie damnati fuerint. tamē ſi re/dierint iterum ordinandi non ſunt. Et vbicunqz legiť ō ordinatis ab hereticis q̄ ſeruatis eis ordinibus miniſtrare valcāt: vel iterum ordinādi nō ſint. de huiuſmodi accipiendū dicunt. Nam poſtq̄ p̄ciſi fuerint ꝛ damnati iudicio eccleſie. ius ordinādi ꝛ conſecrandi eis detractū aſſerunt. vt degradatis vel excommunicatis. Alij vero dicunt ſacramenta ab hereticis et p̄ciſis ſm formaz eccleſie celebrata. vera eē et rata. quia recedentes ab eccleſia ius dādi et conſecrandi non perdiderunt. et qui ſic ab hereticis ordinanť. cum redeunt iterum ordinandi non ſunt. Que vero ab hereticis aliterqz in eccleſia fiunt. falſa ſunt ꝛ inania. et qui a talibus ordinari videntur non munus ſed vulnus accipiunt. Et ſm hanc differentiam varie de his loquūtur doctores. Quidā ꝙo dicunt eadem ſacramenta ab hereticis p̄ciſis poſſe celebrari que a catolicis. ſi ab illis forma eccleſie ſeruetur. et ab eis celebrata vera eſſe et rata: q̄tum ad ſe. quantum vero ad effectū. falſa eſſe et inania. Et in his qui male tractāt et in his qui male ſuſcipiunt. ideo irrita et falſa. qz quod p̄mittunt et conferre credunt. nō tribuunt. Damnāda etiā dicunť qu a illicite dantibus vel accipientib⁹ ſūt in iudicium Polluta etiam dicuntur non q̄tum ad ſe. ſed propter indignam hereticorum tractationem. Jdeo Grego. cōmunionem arrij vocat execrationem. ꝛ innocentius bonoſij ordinationem. damnationem. non q̄ ita in ſe ſint. ſed quia male dātes vel accipientes tales facit. Sicut etiaz Hiero. Sacrificia eorum panem luct⁹ vocat. nō q̄tum ad ſe. ſed q̄tum ad effectum Alitoꝛ ſnia. Hieron. ſuper Oſee.

Nonnulli vero tradunt illos hereticos qui in eccleſia ordinati ſunt. ius ordinādi et conſecrandi etiam cum ſeperati fuerint habere. Qui vero in ſciſmate vl̄ hereſi poſiti ab eis ordinati et inuncti fuerunt. illo iure carent. Jdeoqz cum ordinare volunt vulnus potius infigunt quam gratiam cōferunt.

De symonia vnde dicitur. ⁊ q̄d sit. d

De symoniacis vo non est ambigendū quin sint heretici. q̄ tñ ante sniam degradationis et ordināt ⁊ cō secrant Et licet symoniaci ꝓprie dicantur qui instar symonis magi impciabilez gratiam precio conducere volunt. et qui ꝓ ministerio sacro precium recipiunt in modū gyezi Gyezite vocandi sunt. omnes tamē et dantes ⁊ accipientes simoniaci dicūtur et vtriq; eadem sententia ꝑcellunt̄.

De his qui scienter a symoniacis ordinantur. e

Differt tamē inter eos q̄ ordināt̄ a symoniacis scienter. ⁊ eos qui ignoranter. Qui em̄ scienter a symoniacis se ꝑmiserint consecrari. imo execrari. eoꝝ consecratio omnino irrita est. Qui vero ordinant̄ a symoniacis quos cū ordinātur nesciunt esse symoniacos. qui ⁊ tunc ꝓ catholicis habent̄. eorum ordinatio misericorditer sustinetur.

De his qui dicunt se emere corporalia non spiritualia. f

Si vo aliqui obiecerint se non consecratōnes emere. sed res ip̄as que ex consecratione ꝓueniunt. penitus desipere probantur Nam quisq; hoꝝ alterū vēdit sine quo alterū nō habet̄. neutrum vendere derelinquit.

Distinctio symoniacoꝝ. g

Simoniace aūt heresis tripartita est distinctio. Alij em̄ simoniace a simoniacis ordinant̄. Alij symoniace a non symoniacis. Alij nō symoniace a symoniacis. Unde Nicolaꝰ papa. Statuimus decretum d̄ symoniaca tripartita heresi. i. d̄ symoniacis symoniace ordinantibus vel ordinatis. ⁊ de symoniacis simoniace a non symoniacis. ⁊ de symoniacis non symoniace a symoniacis Symoniaci simoniace ordinati vel ordinatores ſm canones a proprio gradu decidant Simoniaci etiam symoniace a nō symoniacis ordinati. similiter ab officio remoueantur. Symoniacos vero nō symoniace a symoniacis ordinatos. misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio ꝑmittimus ꝑmanere. Quod intelligendum est de his qui ordinant̄ a symoniacis ignorātes eos esse symoniacos. hos facit symoniacos nō reatus criminis. ſ ordinatio symoniaci.

Nicolaꝰ pa.

Alexander papa de his qui violenter a symoniacis vel ab hereticis ordinantur. h

Similiter cū decernit alexander papa symoniacos omnino dānandos ac deponendos. subintelligendum est nisi violenter q̄s attractus fuerit De his em̄ et a q̄buslibet heretcis violēter ordinatis dicit Innocen. q̄ possūt habere aliquē colorē excusatiōis si statim discedunt ab eis. et pessimo eorum concilia/bulo renunciant.

De etate ordinandoꝝ ita decreuit Nicolaus papa. i

Sacri inquit canones sanxerunt vt subdyaconꝰ nō ordinet̄ añ. xiiij. annos. nec dyaconꝰ añ. xxv. nec p̄sbyter añ. xxx. Deinde si dignus fuerit ad ep̄atū eligi pōt. qd̄ nos etiā pari mō ſuare iubemꝰ. Itē Fabianꝰ. Si q̄s. xxx. etatis ñ impleuerit annos. nullo mō p̄sbyter ordietur et si valde sit dignꝰ. qꝛ et ip̄e dñs. xxx. annoꝝ baptizatus est. et sic cepit docere.

Fabianꝰ.

Ista est distinctio. xxv. huiꝰ quarti libri. In qua magister postq̄ superius determinauit de sacr̄o ordinis. Nūc ꝯñr de hoc sacr̄m conferētibus et suscipientibus determinat. Et tria fac̄ Primo em̄ inquirit an heretici sacr̄m ordinis p̄nt cōferre seu dare. Scd̄o oñdit symoniacos fore q̄ dant pecuniam ꝓ ordinibus et etiam qui aliquid ꝓ ordinibus presumunt accipe. Tertio quomodo ignorāter ordinatū a symoniaco debeamus misericordit̄ tollerare. Primū facit vsq; ibi. de symoniacis vo. Secūdū vsq; ibi. Differt tñ inter eos. Tertium vsq; ad fi. dis. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarū prima est hec. Aliq̄ dicūt q̄ sacr̄a ab hereticis ſm formā eccl̄ie celebrata sint vera ⁊ rata. Alij aūt q̄ sint falsa ⁊ reprobata. Hanc mgr̄ insinuans querit an heretici ab ecclesia p̄scisi p̄nt sacros ordines conferre. Et vtrū ordinati ab eis dñt reordinari. Et dicit hanc questionē esse difficilem ⁊ ꝑplexam. ꝓpter diuersitatem doctoꝝ opinātiū circa eaz Quidā em̄ dicūt hereticos nō posse ordinare ⁊ ordinatos ab eis nō esse in suis ordinibus suscipiendos sed tm̄ ad laicā communionem. Greg. dicit arrianorum consecrationez sacrilegam esse. Ciprianus dicit sacr̄a hereticoꝝ inania ⁊ sacrilega esse. Hiero. dicit que offeruntur ab hereticis contaminata esse et deo odibilia. Leo papa dicit non esse rata sacrificia ex-

tra eccl'iam nec vera. Postea ponit ꝓtrariã opinionꝫ dicentiũ ab hereticis ordines tradi posse ꝛ ordiatos ab eis nõ esse itez ordinãdos. qz maxime Aug⁹. dicere videt sicut ius habet baptizandi ita etiã ꝛ ordinandi. sed heretici tale ius habent ad sui ꝓniciẽ. catholici ꝛo ad salutẽ. Greg⁹. dicit ordinatũ semel nũ ꝙ debere reordinari. Postea circa hanc dubitatiõꝫ tangit diuersam opinionez. Quidã em dicunt hereticos ab eccl'a ꝓscisos baptizandi ius habere nõ aũt ordinandi. ꝛ autoritates q̃ in cõtrariũ sunt dñt intelligi de hereticis q̃ ꝑm sniam eccl'ie sunt ab eccl'a ꝓscisi. tales em ius habent baptizandi. Alij ꝛo dicũtꝙ sacr'a ab hereticis ꝓscisis collata si ꝑm formã eccl'esie ꝓferanẽ vera esse et rata. Alij ꝛo nequaq̃. ꝛ ꝑm hanc diam varie de his doctores loquũtur. Alij aũt dicunt sacr'a ab his collata vera esse in se si forma eccl'esie seruet. falsa esse et inania quo ad salutis effectum. damnanda esse dicuntur hereticorum sacramenta. qz ꝓstantibus ꝛ accipientib⁹ sunt in iudiciũ. ꝛ ꝑm hoc ꝓñt intelligi vt dicunt autoritates supradicte. Alij ꝛo dicunt hereticos in eccl'ia ordinatos ius ordinãdi habere. eos ꝛo q̃ in heresi nequaq̃. Postea dicit simoniacos esse hereticos ꝛ añ degradationez ordines ꝓferre posse. Scõa ꝓpositio ẽ hec. Pro collatione sacroꝝ ordinũ dantes ꝛ accipientes pecuniam simoniaci dicunt. et ꝓ tali delicto ambo eadem pena puniunt. Hanc magister insinuans dicit qꝫ symoniaci ꝓprie dicunt emptores a symone mago denominati. vẽdentes gyesite sic dicti a seruo elizei. tñ largo noie vtriq; dicunt simoniaci. Tertia ꝓpositõ est hec. Qui ignoranter a simoniacis ordinant iporum fuitum misericorditer tollerat. Hanc mgr ponens dicit qꝫ ordinati a simoniacis scienter ꝓsecratõnem irritã bñt. Qui ꝛo sunt ordinati ignoranter possunt misericorditer in ordine sustineri. Et qz posset aliquis dicere qꝫ nõ emit spirituale vt ꝓsecrationem sed tpale emit spirituali annexũ vt res ipas q̃ ex ꝓsecratione ꝓueniunt. et sic non est symoniacus. Ideo hoc remouet hic dicens qꝫ qñ aliqua duo sunt cõiuncta nõ vnũ sine alio põt emi vel vendi. Postea ponit triplicem distin. simoniace hereſis dicens. qꝫ quidã simoniaci simoniace a simoniacis ordinant. Quidã em simoniaci simoniace a nõ simoniacis ordinãtur: et vtq; istoꝝ sic ordinatoꝝ ꝓprium gradũ pdit Tertij ꝛo q̃ nõ symoniace a symoniacis ordinant pñt misericorditer tolleraꝛi dũmõ ignorant eos q̃ ordinãt simoniacos esse. Addit etiã qꝫ cũ ꝺr ordinatos ab hereticis vel simoniacis esse damnandos est intelligendum nisi aliquis violenter ab eis ordinaret. Vltimo determinat de suscipientibus ordines q̃tũ ad etatẽ dicens. qꝫ subdyaconus ante decimumquartum annum. dyaconus ante. xxv. annum ꝓsbyter añ. xxx annum ordinari non debent. Et tm in speciali.

De sacramento coniugij cuius institutio et causa ostendit. a

D. XXVI

Quẽm alia sacramenta post peccatum et ꝓpter pctm̃ exordiũ sumpserunt. matrimonij sacrãmtũ etiã añ pctm̃ legit̃ institutũ a dño. nõ tñ ad remedium sed ad officium. Refert em̃ scriptura geñ. in adam misso sopore. atq; vna de costis eius sumpta. ꝛ exinde mulier formata. virũ in spũ intelligẽtẽ ad quẽ vsum mulier facta esset. post extasim ꝓhetice dixisse. Hoc nũc os ex ossibus meis et caro ꝺ carne mea. ꝓpter hoc relinquet hõ patrem et matrez ꝛ adherebit vxori sue. et erunt duo in carne vna.

De duplici institutiõe coniugij. b

Coniugij aũt institutio duplex est. vna añ pctm̃ ad officiũ facta est in paradiso vbi esset thorus immaculatus ꝛ nuptie honorabiles. ex q̃b⁹ sine ardore ꝯcipent. sine dolore perent. altera ꝓ pctm̃ ad remediũ facta extra paradisũ. ꝓpt illicitũ motũ deuitandũ. ꝓma vt natura multiplicaret. Scõa vt natura excipet ꝛ viciũ cohiberet. Mã ꝛ añ pctm̃ dixit ds Crescite ꝛ multiplicami. ꝛ post pctm̃ oib⁹ pene hoibus ꝑ diluuiũ cõsumptis. Qꝫ ꝛo añ pctm̃ institutũ fuerit coniugiũ ad officiuz post pctm̃ ꝛo ad remediũ ꝯcessiuz Aug. testat dicẽs. Nõ sanis est ad officiũ. egrotis est ad remediũ Infirmitas em̃ incõtinẽtie q̃ est in carne ꝑ pctm̃ mortua. ne cadat i ruinã flagitioꝝ. excipit honestate nuptiarũ. Si ꝛo nõ peccassent ꝓmi hoies. sine carnis incentiuo ac feruore libidinis ipi ac successores eoꝝ ꝓueniret. Et sic remunerabile ẽ aliqd̃ bonũ op⁹. sic coitus eoꝝ bon⁹ eet et remunerabil̃. Quia ꝛo ꝓpt pctm̃ letat cõcupiscentie. lex membris nris inhesit. sine q̃ carnalis nõ fit cõmixtio. reꝓhẽsibilis est ꝛ mal⁹ coit⁹. nisi excusẽt ꝑ bona cõiugij.

Aug. super geñ. iu li. de nuptijs ꝛ cõcupiscentia.

Quando ꝑm preceptum. quando ꝑm indulgentiam contractum sit coniugium. c

Prima istitutõ habuit ꝓceptũ. Scõa idulgẽtiã. didicim⁹ ei ab aplo hũano generi ꝓpt vitãdã fornicatoꝝ indultũ eẽ ꝯiugiũ. Indulgẽtia ꝛo qz melior nõ eligit remediũ hz nõ ꝓmiũ. a q̃ si q̃s declinauerit. meret̃ exitiale iudiciuz. Nõ ꝑm indulgẽtiã ꝓcedit: volũtariũ est nõ necessariũ. alioq̃n trãsgressor esset q̃ illud nõ faceret Et ꝓt sane intelligi illud sb̃ ꝓcepto dictũ hoib⁹ ꝓmis añ pctm̃. crescite ꝛ multiplicamini. Quo etiã post pctm̃ tenebãt vsq; quo est facta multiplicatõ. postq̃z ꝑm indulgentiã mrimonij ꝯctus fuit. Ita etiaz ꝑ diluuiũ q̃ vniuersũ pene hũanũ genus deletũ ẽ. ꝑm ꝓceptũ dictũ est filijs noe. crescite ꝛ multiplica. Multiplicato ꝛo hoie ꝑm indulgẽtiã ꝯctũ ẽ. nõ ꝑm imperiũ.

Quibus modis accipiatur indulgentia. d

Indulgentia autē diuersis modis accipit̄. s. ꝑ concessiōe pro remissione. ꝑ ꝑmissione. Et est permissio i nouo testamento de minoribus bonis ⁊ d̄ minoribus malis. De minoribus bonis ē ꝯiugium quod non meretur palmam. sed est in remediū. De minoribus malis. i. de venialibus est coitus qui fit causa incontinentie. Illud. s. coniugium indulget̄. i. cōcedit̄. Illud ṽo. i. coitus talis ꝑmittit̄. id est tollerat̄ ita ꝙ nō ꝓhibet̄.

Qd̄ nuptie sint bone. e

Fuerunt autez nō nulli heretici nuptias detestantes qui taciani appellati sunt. hi nuptias omnino dānant. ac pares fornicationibus alijsq; corruptionibus faciunt. nec recipiunt in suorum numero: cōiugio vtentem marem vel feminā. Q̄ aūt res bona sit coniugium nō modo ex eo ꝓbatur ꝙ dominus legit̄ coniugium instituisse inter primos parentes. sed etiam ꝙ in canagalilee nuptijs interfuit xp̄s. easq; miraculo commēdauit. aqua in vinum conuersa. Qui etiam postea virum dimittere vxorem ꝓhibuit. nisi causa fornicationis. Apostolus etiam ait. Virgo nō peccat si nubat. Constat ergo rē bonam esse matrimonium. alioquin nō esset sacr̄m. Sacramentū em̄ sacꝝ signū ē.

Cuius rei sacramentum sit coniugium. f

Cum ergo cōiugium sacramentum sit. ⁊ sacrū signum est. ⁊ sacre rei. s. coniunctionis christi et ecclesie sicut ait apostolus. Scriptum est inquit. Relinquet homo patrem ⁊ matrem ⁊ adherebit vxori sue. ⁊ erunt duo i carne vna Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico. in christo et in ecclesia Ut em̄ inter coniuges coniunctio est ꝟm consensuz animorum et ꝟm permixtionem corporuz sic ecclesia christo copulat̄ voluntate ⁊ natura. quia idem vult cum eo. ⁊ ip̄e formaz sumpsit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa sponso spiritualiter et corporaliter. i. charitate ac cōformitate nature. Huius vtriusq; copule. figura est in cōiugio. Consensus enim coniugum copulam spiritualem christi et ecclesie que fit ꝑ charitatem significat. Commixtio vero sexuum. illam significat que fit per nature conformitatem.

Qualiter intelligēdum sit illud mulier illa non pertinet ad matrimonium cum qua non est cōmixtio sexuum. g

Inde est ꝙ quidaz doctorum dixerunt. illam mulierem nō ꝑtiuere ad matrimonium. que non experit̄ carnalem copulam. Ait em̄ Aug. Nō dubium est illam mulierē non ꝑtinere ad matrimonium. cū qua docetur nō fuisse commixtio sexus. Item leo papa. Cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta vt preter commixtionem sexuū non habeat in se christi et ecclesie sacramentuz. non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimoniuz. in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Item Augus. Nō est perfectum coniugium sine commixtione sexuum. Hoc si ꝟm supficiem verboruz quis acceperit. inducitur in errorem tm̄. vt dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium. et inter mariam et ioseph nō fuisse coniugium vel nō fuisse ꝑfectum. quod nephas est sentire. Tanto em̄ sanctius fuit atq; perfectius. q̄to a carnali opere immunius. Sed superius posita ea ratione dicta intelligendum est. non q̄n ꝑtineat mulier illa ad matrimonium cum qua nō est permixtio sexuum. sed non pertinet ad matrimonium qd̄ expressam ⁊ plenam teneat figuram cōiunctionis christi ⁊ ecclesie. Figurat enim illam vnionem christi et ecclesie que est in charitate. Sed non illam que est in nature conformitate. Est ergo et in illo matrimonio typus coniunctionis christi et ecclesie. sed illius tm̄ qua ecclesia christo charitate vnitur. non illi⁹ qua per susceptionem carnis capiti membra vniuntur. Nec ideo tamen minus sanctum est coniugium. quia vt ait Augusti. In nuptijs plus valet sanctitas sacramenti. q̄ fecunditas ventris. Est etiam coniugium signum spiritualis coniunctionis et dilectionis animorum qua inter se coninges vniri debent. Unde apostolus ait. Viri diligite vxores vestras vt corpora vestra. ad ephe: 5 Cap:

Augusti.

Leo pa.

Aug. in li. d̄ soliloquijs.

Aug. in li. d̄ bono coniugali.

Ista est distinctio. xxvj. huiꝰ ārti

culi. In qua magister postꝙ superius determinauit de sacro ordinis. qđ ptinet ad spiritualē ecclesie mltiplicationē. Hic determinat de matrimonio qđ ptinet ad eius multiplicationē naturalem. Et diuidit hic tractatus in quinqꝫ ptes. In prima determinat de matrimonio in se In scđa de eius causa efficiēte. In tertia de eius fine. In quarta de eius bonis. In quinta de eius causis materialibus. s. psonis cōtrahentibus. Prima ps durat a principio distin. istius vsqꝫ ad. xxvij. dis. que incipit. Post hec aduertēdū. Scđa vsqꝫ ad finē. xxx. dis. quasi vbi dicit. Expōsito que sit efficiens. Tertia vsqꝫ ad. xxxj. dis. que incipit. Post hec de bonis coniugij. Quarta ab inde vsqꝫ ad. xxxiij. dis. que incipit. Nūc supest attendere. Quinta vsqꝫ ad. xliij. distin. que incipit. Postremo de conditione resurrectionis. In pñti disti. tria facit. Primo tps et locū institutionis hui⁹ sacri demōstrat. Scđo matrimoniū cōdemnantes reprobat. Tertio eius mysticā significationē recitat. Primus vsqꝫ ibi. Fuerūt nōnulli heretici. Scđs vsqꝫ ibi. Cuz ergo ꝓiugium. Tertiū vsqꝫ ad finē disti. In speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionib⁹ quaꝝ prima est hec. Coniugij sacr⁹ fuit in padiso aīa pec catū solū ad officiū ꝓmo institutū nūc secūdario i remedium. Hāc mgister insinuās ꝓponit ꝓmo hoc sacramentū aīa pctm institutū fuisse qñ adā dixit. hoc nūc os ex ossib⁹ meis. ⁊ nihilomin⁹ p⁹ pctm̄ istitutū ⁊ sic duplex est eius institutio. Differt aūt prima a secūda qꝛ ꝓma facta est in padiso. scđa extra padisum Itē ꝓma facta est ad officiū nature multiplicāde. secunda ad remediū concupiscentie. Item prima fuit in ꝓceptū necessitatis. Secūda fuit voluntaria a tpe multiplicati generis humani. ⁊ est accipienda sm̄ indulgentiā. qñqꝫ p remissione. qñqꝫ p cōcessione. qñqꝫ p ꝓmissione Hic aūt p permissione accipit. ꝓmittitur aūt cōiugiū nō quasi malū sed quasi minus bonum. Secunda ꝓpositio est hec. Heretici dicti tractantes in hoc pniciose errant qꝫ nuptias cōdēnant. Hāc magister ponens cōdemnat errorē damnantiū ⁊ detestantium nuptias. ostendēs qꝫ bona res sit matrimonium p hoc qꝫ xp̄us interfuit nuptijs. ⁊ precepit vxorē a viro nō dimitti. Vñ ap̄ls ad Eph. ait. Viri diligite vxores vestras sicut ꝓpria corpa vra. Tertia ꝓpositio est hec. Electorum ecclesia non solū iūgitur christo spiritualiter sed etiā vere et corporaliter Hanc magister insinuans dicit qꝫ matrimoniū est signum coniunctionis xp̄i et ecclesie in cōformitate nature et signuz vnionis in charitate. Que duo matrimonium carnali copula consumatū pfecte significāt Est tñ pfectum mr̄imonium in quo est cōsensus aiorum sine carnali copula. Deficit tñ ab hac pfecta significatione. licet quedaz autoritates videnť dicere tale nō fore verum et pfectum mr̄imonium. Matrimonium em̄ tale. s. vbi est tm̄ cōsensus aioꝝ ē signū dilectionis. qua ꝓiuges inter se vniri debent. Aug. em̄ dicit. Plus valet sanctitas sacramenti qꝫ fecunditas ventris. Et tm̄ in speciali.

Que sunt consideranda in coniugio. a

DI. XXVII

Post hec aduertendū est quid sit cōiugiū. ⁊ que sit efficiens causa coniugij. ⁊ causa ꝓpter quā cōtrahi debeat. ⁊ que sint bona coniugij. ⁊ quō p ea excusef coitus carnalis. que sint legitime ꝑsone ad mr̄imonium. Sunt et alia plura in matrimonio cōsideranda q̄ sub cōpendio pstringemus.

Quid sit coniugium. b

Sunt ergo nuptie vel matrimoniū viri mulieris qꝫ cōiunctio maritalis inter legitimas psonas individuam vite cōsuetudinem retinens. Ad in diuiduā cōsuetudinem vite ptinet qꝫ absqꝫ psensu alterius neuter cōtinentiā pfiteri pōt vel orationi vacare. ⁊ qꝫ inť eos duz viuūt vinculū coniugale pmanet vt alij se copulare nō liceat. et vt inuicē alter alteri exhibeat quod quisqꝫ sibi. Hac autem descriptione: legitimoꝝ ⁊ fidelium tm̄ matrimonium includitur.

De consensu q̄ efficit cōiugiū. c

Efficiens autē causa matrimonij est consensus. nō quilibz. sz p verba expssus. nec de futuro. sed ō pñti Si em̄ consentiunt in futurū dicētes. Accipiam te in virū. et ego te in vxorem. nō est iste consensus efficax matrimonij. Item si consentiant mente et nō exprimant verbis vel alijs certis signis. nec talis consensus efficit matrimoniū Si aūt verbis explicāt qđ tamen corde nō volūt si non sit coactio ibi vel dolus. obligatio illa verboꝝ quib⁹ ꝑsentiunt dicētes. accipio te in virū. ⁊ ego te in vxorem. matrimoniū facit.

Autoritatibus ꝓbat qꝫ solus consensus facit matrimoniū. d

Qꝫ autē consensus matrimoniuz faciat subditis ꝓbatur testimonijs. Ait em̄ Isidorus. Consensus fac matrimoniū. Item Nicolaus papa. Sufficiat solus ꝑm leges eoꝝ consensus. de quoꝝ cōiunctionibus agit Quis solus si forte in nuptijs defuerit. cetera etiā cū ipso coitu celebrata frustrant Itē Joh. chrisosto. Matrimoniū quidē nō facit coitus sed voluntas. et ideo nō soluit illud sepatio corporis. Item Ambrosius. Nō deflo ratio virginitatis facit coniugium. sed pactio coniugalis. Ex his apparet qꝫ cōsensus. id est pactio coniugalis matrimoniuz facit. et ex tunc coniugium est. etiam si nō ꝓcessit vel secuta est copula carnalis.

Nicolaus papa.

Joh. Chrisost. sup math.

Ambrosi.

N

Qñ incipiat esse coniugiũ. e

Qz enim ab ipsa de

sponsatione in qua pactio coniugalis exp̃ mitur cõiuges sint. sanctoꝝ testimonia p̃ bant. Ait em̃ Amb. Cum iniciat cõiugiũ cõiugij nomen ascisciť. cũ coniungiť viro cõiugium est. nõ cũ viri admixtiõe cogno scitur. Item Isidorus. Coniuges verius appellanť a prima desponsatiõis fide. q̃ uis adhuc inter eos ignoreť cõiugalis cõ cubitus. Itẽ Aug. Coniunx vocať ex pri ma desponsatõnis fide quã cõcubitu non coguerat. nec fuerat agnituꝰ. nec pierat. nec mendax manserat cõiugis appellatio vbi non fuerat nec futura erat carnis vlla commixtio. ꝓpterq̃ fidele cõiugium: am bo parentes xp̃i vocari meruerunt. nõ so lum illa mater. sed etiam ille pater eius. si cut coniunx matris eius. vtrunq; tñ mẽte nõ carne. Ex his euidenter insinuať q; ex tpe quo intercedit cõsensus voluntariꝰ ac maritalis qui solus ꝓiugiũ facit. veri cõiu ges sunt sponsus et sponsa.

Amb. ili. ō virginibus.

Isidorus in li. etbimo.

Aug. in li. ō bono ꝓiugij

Scõm quosdam nõ est coniugiũ ante carnalem copulã: sed sponsi et sponse sunt. f

Quidã tamen asse

runt verũ cõiugiũ nõ cõtrahi ante tradu ctionẽ et carnalem copulã. nec veri coniu ges esse aliquos anteq; intercedat commi xtio sexus. sed a prima fide desponsatiõis vir sponsus. et mulier sponsa est non con iunx. Sponsos aũt et sponsas ꝓiuges fre quenter apellari dicunt. nõ qz sint. sed q̃a futuri sunt. cuius rei sponsionez inuicẽ fe cerunt. et ꝓm hoc verba p̃missarũ autori/ tatum intelligenda forte tradunt.

Qua ratione vtunť. g

Qz vero inter spõ=

sam et coniugem plurimum inter sit. ex eo astruunt. qz licet sponse ante carnalem co pulam incõsulto vel nolente sponso mona sterium eligere. quo facto. sponso etiã licz aliam ducere. Cõiugatus ꝙo vel cõiuga/ ta nec continentiã nisi ex cõmuni consensu seruare. valet. nec monasteriũ petere. nisi vterq; cõtinentiaz ꝓiter profiteatur. Qz ꝙo liceat sponse monasterium eligere au toritatibus sanctorum ꝓbatur. Ait enim

Qz spõsa p̃ti monasteriuz eligere ñ ex quisito spõsi consensu.

Eusebius papa. Desponsatã puellam nõ licet parentibus alij viro tradere. tñ licz si bi monasterium eligere. Item Greg. De creta legalia desponsatã si conuerti volue rit nullo penitus censuerunt damno mul ctari. Refert etiã Hiero. q; macharius in ter xp̃i heremitas p̃cipuus. celebrato nu ptiali ꝙiuio cum vespere thalamuz esset ingressurus exvrbe egrediens transmaria petijt. et heremi solitudinẽ sibi elegit. Be atus etiam Alexius silr ex nuptijs diuina gratia vocatus sponsam deseruit. et nudꝰ xp̃o familiari cepit. His autoritatibus et exemplis liquet licere sponsis sine consen su suarum sponsarum et econuerso conti/ nentiam profiteri.

Eusebius papa.

Gregoriꝰ

Exẽpla poti

Nõ cõiugatus vel coniugata ne= queant continentiã ꝓfiteri sine al terius consensu. h

Hoc aũt cõiugatis

nullatenus licet. Nõ em̃ põt vir melioris vite ꝓpositum sumere sine vxoris consen su et econuerso. Unde Greg. scribẽs theu tiste patricie. Sunt qui dicunt religionis gratia cõiugia debere solui. Unde sciẽdũ est qz et si hoc lex humana concessit. tamẽ lex diuina ꝓhibuit. Si ꝙo vtrisq; conue niat ꝓtinuentez vitã ducere. hoc quis aude at accusare. Sic em̃ multos sanctoꝝ noui mus cum suis cõiugibus ꝛ ꝓius continẽ tem vitam duxisse. et post ad sancte eccl'ie regimina migrasse Si vero continentiam quã vir appetit mulier nõ sequiť. aut quã vxorꝰ appetit vir recusat. coniugiuz diuidi nõ põt. qz scriptũ est Mulier potestatem sue carnis nõ habet sed vir. Similiť ꝛ vir potestatẽ sue carnis nõ habet sed mulier.

Idem Agathosa latrix ꝓsentiũ que sta est virũ suum cõtra voluntatẽ suã i mo nasterium esse cõuersum. qua ꝓpter experientie tue precipimus vt diligenti inqui sitione discutias. ne forte eius volũtate cõ uersus sit. vel ipa mutare se ꝓmiserit. et si hoc repieris. et illũ in monasterio perma nere ꝓuideas. et hanc sicut ꝓmisit muta re vitam cõpellas. Si vero nihil horũ est. nec quondã fornicatiõis crimen ꝓpter qõ licet vxorẽ dimittere. p̃dictã mulierẽ com misisse cognoueris. ne illius ꝙuersio: vxo ris relicte in seculo fieri possit p̃ditiõis oc casio. volumus vt maritum suum illi etiã si iam tonsoratus est reddere debeas. omni excusatione cessante. quia nisi fornicati

onis causa virū vxorē dimittere nulla ra/
tio concedit. ℘ostꝙ eñ copulatione ꝯiu
gij viri et mulieris vnū corpus efficit. non
põt ex pte ꝙuerti. et ex pte remanere in se
culo. Itē ex. viij. synodo Si ꝗs cõiuga
tus cõuerti ad monasteriū velit. non ē re
cipiende nisi ꝑius a cõiuge castimoniā pro
fitente fuerit absolutus. Tales ergo tunc
sine culpa sequũtur christuꝫ relicto seculo
si habent ex pari voluntate castitatis con
sensum. Itē. Si vir et vxor diuertere ꝑ so
la religiosa inter se cõsenserint vita. nulla
tenus sine consensu ep̃i fiat vt ab eo singu
lariter ꝓuiso cõstituantur loco. Nã vxo
Augusti. re nolente vel altero illoꝝ etiã ꝑ tali re ma
trimoniū nõ soluit. Item Aug⁹. Si abstí
nes sine vxoris volũtate. tribuis ei forni
candi licentiã. et peccatũ illius tue imputa
Nicola⁹ pa. bitur abstinentie. Item Nicolaus papa.
Scripsit nob thaberga regina: regia se vl
le dignitate vel copula exui. et sola vita ꝑ
uata esse contentã desiderare. Cui scripsi
mus. nõ hoc aliter fieri posse. nisi eandẽ vi
tam vir eius lotharius elegerit Ex his pa
tet ꝙ cõiugati sine cõmuni cõsensu monas
terium eligere. continentiã ꝓfiteri. vl̃ ha
bitum religionis sumere non valẽt. et si fe
cerint. reuocari debent. Spõsi ꝫo possũt
sine cõmuni cõsensu monasteriū eligere.
Unde videtur inter sponsum et spõsaz cõ
iugium nõ esse. Jdeoꝙ asserunt a prima fi
de desponsationis cõiuges appellari non
re ꝑsentiuz. sed spe futuroꝝ. qz ex fide quã
ex desponsatione sibi inuicem debent. po
stea efficiuntur cõiuges. ℘remissas au
tem autoritates quibus asserit ꝙ ꝯsensus
matrimonium facit. ita intelligi volunt vt
ꝯsensus vel pactio cõiugalis non ante coi
tum faciat mr̃imoniū. sed in coitu Sic̃ eñ
defloratio virginitatis non facit matrimo
niū nisi precedat pactio cõiugalis. ita nec
pactio cõiugalis anteꝙ assit copula carna
lis. Ex pactione ergo cõiugali spõsi ⁊ spõ
se fiunt ante coitũ. In coitu ℣o efficiuntur
cõiuges. Fac̃ eñ pactio ꝯiugalis vt q̃ ꝑi
us erat spõsa. in coitu fiat coniunx.

Responsio ad p̃dicta cũ determi/natione superiorum. i

His aũt ita respon
demus. Fit aliquando despõsatio vbi est
cõpromissio viri et mulieris de ꝯtrahẽdo
matrimonio. nõ est aũt ibi consensus de p̃
senti. et est desponsatio habens consensuz
de ꝓsenti. i. pactionẽ cõiugalez que sola
facit cõiugium. In illa ergo desponsatiõe
vbi est pollicitatio cõtrahendi matrimoni
um. sponsi tm̃ et sponse fiunt. nõ ꝯiuges. ⁊
talibus sponsis licet sine cõmuni consensu
cõtinentiam ꝓfiteri ⁊ monasteriū eligere.
In ea ℣o desponsatione vbi est ꝯsensus d̃
ꝓsenti. cõiugiū cõtrahit. ⁊ ab illi⁹ despõ
sationis ꝓma fide veri coniuges appellã
tur. Scd̃m hanc distinctiõnẽ desponsatõis:
de sponsis varie loquũtur doctores.

Quomodo accipiatur sponsa i su/pradictis capitulis. k

Aliquãdo eni spõ
sas vocant que talem habuerũt despõsati
onem vbi fuit pactio ꝯiugalis de p̃nti. ⁊ il
le vere cõiuges sunt. Añ Greg. Si ꝗs vx
orem desponsauerit vel subarrauerit quã ℣ spõsã di/missã ali⁹ co/gnatus no n
q̃ postmodũ ꝑueniente die mortis ei⁹ ne/
quiuerit eã ducere in vxorẽ. tamen nulli d̃ ꝯsanguinitate eius licet accipe eã in coniu
gio. et si inuentũ fuerit factũ. sepe omnio
Item Julius papa. Si quis desponsaue
rit vxorem et subarrauerit. et vel preueni
ente die mortis. vl̃ irruentibus quibusdã Juli⁹ pa.
causis eam nõ cognouerit. nec frater eius
nec vllus de consanguinitate eius eandez
sibi tollat in vxorem vllo vnq̃ tpe. Item
Greg. Qui desponsatam ꝓmi sui puel/ Gregorij⁹
lã cepit in ꝯiugiũ. anathema sit ip̃e ⁊ oms
ꝯsentientes ei qz ꝯm legẽ dei mori decerni
tur. Nam diuine legis mos est sponsas ap
pellare ꝯiuges. vt in euãgelio. Accipe ma
riam ꝯiugem tuã. Et in deutronomio. Si
quis alterius sponsam in agro vl̃ quolibz
loco oppꝛesserit vel adduxerit in domũ su
am. moriatur. quia vxorem proxim̃t sui vi
olauit. nõ que iam vxor erat. sed que a pa
rentibus vxor fieri debebat. Ex his colli/
gitur ꝙ sponse quedam coniuges sunt ante
commixtionem sexuum. Sed forte illud
mouet quod in fine capituli dicitur. non q̃
iam vxor erat. ꝫ q̃ vxor fieri debebat. Qd̃
non ita debet intelligi quasi vxor vere nõ
fuerit. ex quo pactio cõiugalis interceſſit.
sed qz nondũ traducta fuerat. nec res vxo
ria interceſſerat. s. cõcubitus cõiugalis.

Qd̃ aliter accipitur in his alijs ca/pitulis sponsa. l

Hec etiã sponsa est
que sic viro desponsata est. vt nõ interces/

Ex concilio tyburiensi.

serit consensus de ꝑsenti. sed sponsio futuri. Scom quem modū illud decretum itel ligitur. Si quis sponsam filij oppzesserit. et post filius eius eā duxerit. pater postea nō habeat vxozem nec mulier viz. filius q̄ patris facinus ignorauit aliam ducat. Si coniunx illa fuisset qō vtiq; foret. si i sponsalibus pactio coniugalis intercessisz. nō permitterek̄ sponso aliā ducere. Mechis aūt pena non nubendi ex rigoze infligitur vt alij terreank̄. Idem ex eodem. Quidaz desponsauit vxozem et dotauit. et cum ea coire nō potuit. quaz clanculo frater eius corrupit ⁊ grauidā reddidit. Decrecū est vt q̄uis nupta non potuerit esse legitimo viro. desponsatam tñ fratri frater habere non possit. sed mechus ⁊ mecha fornicatō nis quidem vindictaz sustineant. licita vero eis cōiugia non negenk̄. De illa despōsatione hoc intelligi debet vbi non fuit cō sensus coniugalis de ꝑsenti. alioquin non liceret eis alia sortiri coniugia. Scom hoc etiam illud intelligi debet. Statutum est a sacro ꝙuentu. vt si q̄s sponsam alteri⁹ ra puerit: publica pnia mulctek̄. ⁊ sine spe cō iugij maneat. et si ipa eidē crimini cōsenti ens nō fuerit. licentia nubēdi alteri nō negetur. Apparet hanc fuisse desponsatā si/ ne pactione cōiugali de ꝑsenti ⁊ ideo non fuisse coniugem. cui viuente sponso alteri nubendi licentia nō negak̄. Sunt em̄ quedam nuptialia pacta de futuro ex quibus sponsi et sponse vocank̄. nec exinde coniuges sunt. Et est pactio quedā coniugalis de presenti que sponsum et sponsam etiaz coniuges facit. ⁊ vtraq; pactio despōsatō vel sponsalia interdum dicūk̄. ꝓprie tamē spōsalia dicunk̄ quedam solēnia pacta nuptialia.

Ex concilio tholetano.

Quare nō statī tradāk̄ spōse. m

De nuptialib⁹ pactis vbi est tm̄ sponsio futuri.

Augusti.

Ait Augu. Institutum est vt iam pacte sponse nō statim tradank̄ ne vilem habeat maritus datam quā suspirauit sponsus dilatā.

Que sponsa sit vidua mozto sponso. et que non. n

Et est sciēdū q̄ illa

spōsa q̄ tm̄ i futuro est pacta: mozto spō so nō remanet vidua. q̄ nō fuerat vir ei⁹. vñ si q̄s eā duxerit ad sacros ozdines ꝙscē dere nō ꝓhibek̄ q̄ nō duxit viduā Vidue em̄ maritus eque sicut bigamus. sacerdos fieri ꝓhibetur. Ex tali aūt copula null⁹ ar cetur a sacris ozdinibus.

Qui alterius sponsam eo mozto ducit. ad sacros ozdines accedere potest. o

Secunduz hoc in=

Pelagius papa.

telligendū est q̄ ait Pelagius papa. de illo qui mozto sponso. ei⁹ spōsam ducit in vxozem. Nihil est inquit. q̄ tū ad hūc articulū attinet. q̄ ei obuiet de canonicis istitutis. q̄n ad sacros ozdines ꝓmoueri valeat. Si vo talis sponsa fuisset. inter quaz ⁊ sponsum eius cōsensus de ꝑsenti intercessisset. eo mozto vidua remansisset. cui copulatus in cōiugio vlterius ad sacros ordines nō accederet cū viduā duxerit. Nō est ergo ambigendū q̄n solus de ꝑsenti cō sensus ꝙiugiū efficiat. ⁊ ex inde veri cōiuges apellenk̄ Ideo post talē consensum si quis alij se copulauerit. etiā si carnis commixtio illic sequak̄. ad pzioꝛem copulā re/ uocandus est.

Ps. XX VIII h

Jsta est distinctio. xxvij. huiꝰ q̄r=

ti libri. In qua magister post q̄ supius determinauit de sacro matrimonij ꝺm se q̄tū ad eius institutionē Hic determinat de eo q̄ntum ad eius causam efficientem. Et tria facit. Primo enim quid sit matrimonium diffinit. Scdo qualis debeat esse consens⁹ qa trimonij subdit. Tertio que sponsalia coniugiū faciunt subiungit. Primū vsq; ibi. Efficiens aūt cā matrimonij. Scom vsq; ibi. De nuptialibus pactis Jn speciali sententia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarū ꝑma est hec. Quicūq; alicui ꝑ matrimonium legitime copulatur sine alterius cōsensu ab eo non seperatur. Hanc magister ponēs diffinit matrimonium dicens. q̄ est viri et mulieris maritalis coniunctio inter legitimas ꝑsonas indiuiduā vite ꝙsuetudinem retinens. Ad quā indiuiduā cōsuetudinez ptinet mutua debiti redditio ⁊ q̄ vnus sine altero cō tinentiā vouere nō pōt. nec se alteri alteri viuēte copulare. Scda ꝓpositio est hec. Causa efficiēs matrimonij est mutuus cōsensus ꝑ verba de presenti realiter expressus. Hanc magister ponens dicit q̄ causa efficient matrimonij est consensus cordiū ꝑ verba de ꝓsenti expressus. aliter matrimoniū fieri nō pōt Et hoc cōfirmat magister ꝑ multas autoritates que dicunt coniugium esse post talē consensum. etiam si carnalis copula nō sequak̄. Postea dicit quosdā dicere ante carnalē copulā sponsalia esse. et nō cōiugium et alias dici sponsas et alias cōiuges sponsas et nō cōiuges q̄ sit dzia inter sponsas et coniuges Ex hoc ꝓbat q̄ sponsus inuita sponsa pōt monasteriuz eligere et ecōuerso. ꝙiugatus vel coniugata nō pōt Autoritates tñ aliquando vocant sponsos cōiuges q̄ futuri sūt cōiuges. Tertia ꝓpō est hec. Si q̄s cū sponsa vidua cōtrahit ꝑ hoc bigamiā non incurrit. Hanc magister insinuans distinguit de sponsalibus

dicens q̄ sponsalia de futuro coniugium nō faciunt sponsalia v̄o de p̄senti coniugiū faciunt. qd̄ probat ꝑ multa iura. s. q̄ quedam sunt sponsalia de futuro et quedā de presenti. ꝓbat etiā q̄ ista spōsalia differunt qꝛ post sponsalia de futuro licet sponsos ad sacros ordines ascendere. nō aūt post sponsalia d̄ presenti. Et tm̄ in speciali.

Si consensus de futuro cum iuramento faciat coniugium. a

DI. XXVIII b

Hic q̄ri debet vtrum consensus de futuro addito etiā iuramēto. cōiugium efficiat? vt si quis promittat. vel etiaz iuret alicui se vsq̄ ad tempus placitū illam ducturū. et illa ꝓmittat vl̄ iuret se illi nupturā. nunquid talis spōsio eos cōiuges fecit? Si mutato ꝓposito alter vel vterq̄ ad alienā copulam transit nunquid ob priorē sponsionē iuramento subnixā: secūde federationis pactum scindetur? Considera qꝛ longe aliud est ꝓmittere. ⁊ aliud facere. Qui promittit. nondū facit. Qui ergo ꝓmisit se in vxorē ductuꝝ aliquam. nōdum eam duxit vxorē. ⁊ que spopondit se nupturam. nondum nupsit. Qūo ergo cōiuges appellari possunt q̄ nōdum ꝯtrahūt. sed i futuro se cōtracturos iurando ꝓmittūt? Item. Si ex vi iuramēti ad futuꝝ ꝑtinentis mox efficiuntur coniuges. cur iurant in futuro se facturos qd̄ in p̄senti efficiuntur? Itē Si ex quo iurant mox efficiuntur cōiuges. tūc rē hanc efficiunt quam iurant se facturos. Ideo dico qꝛ cōiugium tunc nō fuit. sed futuꝝ ꝓmittitur. Si vero ille post vxorem duxit. ⁊ illa marito nupsit. coniugiū vtrinq̄ fuit. et non potest dissolui. Precedens ergo mendacium vel ꝑiuriū. penitentia est corrigēdum. sed cōiugium sequens non est dissoluendū. Non autē sic est quando iuramētum cōiugij p̄sentis cōsensus attestatione firmat̄. quia post talem consensum si quis alij se copulauerit. etiam si ꝓlem ꝓcreauerit. irritum debet fieri. ⁊ ip̄e ad priorem copulam reuocari.

Que videntur obuiare p̄missis nouellarum institutio. b

Premisse autē sententie videtur obuiare illud qd̄ leges tradunt. Si q̄s tactis diuinis scripturis iurauerit mulieri se eam legitimā vxorē habiturū. vel etiam si in oratorio tale sacramētū dederit. fit illi legitima vxor. q̄uis nulla dos. uulla alia scriptura interposita sit. Sed hic ostendet̄ quid fieri vl̄ esse debeat. nō quod tunc fiat. Non em̄ ꝑ illud iuramētum tunc fit vxor. sed fieri debet. quia iuramentum est. Potest et de illo iuramento hoc dictū intelligi vbi de p̄senti cōsentiūt ac se inuicem suscipiunt. Illi etiā sentētie qua dictum est solū cōsensum facere cōiugiuz. videtur obuiare quod euaristus papa ait. Aliter legitimū non fit cōiugiū nisi ab his qui sup̄ feminā dn̄ationem habere videntur. ⁊ a quibus custoditur vxor petatur. ⁊ a ꝑentibus sponsetur ⁊ legib⁹ dotetur. ⁊ a sacerdote vt mos est benedicat̄ ⁊ a ꝑanimphis custodiat̄ ac solenniter accipiatur. Itē. Ita legitima scitote esse cōnubia. Aliter vero p̄sumpta. nō coniugia sed adulteria vel fornicationes sūt nisi voluntas ꝓpria suffragata fuerit ⁊ vota succurrerint legitima. Hoc autem nō ita intelligendū est tanq̄ sine enumerat̄ nō possit esse legitimum cōiugiū. sed qꝛ sine illis nō habet decorem et honestatē debitam. In huius em̄ sacramenti celebratione sicut in alijs quedam sunt ꝑtinentia ad substantiam sacramēti. vt consensus de p̄senti. qui solus sufficit ad cōtrahendum matrimonium. quedam vero ꝑtinentia ad decorem ⁊ solennitatem sacramēti. vt ꝑentū traditio sacerdotū benedictio ⁊ hmōi. sine quibus legitime fit cōiugium. quantum ad virtutem non quantum ad honestatē sacramēti. Sine his ergo non quasi legitimi coniuges. sed quasi adulteri vel fornicatores cōueniunt vt illi qui clanculo nubūt. ⁊ vtiq̄ fornicatores essent nisi eis suffragaretur voluntas verbis expressa de presenti. que legitimum inter eos facit matrimonium. Nam et consensus occultus de presenti ꝑ verba expressus coniugium facit. licet nō sit ibi honestus contractus. sed matrimonium non sancit consensus qui in occulto fuit. Si em̄ alter alterum dimiserit non cogitur iudicio ecclesie redire. ⁊ commanere quasi cum coniuge. quia non potest probari testibus contractus qui in occulto ē factus. Q̄ si ipsi qui in occulto sibi consēserunt. eundem ꝯsensum voluntarie i manifesto ꝓfiteantur. tunc vtiq̄ ꝓpria volūtas suffragatur. ⁊ legitima vota succurrūt ad sanciēdū ꝯiugiū qd̄ pri⁹ occulte fuerat ꝯctū. Volūtas ḡ v̄bis exp̄ssa i occulto ad h̄ suffragat̄ vt fiat ꝯiugium. manifeste v̄o exp̄ssa suffragat̄ vt sanciat et roboret ac liberū sit eccl̄ie de h̄ iudicare si expedierit.

Determinatio

Que ad necessitatem. q̄ ad decorē ꝑtinēt sacr̄mēti

De qua re sit cõsensus ille. an ꝺ carnali copula. an de cohabitatione. an de alio. c

Hic qnerítur cũ cõsensus de p̃senti matrimoniũ faciat. cuius rei consenſ⁹ sit ille. an carnalis copule. an cohabitationis. an vtriusqꝫ. Si cohabitationis cõsensus matrimoniũ facit. tũc frater cũ sorore. pater cum filia põt cõtrahere matrimoniũ Si carnalis copule. tũc inter mariam ⁊ Joseph nõ fuit ꝯiugiũ. ℙpropo suerat eñ maria in virginitate manere nisi de⁹ aliter facere iuberet ꝑm qꝺ videt angelo dixisse. Qũo fiet istud qm̃ viꝝ nõ cognosco. i. me nõ cognituraꝫ ꝓposui. Neqꝫ ei qꝛ virũ tũc nõ cognoscebat. necesse erat inq̃ri q̃modo posset hr̃e filiũ. sed. qꝛ se nunqꝫ cognituraꝫ ꝓposuerat. Dicit eñ Beda. q̃ in virginitate manere dispoſuerat. Si ꝯ cõtra suũ ꝓpositũ post consensit in carnalem copulam. videt facta voti rea: mente et si nõ ope violata. Dicam⁹ ergo q̃ cõsensus cohabitationis vl carnalis copule nõ facit coniugiũ. sed consensus coniugal' societatis verbis ꝑm p̃sens tp̃s expressus vt cũ vir dicit. Ego accipiam te in meam. nõ dominam nõ ancillam. sed ꝯiugez. Quia eñ nõ ancilla vel domina daꝝ. ideo nec de sũmo. nec de imo a principio formata est. sed de latere viri ob cõiugalem societatem Si de summo fieret. vt de capite. videret ad dominationẽ creata. Si vero ꝺ imo vt de pedibus. videret ad seruitutẽ subijciẽda. Sed qꝛ nec in dñam nec in ancillã assumitur. facta est de medio. i. de latere. quia ad cõiugalem societatẽ assumit. Luꝛ ergo sic ꝯueniunt vt dicat vir. accipio te in meam ꝯiugem. ⁊ dicat mulier accipio te i meum virũ. His verbis vel alijs idem signifi cantib⁹ exprimit cõsensus. nõ copule carnalis vel cohabitationis coꝛpalis. sed cõiugalis societatis. Ex qua oportet eos cohabitare. nisi forte causa religiõis pari voto coꝛpaliter separent vel ad tempus vsqꝫ in finem.

Beda super Lucam.

Ecce in quã rẽ fuit ille cõsensus.

Mlare ꝺ latere viri formata sit mulier.

Jsta est distinctio. xxviij. huius

quarti libꝛi. In qua magister postq̃ ostensum est q̃ ꝯsensus est causa efficiens matrimonij. Hic ꝟo ostẽdit qualis debeat esse consensus q̃ matrimoniũ facit Et tria facit. Primo inquirit vtrũ cõsensus de futuro iuramento cõfirmatus verũ facit matrimonium. Scõo subdit quid parentum traditio ⁊ sacerdotum benedictio faciunt ad matrimonium. Tertio subiungit quõ verbis quibus ꝯtrahitur matrimonium nõ exprimit consensus copule carnalis. Primuꝫ facit a principio distin. vsqꝫ ibi. Premisse aũt sñe. Secũdũ vsqꝫ ibi. Hic querit cum consensus. Tertiũ ꝟo vsqꝫ ad finẽ dis. Jn speciali sñia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quarũ prima est. Nõ tenet matrimonium qõ ꝑ consensum de futuro contrahit. licet fuerit etiã iuramento stabilituꝫ. Hanc magister insinuans querit primo. vtrum consensus de futuro firmatus iuramento faciat verũ matrimonium. et oñdit ꝓmo q. nõ qꝛ ꝑ talia verba ꝓmittitur futurus consensus nõ ꝓesens exhibetur ⁊ ꝑ iuramentũ nihil aliud fit: q̃ cõfirmatio ꝓmissionis sup cõtracto faciendo. vnde si alter vel vterqꝫ sic ꝓmittentiũ ad aliã copulam transierit cõiugium verũ fit. ⁊ nõ potest dissolui. nec ꝑ p̃cedentẽ sponsionẽ impeditur. Postea objicit i cõtrariũ huiꝰ ꝑ quandã legẽ. Et rñdet q̃ lex illa loquitur de iuramento adhibito verbis de p̃nti. vel lex dicit post iuramentũ de futuro matrimoniũ fieri debere nõ ante foꝛe. Scõa ꝓpositio est hec. Parentũ traditio ⁊ sacerdotis benedictio ad istius sacramenti ꝓtinent solennitatẽ. sed consensus mutuus ad ipꝰ ꝓtinet realitatẽ Hanc magister insinuans dicit q̃ qꝛ supradictum est in ꝓcedenti distinctione q̃ solus cõsensus facit matrimoniũ. Objicit in ꝯtrariũ dicẽdo matrimoniuꝫ nõ esse si nõ interueniat dos ⁊ benedictio ⁊ solennis traditio. Et rñdet magister q̃ talia sũt ꝺ honestate et solennitate sacramenti. occultus eñ cõsensus ꝑ verba de presenti exp̃ssus facit matrimonium q̃uis tñ ecclesia talem consensum iudicio nõ ꝓsequatur. Tertia ꝓpositio est hec. Illis verbis q̃bus matrimoniũ cõtrahit consensus copule carnal' et cõiugalis nõ exprimit. Hanc magister insinuans querit. in quid debeat esse consensus faciens matrimonium. an in cohabitationem. si sic. tunc frater et soꝛ essent coniuges. si ꝟo in carnalem copulã. tunc inter beatam virginẽ ꝛ ioseph nõ fuisset matrimonium seu cõiugium. Et respondet dicens q̃ cõsensus ille debet esse in coniugalem societatem. in cuius societatis signũ mulier nõ de capite nec de pedib⁹ sed de latere viri formata fuit. Et tñ in speciali.

Coactio excludit consensuꝫ cõiugalem. a

D. XXIX

Oportet autẽ cõsensum coniugalem liberũ esse a coactiõe Coactus eniꝫ cõsensus q̃ nec consensus appellari debet. cõiugiũ nõ facit. sicut testat Urban⁹ papa scribẽs sancio regi arragonum in hec verba. De neptis tue cõiugio quã te cuidã militi daturũ necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione confirmasti. hoc eq̃tate dictante decreuim⁹ vt si illa virũ illũ omnino vt dicit renuit. ⁊ in eadem volũtate ꝑsistit. vt viro illi se ꝓrsus deneget nupturã. nequaq̃ eã inuitam ac renitentẽ eiusdem viri cogas coniugio copulari. Jdem. Si vez esse cõstiterit qõ nobis legati iordanis principis retulerũt scz q̃ ipe coactꝰ et dolens filiã suã flentẽ ⁊ ꝑ viribus renitentem. rainaldo despõsauerit. qm̃ legez et canonũ autoꝛitas talia

Urbanus papa.

sponsalia non approbat. ne ignorantibus leges et canones nimis durꝫ videatur: ita sentētiam temperamus. vt si princeps cū assensu filie id quod ceptū est ꝑficere voluerit. ꝯcedamus. Sin autē: legatus noster vtrasq; ꝑtes audiat ⁊ si nihil fuerit ex ꝑte rainaldi quod amplius impediat. ab ipo iordane sacramentū quo cōstent hec q̄ dicta sunt accipiat. et nos canonum ⁊ legum scripta sequentes. deinceps nō ꝓhibemꝰ quin alij viro si voluerit p̄dicta eius filia tm̄ in domino nubat. Ex his apparet coniugium fieri inter consentientes ⁊ spontaneos. non inter renitentes ⁊ inuitos. Ueruntñ qui inuiti et coacti cōiuncti sunt. si postea ab aliquo temporis spacio sine cōtradictione et querimonia cohabitauerit facultate discedēdi vel reclamādi habita consentire videt̄. ⁊ cōsensus ille cōsequēs supplet. qd̄ precedens coactio tulerat.

In libro pandectarum. b

Cōsentire aūt ꝓbatur qui euidenter non cōtradicit ꝑm illud In sponsalibus eorum consensus exigendus est quorū in nuptijs desideratur. Intelligitur tamē semper patri filia cōsentire nisi euidenter dissentiat. Item. Spōsalia sicut nuptie consensu fiunt cōtrahentium. ⁊ ideo sicut in nuptijs. ita ⁊ i sponsalibus patrissamilias filiam cōsentire oportet. q̄ si patris voluntati non repugnat. consentire intelligitur.

Ista est distinctio. xxix. huiꝰ q̄rti libri. In qua magister postq̄ ꝑ supius determinauit d̄ causa efficiente. Hic aūt determinat de impedimentis cause efficientis. Et circa hoc duo facit. Primo em̄ ponit aliquid qd̄ impedit cōsensum ne matrimonium possit facere. Scd̄o ponit scd̄m impedimentuꝫ cuiusmodi est error. s. in sequēti disti. In spāli sentētia magistri stat in hac ꝓpositione. Coniugalis consensus oꝑtet q̄ nō sit coactus sed voluntarius. Hāc magister insinuans ꝓponit p̄mo q̄ cōsensus ꝑ coactionem extortus nō facit matrimoniū. qꝛ nec cōsensus appellari debet. qd̄ autoritatibus ꝯfirmat. Postea dicit q̄ si post talē coactionem subsequens ꝯsensus interuenerit vtpote si simul cohabitent. et cōtra matrimonium nō reclamaut. videnť cōsentire ⁊ consensus ille subsequēs supplet qd̄ p̄cedens coactō tulerat. Unde patet correlarie q̄ qui in principio vite coniungunť si nō discedūt oꝑtunitate habita consentire videnť. Et iterū quemadmodū in nuptijs ita in sponsalibus debet esse consensus volūtarius. Ultio dicit q̄ ille dicit ꝯsentire q̄ manifeste et euidenter nō contradicit. et talis tacitus cōsensus non soluit matrimonium. sed etiam sponsalia priora confirmat. Et tm̄ in speciali.

De errore qui euacuat consensum. a

Nec soluꝫ coactio impedit vel excludit cōsensum. sed etiam error. Nō aūt omnis error cōsensuꝫ impedit. Est em̄ error alius ꝑsone. alius fortune. alius conditionis. alius qualitatis. Error persone quando hic putať esse homo ille. et est aliꝰ. Error fortune. qñ putať esse diues qui pauꝑ est vel econuerso. Error conditionis qñ putatur esse liber q̄ seruus est. Error qualitatis qñ putať esse bonus qui malus est. Error fortune et qualitatis coniugij consensum nō excludit. Error v̄o conditionis cōiugalem consensum euacuat. De qua cōditione postmodū tractabimus. Error quoq; ꝑsone cōsensū cōiugalem nō admittit. vt si quis feminā nobilem in coniugium petat ⁊ ꝓ ea alia ignobilis tradatur ei. nō est inter eos cōiugiuꝫ qꝛ nō cōsensit vir in istam. sed in aliam. vt si quis ꝓmitteret mihi se venditurū aurū et ꝓ auro offerret mihi auricalcū et ita me deciperet. nunquid dicerer consensisse in auricalcum? nunq̄ volui emere auricalcū nec ergo in illud consensi. qꝛ consensus nō nisi voluntatis est. Sicut ergo error materie excludit cōsensum. ita ⁊ in coniugio error ꝑsone. Sed obijciť de iacob qui pro rachel septem annis seruierat. et supposita est ei lya. nunquid error ꝑsone exclusit cōiugium cum non in eam. sed in rachel consenserit? Sed quod ibi factuꝫ. in misterio gestum non improbe traditur. ibi tamen ⁊ si nō precessit. secutus est cōsensus. nec ex illo cōcubitu q̄ cōsensum precessit fornicarij iudicanť. cum ille maritali affectu eā cognouerit. ⁊ illa vxorio affectu debitū ꝑsoluerit putās lege p̄mogenitaꝝ ⁊ paťnis imperijs se illi iure copulatam. Excusať etiā quia dei consilio in misterio ita actum est. Hodie etiam excusareť ille cui inscio vxoris soror lectulum eius ingressa se subijceret. que cum sine spe cōiugij perpetuo manere censeať. ille tamen qui cognouit eam ꝑ ignorantiam excusatur. qd̄ ꝑ simile probatur. Si enim dyabolus trāsfigurans se in angelū lucis credatur bonꝰ: nō est error periculosus. Q̄ autem vir ille in illam mulierem nō consenserit: ex simili ostenditur. Si quis hereticus noīe augustini vel Ambrosij alicui catholico se offerret. eumq; ad

DI. XXX

ERROR

Oppositō

Solutio.

sue fidei imitationem vocaret. si ille assen/
tiret. in cuius sententiam fidei diceret con
sensisse? Non in hereticorum sectam sed in
integritatē fidei quam ille hereticus se mē
tiebatur habere. Error vero fortune consen
sum non excludit. Que enim nubit paupi
putans illum esse diuitem. nō potest renū-
ciare priori conditōi q̄uis errauerit. Nec
error qualitatis, vt si quis ducat vxorem
meretricē vel corruptam. quā putat eē ca-
stam vl virginem nō pōt eam dimittere.

De cōiugio marie et ioseph. b

Premissis aliquid

addendum est de modo illius consensus.
qui inter mariam et ioseph intercessit. Sa
ne credi pōt nō solū mariam sed etiam Jo
seph apud se disposuisse virginitatē ꝟua/
re velle. nisi deꝰ aliter iuberet. eosq; sic cō-
sensisse in cōiugalē societatem. vt vterq; d
altero reuelante spiritussancto intelligerz
q virginitatē seruare vellet. nisi deus alit
inspiraret. sed illam voluntatem verbis n̄
expresserant. postea vero expresserunt. ⁊ in
virginitate ꝑmanserūt. Cōsensit ergo ma
ria in maritalem societatē. sed nō in carna
lem copulam. nisi de eadem specialiter de
us preciperet. cuius etiam consilio in ma-
ritalem consensit copulam. qꝛ virginitatē
seruare volebat. et ideo non aliter consen
sisset in coniugalem societatem. nisi famili
are dei consiliū habuisset. De qua Augu.
sic ait. Beata maria ꝓposuit se seruaturā
votum virginitatis in corde. sed ip̄m votū
nō expressit i ore Subiecit se diuine dispo
sitioni. ꝓposuit se perseueraturaz virginē
nisi deus aliter ei reuelaret. Cōmittens er
go virginitatem suaz diuine dispositioni.
consensit in carnalem copulā. nō illam ap-
petendo. sed diuine inspirationi in vtroq;
obediendo. postea vero simul cum viro la
bijs expressit. et vterq; in virginitate per-
mansit.

Aug. in li. d vitijs et concupiscētijs.

Qd perfectum inter eos fuit cō
iugium. c

Inter quos vt ait

Augꝰ. ꝑfectum fuit coniugium. perfectū
quidem non in significatione. sed in sancti
tate. Sanctiora sunt em̄ ꝯiugia pari voto
continentium. Unde Augꝰ. Qd deo pari
voto et consensu voueratis. ambo ꝑseue/
ranter reddere debuistis. a quo ꝓposito si
lapsus est ille. tu saltē ꝑseuera. Nō qꝛ pa-
riter tempabatis a cōmixtiōe carnali. ido
maritus tuus esse destiterat. imo vero tanto
sanctius coniuges manebatis. q̄to sancti
ora concorditer placita seruabatis Perfe
ctum ergo fuit Marie ⁊ Joseph coniugi
um in sanctitate. Perfectū etiā fuit ꝟm tri
plex bonum coniugij. fidem. s. prolem. ⁊ sa
cramentū. Omne em̄ nuptiarum bonū vt
ait Augstinꝰ impletum est in illis parenti-
bus xp̄i. fides. ꝓles. sacramentū. Prolez
cognoscimus ip̄m dominū. Fidem qꝛ nul
lum adulterium. Sacramentum qꝛ nullū
diuortiū Solus ibi nuptialis concubitus
nō fuit. qꝛ in carne peccati fieri non potue
rat sine pudenda concupiscentia carnis. q̄
accidit ex peccato. sine qua concipi voluit
qui sine peccato futurus erat Et licet non
intercessisset coniugalis concubitus. cōiu-
ges tamen vere fuerunt. mente non carne
sicut et parentes. q̄uis Ambro. dicat per
fectū fieri cōiugium ꝑ carnalem copulam.
In omni inquit matrimonio coniunctō in
telligitur spiritualis. quā confirmat ⁊ ꝑfi/
cit cōiunctoꝝ ꝯmixtio corꝑalis. Sed intel
ligendum est coniugium ꝑfici commixtōe
corꝑali. non q̄tum ad veritatem vl sancti
tatem coniugij. sed q̄tuz ad significationē
quia perfectius vnionem christi ⁊ ecclesie
tunc figurat.

Augusti.

Aug. in li. d bono ꝯiugali.

De causa finali coniugij. d

Exposito que sit ef

ficiens causa matrimonij. cōsequens ē oñ-
dere ob quā causam soleat vel debeat con
trahi matrimonium. Est igit finalis cau-
sa matrimonij contrahendi principalis ꝓ
creatio prolis. propter hoc em̄ instituit de
us coniugium inter primos parentes. qui
bus dixit. Crescite et multiplicamini ⁊c.
Secunda est post peccatū ade vitatio for-
nicationis. Unde apostolus Propter for
nicationem vnusquisq; habeat vxorem su
am ⁊ vnaqueq; habeat virū suum. Sūt ⁊
alie cause honeste. vt inimicorum reconci-
liatio. ⁊ pacis reintegratio. Sunt etiam et
alie cause minus honeste ꝓpter quas ali-
q̄n contrahitur. vt viri mulierisq; pulcri-
tudo que animos amore inflammatos se/
pe impellit inire coniugium. vt valeāt su-
um explere desiderium. Questus quoq; ⁊
diuitiarum possessio frequenter est coniu-
gij causa. et alia multa que cuiq; diligenti-
am adhibenti facile est discernere. Nec est

assentiendum illis qui dicunt non esse con iugium quod propter has causas minus honestas contrahitur. Constat enim ex p̃ missis coniugium fieri ex communi cõsen su verbis de p̃senti exp̃sso. q̃uis amor ad hoc attraxerit. Cuius rei documentũ p̃e stat Jacob qui rachel decoram facie et ve nusto aspectu amauit. eam q̃ multum dili gens ait. Seruiam tibi pro Rachel septez annis. In deutronomio etiam legitur Si videris in medio captiuorum mulierẽ pul chram et adamaueris eam. volueris q̃ vx orem hr̃e. introduces eã in domũ tuã ꝛc̃.

Q̃d malus finis nõ cõtaminat sacramentum. e

Et licz fine non bo

no contrahatur cõiugium. quando speci es contrahentis mouet animum. coniugi um tamen bonum est. quia vita mala vl̃ in tentio peruersa alicuius. sacramentũ non contaminat. Habuit autem coniugiũ ma rie et Joseph alias causas speciales. scz vt virgo solatio viri sustentaretur. et vt dya bolo partus celaretur. vt Joseph esset te stis castitatis. defendens eam ab infamia suspitionis. ne vt adultera damnaretur.

Jsta est distinctio. xxx. hui⁹ quar

ti libri In qua magister post q̃ supius determinauit de impedimento coactionis. Hic determinat de im pedimento erroris. Et tria facit. Primo em̃ deter minat de impedimento erroris. Secundo determi nat de matrimonio beate virginis. Tertio quomo do p̃incipalis ei⁹ cã sit p̃creatio p̃lis. Primu z sq̃ ibi. Premissis aliq̃d. Scõm ab indevsq̃ ibi. Est igi tur finalis. Tertiũ vsq̃ ad finẽ dis. In speciali sentẽ tia mgri stat in tribus p̃positionibus quar̃ p̃ma est hec. In matrimonio contrahendo quatuor errores possunt ꝓtingere. quorum duo dinoscunt̃ ip̃m solue re. Hanc magister ponẽs p̃ponit primo q̃ error p̃t dissoluere matrimonium nõ quidez error qualitatis vel fortune sed error cõditionis vt q̃n putat eẽ liber qui seruus est. Similiter error p̃sone impedit ma trimonium. sicut si petit hanc mulierem. s. nobilẽ in matrimoniũ. et det sibi alia. s. ignobilis. sicut etiã si aliquis emat aur̃ et detur sibi auricalcũ. non est ven ditio sz deceptio Et est error p̃sone q̃n putat hic ho mo et est alius. Error aũt conditionis est q̃n q̃ liber creditur seruus est. Error fortune est quando credi tur diues esse qui pauper est. Error qualitatis ẽ. q̃n creditur pulcher qui turpis est. vl̃ quando creditur bonus qui est malus. Postea obijcit in contrarium de Jacob qui per errorem accessit ad Lyam. Et re spondet q̃ hoc mystice gestum fuit nec fuit illud ma trimonium per illuz errorem sed per consensum qui postea accessit. Excusatur tamen Jacob de fornica tione. quia ad eam accessit vxorem suam credens. ꝛ sic maritali affectu eam cognouit et illa vxorio affe ctu debitum persoluit. sicut aliquis excusaretur acce dens ad sororem vxoris quam in loco nesciens inue nerit. Et sicut excusaretur aliquis accedẽs angelũ malum credens bonum esse. et sicut cõsentiens opi nioni illius quem crederet augustinum vel ambrosi um esse non peccaret. Secunda p̃positio est hec. Et si inter mariam et ioseph perfectum coniugiũ fu erit. tamen maria licite in sua virginitate perinane re p̃posuit. Hanc magister insinuans q̃rit in quo consenserunt maria et ioseph quando fuit inter eos matrimonium celebratum. Et respondet s̃m beatũ Augu. q̃ beata virgo p̃posuit seruare virginitatez nisi deus et aliter reuelaret. sed ipsum votum nõ ex pressit ore. committens virginitatem suam diuine di spositioni consensit in copulam maritalem. siue in so cietatem coniugalem ex familiari cõsilio spiritussan cti. Et iam s̃m beatum Augu. implicite. licet nõ ex plicite consensit in carnalem copulam. non illam ap petendo. sed diuine dispositioni in vtroq̃. s. virgini tate et commixtione obediendo. Postea simul cum viro expressit labijs votuz et vterq̃ in virginitate p̃ mansit. Postea dicit q̃ illud coniugium perfectũ sit sanctitate. licet non significatione. quia coniugium quod est sine carnali copula q̃uis sit perfectum q̃n tum ad veritatem. sanctum q̃tum ad sanctitatez cõ iugij. nõ tamen q̃tum ad significationem. quia non tam perfectam significat vnionez christi et ecclesie si cut coniugium p̃ carnalem copulam consummatum et q̃ illud coniugium perfectũ fuit ostendit p̃ tria bo nã matrimonij que ibi fuerunt scz fides. proles. ꝛ sa cramentum. Proles enim fuit christus, Fides quia nullum adulterium. Sacramentum quia nullum di uortium. Tertia p̃positio est hec. Principalis cau sa contrahendi matrimonium est prolis procreatio Secunda est fornicationis vitatio Sunt etiam que dam alie cause minus honeste. vt pulcritudo viri vl̃ mulieris vel abundantia pecunie et diuitiarum. Sunt etiam quedam alie honeste cause sicut inimi cozum reconciliatio. et pacis reintegratio. et huius modi. Postea remouet errorem quorundam dicen tium. p̃pter causam minus honestam matrimoniuz non contrahi. dicendo q̃ p̃pter huiusmodi causas non impeditur quin sit matrimonium. et quinetiam sit bonũ matrimonium. q̃ malicia vel peruersa intẽ tio alicuius nõ commaculat sacramentum. nec eius bonitatem impedit. quod autoritatibus confirmat. Ultimo dicit q̃ intentio beate virginis marie et Jo seph sunt quedam cause speciales Prima fuit vt vir go vir solatio ꝛ auxilio sustentaretur. Secunda fuit vt partus virginis dyabolo celaretur Tertia fuit vt ioseph sit testis castitatis beate virginis vt possit de fendere eã ab infamia suspitionis. ne vt adultera la pidaretur. Et tm̃ in speciali.

De tribus bonis cõiugij. a

Post hec de bo

D. XXXI

nis ꝓiugij q̃ sint. ꝛ qualit̃ coitũ excusent. dicẽdũ est. Tria sunt p̃ncipalit̃ bona ꝓiugij. vñ Au gusti. Nuptiale bonũ triplitũ est. s. fides. ples. sacr̃m. In fide attendit̃. ne post vin culum cõiugale cũ alio vel alia coeat̃. In ple vt amãter suscipiat̃ religiose educet̃. In sacr̃o vt cõiugiũ non sepet̃. ꝛ dimissus vel dimissa, nec causa prolis alteri coniun gatur.

Aug. super genesim.

De duplici sepatione. b

Sepatio aũt gemina est. corpalis. ſ. ⁊ sacramentalis. Corporaliter possunt separi causa fornicatiõis ⁊ ex cõmuni consensu causa religionis siue vsq; ad tempus. siue vsq; in finem. Sacramentaliter vero separi non possunt dũ viuunt. si legitime psone sint. Manet enim vinculũ coniugale inter eos etiaz si alijs a se discendentes adheserint. Ũ aug. Usq; adeo manent inter viuentes semel inita iura nuptiaꝝ. vt potius sint inter se coniuges etiaz sepati q̃ cum alijs quibus adheserũt. Itẽ. Manet inter viuẽtes quoddã coniugale vinculuz. qõ nec seperatio. nec cuz altero copulatio possit auferre. Sicut apostata anima de cõiugio xp̃i recedens etiam fide pdita. sacramẽtũ fidei nõ amittit. qõ lauacro regeneratõis accepit. Reddereturẽ redeunti si amisisset abscedẽs. Habet aũt hoc qui recesserit ad cumulum suplicij. non ad meritũ pmij. Item. Quibus placuit ex cõsensu ab vsu carnalis cõcupiscentie in ꝑpetuum cõtinere. absit vt vinculum inter illos cõiugale rumpatur. immo firmius heret quo magis ea pacta secum gerit. que charius cõcordiusq; seruãda sunt. non voluptarijs corpoꝝ nexibus sed voluntarijs animoꝝ affectibus. Et attende q̃ tertiũ bonum cõiugij dicit sacra/mentum. nõ q̃ sit ipsum cõiugiũ. sed quia eiusdem rei sacre signum est. i. spũalis ⁊ inseparabilis coniunctionis christi et ecclesie.

Aug⁹. lij. de bono ꝓiuga.

Hec tria nõ assunt oi ꝓiugio. c

Et est sciendum ab aliquibus contrahi coniugiũ vbi hec tria bona nõ comitant. Bee est eñ fides vbi vir cum alia. ⁊ mulier cum alio coit. Hoc ergo bonum ita coniugio adheret vt ex eo si assit amplius commẽdet cõiugiũ. Si nõ assit. non inde annihiletur. Nuc eñ adultera est non ideo coniunx non est. imo si coniunx nõ esset. adultera non foret. Quod cũ sit. culpa committitur. sacramentum vero non cassatur. Bonũ quoq; prolis nõ omnibus adest coniugibus. Quidam eñ pari voto continentiam seruant. alij pro etatis defectu vel alterius rei causa generare nõ valent. Nec omnes illi etiam qui plem recipiunt bonum prolis habent. Nam bonũ prolis dicit non ipa proles. sed prolis spes. que ad religionem nõ refert. imo ad hereditariam successionẽ. vt cũ quis here des terrene possessionis habere desiderat sed spes ac desideriũ quo ꝑples ad hec queritur vt religiõe informetur. Multi ergo plem habent qui tñ bono ꝑfis carent. nec ideo tñ cõiugiũ esse desinit. Sacramentuz vo ita inseparabiliter ꝓiugio heret legitimarũ psonaꝝ. vt sine illo ꝓiugiũ nõ esse videatur. qz semp manet inter viuentes vinculum coniugale. vt etiam interueniente diuortio fornicationis causa. cõiugalis vinculi firmitas nõ soluat. Ubi vo non inter legitimas personas cõtrahitur coniugiuz nõ adest illud bonũ quod dicit sacramentũ. qz potest solui taliũ copula. de qb⁹ post dicetur. Qz vero coniugiuz sit int eos q̃ coniugali affectu non tamen gratia prolis sed explende libidinis cõueniunt. nec fornicarij sed coniuges appellentur ostendit Augu. inquiens. Solet queri cum masculus et femina. nec ille maritus. nec illa vxor alterius: sibimet nõ filiozum ꝑcreandorum. sed ꝑ incontinentia solius concubit⁹ causa copulantur ea fide media vt nec illa cum altero. nec ille cũ altera faciat id. vtꝝ nuptie sint vocande? Et potest fortasse nõ absurde hoc appellari connubiũ. si vsq; ad mortem alicuius eozum id inter eos placuerit. et prolis generationem q̃uis non ea causa coniuncti sunt. nõ tamen vitauerint vt vel nolint sibi nasci filios. vel etiaz opere malo aliquo agant ne nascantur. Ceterum si vel vtrunq; vel vnũ hozũ desit. nõ inuenio quomodo bas nuptias apellare possimus. Etenim si aliquã sibi ad temp⁹ adhibuerit donec aliquam dignam bonoribus aut suis facultatibus inueniat quaz in coniugio adducat. animo ipso adulter est. nec cum illa quam cupit inuenire. sed cum ista cum qua sic cubat. vt cum ea non habeat maritale cõsortium. Ecce cõiuges dicunt qui solius concubitus causa conueniunt. si tamen prolis generationẽ aliquo malo dolo non vitent.

Aug. lij. de bono ꝓiuga.

De his qui procurãt venena sterilitatis. d

Qui vero venena sterilitatis procurãt. non ꝓiuges sed fornicarij sunt. Unde Aug⁹. Aliquãdo eouscp̃ uenit hec libidinosa crudelitas vel libido crudelis. vt etiam venena sterilitatis procuret. et si nihil valuerint: conceptos

fetus inter viscera aliquo modo extiguat vel fundat. volendo prolem suam pri⁹ interire quã viuere. aut si in vtero viuebat. occidi antequã nasci. ℙrorsus si ambo tales sint: cõiuges nõ sunt. ⁊ si ab initio tales fuerunt. nõ sibi p cõnubiũ sed p stupr̃ũ potius ꝙuenerũt. Si vo ambo tales nõ sunt audeo dicere aut illa quodãmodo est mariti meretrix. aut ille adulter vxoris.

¶ Quando sunt homicide qui ꝓcurant aborꝝtum. e

Hic queri solet de

his qui aborꝝtum ꝓcurãt qñ iudicent homicide vl nõ? Tunc puerperiũ ad homicidiũ ptinet. qñ formatũ est ⁊ animã habet. vt Aug. sup exodũ asserit. Informe autẽ puerperium vbi nõ est anima viua. lex ad homicidiũ ptinere noluit. Dicit etiã Aug. Q̃ informe puerperiũ nõ habet animam. ideoq̃ mulctar̃ pecunia. nõ reddit̃ anima p anima. sed iam formato corpi anima datur. nõ in conceptu corꝝis nascit̃ cum semine deriuata. Nam si cum semine ⁊ ania existit de anima. tunc et multe anime quotidie peunt. cum semẽ fluxu nõ ꝓficit natiuitati. ℙrimum optet domum cõpaginari. et sic habitatorem induci. Cum ergo lineamenta compacta non fuerint. vbi erit anima? Item Hiero. ad algasiam. Semia paulatim formant̃ in vtero. et tãdiu nõ reputat̃ homicidium. donec elementa cõfecta suas imagines membraq̃ suscipiant. His apparet tũc eos homicidas esse. q̃ aborꝝtum procurant. cũ formatũ est ⁊ animatum puerperiũ.

Augusti.

Hiero.

¶ De excusatione coitus qui fit p hec bona. f

Cum ergo hec tria

bona in aliquo cõiugio simul cõcurrũt. ad excusationem coitus carnalis valent. Q̃ñ em̃ seruata fide thori causa ꝑlis coniuges ꝙueniũt. sic excusatur coitus vt culpã non habeat. Quãdo vero deficiente bono prolis. fide tñ seruata conueniunt causa incõtinentie. non sic excusat̃ vt nõ habeat culpam. sed venialem. Vnde Aug. Coniugalis concubit⁹ generandi gratia. nõ habet culpam. Concupiscentie vo satiande. sed tamen cũ coniuge. ꝓpter thori fidẽ: venialem habet culpam. Item. Hoc q̃ coniugati victi concupiscentia vtunt̃ inuicem. vltra necessitatem ꝓcreandi liberos. sed ⁊ ibi est nuptiarũ bonuz. Non enim quia incontinentia malũ est. ideo coniugiũ. vbi ẽ concubitus preter intentionem generatõnis. non est bonũ. non ꝓpter illud malum culpabile est hoc bonũ. sed illud maluz fit veniale propter bonum nuptiale. Quod

Aug. in li. de bono ꝓiuga.

tra necessitatem liberos procreandi. ponã in his pro quibus quotidie dicimus. Dimitte nobis debita nostra ⁊c. Vbi autem hec bona desunt fides. s. et proles. nõ videtur coitus defendi a crimine. Vnde in sententiolis sexti pitagorici legit̃. Omnis ardentior amator ꝓprie vxoris adulter est. Item Hierony. Sapiens iudicio amat cõiugem. nõ affectu. nõ regnat in eo impetus voluptatis. nec preceps fert̃ ad coitũ. Nihil est fedius q̃ vxorẽ amare quasi aduteram. Qui dicũt se causa humani generis vxoribus iungi. imitent̃ saltez pecudes. ⁊ postq̃ venter vxoris intumuerit. non perdãt filios. nec amatores se vxoribus exhibeãt sz maritos. Idẽ In mr̃imonio opera liberoꝝ concessa sunt. voluptates aũt que de meretricũ amplexibus capiunt̃. in vxore damnate.

Hierony.

¶ De indulgẽtia apostoli quomodo sit accipienda. g

Bed si concubitus

qui fit causa prolis culpa caret. quid apostolus ꝑm indulgentiã ꝓmittit? ita em̃ ait Hoc aũt dico ꝑm indulgentiã Cui em̃ prestatur venia nisi culpe. ℙer hoc etiã quidam ꝓbare volunt nuptias esse peccatuz sed vt predictum est. indulgentia alia ẽ cõcessionis. Egerat apls de nuptijs et ꝺ carnali coitu. ⁊ ad vtrũq̃ retulit illud. hoc autem dico ꝑm indulgẽtiam. Indulgent̃ em̃ nuptie ꝑm cõcessionem et cõcubit⁹ nuptialis q̃ fit tantũ causa prolis. Concubit⁹ vero qui est preter necessitatem generãdi. ob incontinentiaz indulget̃ ꝑm ꝓmissionem. q̃ ibi est aliqua culpa. sed leuis. Ideoq̃ ñ iubetur nec conceditur. sed ꝓmittit̃. q̃ nõ est laudabilis sed venialis. De hoc Aug. sic ait. Forte aliquis dicet. si veniam concessit apls. ergo peccatũ sũt nuptie. cui em̃ venia nisi peccato concedit̃. ℙplane quod infirmitati permisit ꝑm veniam. audeo dicere peccatũ esse. veniam nanq̃ concedẽs apostol⁹ concubitũ attendit cõiugatorum vbi est incontinentie malũ. Incontinẽtie malũ est q̃ vir cognoscit vxorem. etiaz vltra necessitatem ꝓcreandi liberos. sed ⁊ ibi est nuptiarũ bonuz. Non enim quia incontinentia malũ est. ideo coniugiũ. vbi ẽ concubitus preter intentionem generatõnis. non est bonũ. non ꝓpter illud malum culpabile est hoc bonũ. sed illud maluz fit veniale propter bonum nuptiale. Quod

Augusti.

Quo sit malũ incõtinentie

nõ rep̃hendit apl's. sed malũ incontinẽtie
Aug. de bono cõiugali. Item. Cõcubitum qui non fit causa ꝓlis.
nuptie nõ cogunt fieri. sed impetrãt igno-
sci. si tamen nõ ita sit nimius vt impediat
tpa que orationi debent̃. nec immutentur
in eum vsum qui est contra natutam. Con
cubitus em̃ necessarius causa generãdi in
culpabilis. et solus ipse nuptialis est. Ille
v̄o qui vltra necessitatẽ ꝓgreditur. nõ ra-
tioni sed libidini obsequit̃. et hunc nõ exi-
gere. sed reddere cõiugi ne fornicet̃ ad cõ-
iugem ꝑtinet. Si v̄o ambo tali cõcupiscẽ-
tie subigunt̃. et rem faciunt que nõ est nu-
ptiarũ. Cuius delicti nõ sunt nuptie hor/
tatrices sed deprecatrices. Decus quidez
ꝯiugale est castitas ꝓcreandi et reddendi
carnalis debiti fides. Hoc est opus nupti
arum. qd̄ ab omni peccando defendit apo
stolus dicens. Non peccat virgo si nupse
rit. Cum ergo culpabilis nõ sit generandi
intentione concubitus. qui ꝓprie nuptijs
imputãdus est. Quid s̄m veniaz concedit
apostolus. nisi ꝙ ꝯiuges debitũ carnis ex
poscunt. nõ ꝓpaginis voluntate. sed libi-
dinis voluptate. Que tñ voluptas nõ ꝓ-
pter nuptias cadit in culpã. sed ꝓpter nu
ptias accipit veniã. Immoderata ergo ꝓ
gressio: s̄m veniã cõcedit̃ Quo circa ⁊ hic
laudabiles sunt nuptie qꝛ etiã illud qd̄ nõ
ꝑtinet ad se. ignosci saciunt ꝓpter se. Nõ
em̃ concubitus est quo seruitur cõcupiscẽ
tie agitur vt impleatur fetus quem postu
lant nuptie. Omnino ergo in genẽ suo nu
ptie bone sunt. qꝛ fidem thori seruant. ⁊ ꝓ
Aug. cõtra iulianũ hereticum. lis suscipiende causa vtrunqꝫ sexum com-
miscent. ⁊ impietatem sepationis horrent
Sanctitati etiam coniugij nec coniunx in
fidelis obesse potest. sed potius fidelis ꝓ-
dest infideli. vt apostol⁹ docet. Ex his oñ
ditur ꝙ coniuges qui causa prolis tantuz
conueniunt. vel qui exigentibus debitum
reddunt. defendit a peccato sanctitas con
iugij. bonumqꝫ nuptiale. Si em̃ absqꝫ pec
cato non posset fieri cõcubitus coniugalis
non precepissz dominus post diluuiũ eos
copulari dicẽs. Crescite et mltiplicamini.
cum iam sine carnali concupiscẽtia nõ pos
sint commisceri.

Qd̄ non omnis delectatio carnis peccatum est. h

Sed forte aliq̄s di
cet omnem carnis concupiscentiam ⁊ dele
lectationem que est in coitu malam esse et
peccatum. quia ex peccato est et inordina
ta. Et nos dicimus illam concupiscentiaz
semꝑ malaz esse. quia feda est. et pena pec
cati. sed non semꝑ peccatum est. Sepe em̃
delectatur vir sanctus s̄m carnẽ in aliqua
re vt requiescendo post laborem. edendo
post esuriem. nec tamen talis delectatõ est
peccatum. nisi sit immoderata. Sic ⁊ dele
ctatio que fit in coitu coniugali. cui assunt
illa tria bona a peccato defendit̃ Uidetur
tamen beatus Greg. aliter sentire. s. ꝙ sin̄ Gregori.
peccato nõ possit fieri carnalis ꝯmixtio di
cens. Uir cum ꝓpria cõiuge dormiens. ni
si lotus aqua ecclesiam intrare non debet.
Quãuis diuerse hoim nationes de hac re
diuersa sentiant. et alia custodire videan-
tur. Romanorum tñ semꝑ ab antiquiori-
bus vsus fuit. post ammixtionẽ ꝓprie cõ-
iugis. ⁊ lauacri purificationem querere. ⁊
ab ingressu ecclesie paululum temperare.
Nec hoc dicentes culpam deputamus eẽ
cõiugium. sed quia ipsa licita admixtio cõ
iugis sine voluptate carnis fieri nõ potest
a sacri loci ingressu est abstinendum. qꝛ vo
luptas ipsa sine culpa nullatenus esse po-
test.

Determinat autoritatẽ. i

Hoc autem ne p̃di
ctis obuiet. intelligendum est in illis q̄ nõ
gratia prolis conueniunt. quorum volu-
ptas non est sine peccato. et vix aliqui re-
periri possunt adhuc amplexus carnales
experientes qui non interdum conueniãt
preter intentionem procreande prol'. Hoc
autem quotiens fit: ab ingressu ecclesie ab
stinendum est. Et ꝙ ita intelligendum sit
Grego. consequenter ostendit. Sis q̄s ve
ro sua coniuge. non cupidine voluptatis
raptus. sed tm̃ creandorum liberoruz gra
tia vtitur. iste profecto siue de ingressu ec/
clesie. siue de sumendo corporis dominici
mysterio. suo est iudicio relinquendus. qꝛ
prohiberi a nobis non debet accipere qui
in igne positus nescit ardere. Cum v̄o nõ
amor procreãde sobolis. sed voluptas do
minatur in opere commixtionis. habeant
coniuges etiam d̄ commixtione sua quod
defleant Tunc autem vir qui post ammix
tionem coniugis lotus aqua fuerit etiam
sacram commixtionem valeat accipere. cũ
ei s̄m prefinitam sententiam ecclesiam eti
am licuerit intrare.

Ista est distinctio .xxxj. huius ārti
libri. In qua mgr̄ postq̄ supius determinauit de cā
efficiente ⁊ finali matrimonij q̄ ipm̄ ꝓstituūt. Hic ve
ro determinat de bonis matrimonij q̄ sunt cause bo
nestantes matrimonij actū. Et tria facit. Primo eī
bona mr̄imonij enumerat. Scōo aboꝛsum ꝓcuran
tes foꝛe homicidas determinat. Tertio bonū matri
monij coitū a pctō excusaī declarat. Primū faē vsq̄
ibi. Qui ℞o venena sterilitatis. Scōm vsq̄ ibi. Cū
ergo hec tria bona. Tertiū vsq̄ ad finē dis. In spāli
sñia mgr̄i stat in tribus ꝓpositionib⁹ quāꝝ pma est
hec Jn mr̄imonio cōiter triplex bonū est. s. fides. ꝓ
les. ⁊ sacr̄m. Hāc magister insinuans inducit tria eē
bona matrimonij. s. fides. ꝓles. ⁊ sacr̄m Ad fidem
aūt ptinet vt vir ad aliā mulierē nō accedāt nec mu
lier aliū viꝝ admittat. Ad ꝓlē aūt vt amanter susci
piaī et religiose educaī. Ad sacr̄m ℞o vt cōiugium
nō separeī. Aliq̄n aūt sepaī corꝑaliter ex aliqua cau
sa. nō tn̄ sacramentaliter ꝙ totā hāc vitā qđ autoꝛitati
bus ꝓfirmat. Addit etiā q̄ sacr̄m qđ est tertiū mr̄i
monij bonū nō est ipm̄ ꝓiugiū ꝛz eiusdē rei signū cuius
est ꝓiugiū. s. spūalis ⁊ inseparabilis xp̄i ꝓiunctio ⁊ ec
clesie. Postea dicit q̄ bonū ꝓlis et bonū fidei aliq̄n
in mr̄imonio deficiūt. nunq̄ tn̄ deficit bonū qđ ē sa
cramentū. Postea dicit q̄ illi cōtrahunt ad inuicem
incōtinentie causa dūmō tn̄ sit ꝓpetuus cōtract⁹ ⁊ n̄
viteī generatio ꝓlis verū matrimoniū ꝓtrahūt. Jlli
℞o q̄ venenū sterilitatis ꝓcurāt vel sīlia mala ve
ri cōiuges nō sunt. Scōa ꝓpō est hec. Qui venena
sterilitatis apponūt nō ꝓiuges ꝛz potiꝰ foꝛnicarij exi
stunt. et si post infusionē aīe aboꝛtiuū ꝓcurent se eē
homicidas nō dubitent. Hanc mgr̄ insinuās querit
vtrū illi qui aboꝛsum ꝓcurent sint homicide Et rn̄
det q̄ sic. si ꝓncipiū est foꝛmatū ⁊ aīmatū aliter nō.
Tertia ꝓpositio est hec. Tria bona federis ꝓiugal
sic oꝛdinat vt nō sit ibi culpa moꝛtalis. Hāc mgr̄ po
nens dicit q̄ tria p̄dicta bona mr̄imonij sic oꝛdinant
imo excusant actū mr̄imonij vt pctm̄ nō sit vel qñ fi
de thoꝛi seruata ꝓiuges ꝓuenīūt cā ꝓlis vel vt mor
tale nō sit vt qñ fide seruata ꝓuenīūt incōtinentie cā
Ultimo obijcit in cōtrariū triplicit̄. Primo p aplm
q̄ actū ꝓiugalē ꝑm indulgentiā ꝓcedit dicēs. hoc aūt
dico ꝑm indulgentiā. sed indulgentia vel venia non
est nisi peccati. ergo a culpa nō excusatur maritalis
cōcubitus. ꝙ qđ etiā quidā ꝓbant ipm̄ esse peccatū.
Et respondet magister distinguendo de indulgētia
est enim indulgentia cōcessionis et pmissionis. Con
cubitus ergo coniugalis qui fit causa ꝓlis indulge
tur ꝑm concessionē sicut minus bonum. Sed concu
bitus qui fit causa innocentie indulgetur ꝑm pmissi
onem sicut minus malum. excusatur tamē huiusmo
di actus coniugalis per matrimonij bona dūmodo
tamen fit infra limites matrimonij. Sed si excedat
limites non excusatur quod multis autoꝛitatib⁹ de
clarat. Secundo opponit per hoc q̄ omnis concupi
scentia et delectatio que sunt in coitu mala sunt ⁊ in
ōrdinata. et ita sunt peccatū. Et respondet illā con
cupiscentiam semper esse malam et inoꝛdinatā inor
dinatione penali que est pena peccati. non tamē est
semp inoꝛdinata in oꝛdinatiōe culpabili quia nō sp
est peccatū. Jlla ergo delectatio coitus cōiugalis p
per bona matrimonij defenditur nisi sit immodera
ta et vltra coniugij terminos se extendens. Tertio
obijcit p autoꝛitatem beati Gregoꝛij qui dicit q̄ pꝰ
accessum ad vxoꝛem debet huiusmodi ab ingressu ec
clesie abstinere quia voluptas ipsa que est in commi
xtione carnali sine culpa nō est Et respondet q̄ hoc
intelligendum est quando ad vxoꝛem accedit incon
tinentie causa. vel quia vix sine incōtinentia accediē
Et tm̄ in speciali.

De solutione carnal' debiti. a

SLiēdū etiam DI. XXXII
est. qꝛ cū in omnib⁹ aliis vir
ꝑsit mulieri vt caput coꝛpi.
est eī vir caput mulieris. in
soluendo tn̄ carnis debito pares sunt. Jō
aplꝰ vtriq̄ pariter ꝑcipit i hac causa sibi in
uicē sb̄ijci. inq̄ens. Vir debitū reddat vxo
ri sīlr ⁊ vxoꝛ viro. qꝛ mulier nō hz ptātem
sui coꝛpis sed vir. sīlr et vir nō hz potestā
tem sui coꝛpis ꝑ mulier. Quia nec mulier
ad aliū virū nec vir ad aliā mulierez pote
statem sui coꝛpis habet. nec vir ad cōtinē
dū. nec mulier potestatē habet sine mutuo
consensu. sed alter alterius potestatez ha
bet coꝛpis. vt poscenti alteri. nō liceat alte
ri negare debituz. Jn hoc eī pes sunt. qꝛ
nec viro nec mulieri coꝛpus suuz licet alij
tradere. Sed sibi inuicē debitoꝛes sunt in
hac causa. ne peccādi detur occasio. ꝙ qđ
non dominium tollit viro ꝑ vitiū. Debēt Amb. iii. ꝑ
enim sibi coniugati non solum ipsius sex⁹ bono ꝓuga-
sui commiscendi fidem liberoꝛuz ꝓcreādo
rum causa. que prima est in ista moꝛtalita
te societas. verumetiā infirmitatis inuicē
excipiende ad illicitos concubitus deuitā
dos mutuā quodammō seruitutez. vt et si
alteri eoꝛ cōtinentia placeat. nisi ex alteri
us ꝓsensu nō possit. Ad hoc eī neuter ha
bet potestatem sui coꝛpoꝛis. quod adeo ve
rum est. vt etiā q̄ non filioꝛ ꝓcreandoruz
sed infirmitatis et incontinentie causa ex/
petit vel ille de matrimonio vel illa nō sibi
alterutrum negent. ne ꝙ hoc incidant i dā
nabiles coꝛruptelas. Reddere eī debitū
ꝓiugale nullius est criminis. exigere autē
vltra generandi necessitatē. culpe est veni
alis. Foꝛnicari ℞o vel mechari. puniendi
est criminis.

Qđ neuter cōtinere valeat nisi ex communi consensu. b

Qꝛ ℞o sine consen-
su vxoꝛis vir continere non valeat. subdi- Aug. super
tis ꝓbaī testimonijs. Ait eī Aug. Si di- psal. xlvj.
cat vir continere iam volo. nolo aūt vxoꝛ.
potest. Quod eī tu vis illa non vult Nū
quid ꝙ continentiā tuā illa debz fieri forni
caria? Si alij nupserit te viuo. adultera erit
Non vult tali lucro deus tale damnū cō/

pensari. Redde debitũ. ⁊ si nõ exigis. redde. Pro sanctificatiõe ꝑfecta deus tibi cõputabit. si nõ qđ tibi debeť exigis. sz reddis qđ debes vxori. Idẽ. Scđm ꝟba apostolica etiã si vir cõtinere voluisset ⁊ tu noluisses. debitũ tibi reddere cogeretur. et illi deus imputaret cõtinentiã. si nõ sue sed tue ꝯcedereť infirmitati. ne in adulterium caderes Quisquis ergo compatiens infirmitati vxoris reddit nõ exigit debitũ. aut si ꝓpter propriã infirmitatẽ ducit vxorem plangens potius. quia sine vxore esse non potuit q̃ gaudens quia duxit. securus expectat diem nouissimũ. Idem. Una sola causa esse potest. qua te ad id quod vouisti nõ mõ nõ hortaremur. sed etiam ꝓhiberemus implere. si forte tua coniunx hoc tecũ suscipe animi vel carnis infirmitate recusaret Nã vouenda talia nõ sunt a coniugatis. nisi ex cõsensu et voluntate communi. et si p̃propere factũ fuerit. magis ẽ corrigenda temeritas q̃ ꝑsoluenda ꝓmissio. Nõ em̃ deus exigit si quis ex alieno aliq̃d vouerit. sed potius vsurpare vetat alienũ Idem. Apostol⁹ nec ad tempus vt vacet orationi nisi ex consensu voluit coniugem carnali inuicẽ fraudari debito Idẽ. Manifestũ est ita voluisse legem. feminã sub viro esse. vt nulla eius vota que abstinentie cã vouerit reddanť ab ea. nisi auctor fuerit vir ꝑmittendo. Nã cũ ad peccatũ eiusdem viri ꝑtinere voluerit lex: si prius ꝑmiserit ⁊ postea ꝓhibuerit. nõ tñ dixit vt faciat mulier qđ vouerat. qꝛ ꝑmissa iam pri⁹ a viro fuerat. Viri dixit eẽ pctm̃. qꝛ abnuit qđ prius cõcesserat: nõ tamen mulieri ex hoc iussum dedit. vt cum prius vir ei ꝯcesserit. postea si ꝓhibuerit contemnať. Ex his apparet ꝙ vir vel mulier continentiã deo offerre nõ potest sine communi cõsensu. nec alter alteri debitum negare debet. Si vero quilibet eorum alterum a suo iure absoluerit. ad preteritam seruitutez nũ q̃d reuocare poterit? Hoc em̃ videť aug⁹. supra voluisse. Quibusdã videtur ꝙ mulier nõ discedens a domo viri. que viro ꝑmittente cõtinentiã vouerit vel ꝓmiserit. eodez ꝓhibente soluere non valeat. ⁊ hoc ꝓpter dignitatẽ viri qui est caput mulier] Sz melius h̃ intelligiť in tali casu. vbi vir ꝯcedit mulieri vouere ꝯtinẽtiã ⁊ añ votũ ꝓhibet implere. Si ꝟo habitũ mutauerit nõ põt reuocari ꝟm illud. Qui vxorẽ suaz velare ꝑmiserit. aliam non accipiat. sed si militer conuertatur.

Aug. ad editiam.

Aug. in li. đ adulterinis ꝯiugijs.

Ex ꝯcilio remensi.

Quibus temporibus cessandum sit a coitu. c

Et licet debituz poscenti sit sꝑ soluẽdũ. nõ licz tñ qualibz die poscere. vñ Aug. Christiano cũ vxore sua aliq̃n licet ꝯuenire. aliq̃n nõ. Propter ꝓcessiõis em̃ dies et ieiuniorũ aliq̃n nõ licet ꝯuenire. qꝛ etiã a licitis abstinendũ est. vt facilius ĩpetrari possit qđ postulať. Idez Quotiẽs em̃ vel dies natiuitatis vel reliq̃ festiuitates aduenerint. nõ solũ cõcubinarũ ꝯsortio. sed etiã a ꝓprijs vxorib⁹ abstinete. Itẽ Amb. Si cã ꝓcreandoꝝ filioruz ducit vxor. nõ multũ tp̃s ꝯcessuz videtur ad ip̃m vsum. qꝛ ⁊ dies festi ⁊ dies ꝓcessionis et ip̃a ratio ꝯceptus ⁊ ꝑtus: iuxta legem cessare vsum carnis his debere tẽporibus demonstrant.

Aug⁹. ili. đ questiõe noui ⁊ ve. test.

Ambrosi

Hieronymus videtur dissentire a premissis. d

Illi autez quod dictũ est reddere debitũ non esse peccatũ. videť obuiare qđ ait Hiero. Quicũq; vxori debitũ reddit. vacare non põt orationi. nec carnes agni edere. Itẽ. Si panes propositionis ab his qui vxores suas tetigerant comedi nõ poterant. Quantomagis panis qui de celo descendit. non potest ab his q̃ cõiugabilibus paulo ante hesere cõplexibus violari atq; cõtingi. Non ꝙ nuptias ꝯdẽnemus. sed ꝙ eo tꝑe quo carnes agni mãducaturi sumus: vacare a carnalibus oꝑibus debeamus. Hoc capitulum maxime ad ministros ecclesie ꝑtinere viđtur quibus nõ licebat sacra officia celebrare atq; misteria. tẽpe coniugalis amplus. quo etiã presentia spiritussancti nõ datur Vñ idẽ ait. Cõnubia legitima carent q̃dẽ peccato. nec tñ tꝑe illo quo coniugales actus gerunť. p̃sentia spiritussancti dabitur etiã si ꝓpheta esse videať. qui officio generationis obsequitur.

hiero. i quodã sermone.

Hieroñ. sup matheum.

Quibus temporibus non sunt celebrande nuptie. e

Nec solum in opere carnali obseruanda sunt tꝑa. sed etiã in celebrandis nuptijs. ꝟm illud. Non oportet a septuagesima vsq; in octauam pasce et tribus hebdomadib⁹ ante festuz sancti Johannis. et ab aduentu dñi vsq; p⁹ epi-

phaniam celebrare nuptias. Qđ si factuz fuerit sepenk. Item Nicolaus papa Nec vxorez ducere nec cõiugia facere quadragesimali tempore conuenire posse vllo modo arbitror.

Nicolaus ad consulta bulgarorum.

Jsta est distinctio. xxxij. huius quarti libri. In qua magister postq̃ supius determinauit de bonis matrimonij quibus actus matrimonialis excusak. Hic determinat de ipo actu sm q̃ accipit rõnem debiti. Et tria facit. Primo em ꝓponit quõ vir et mulier in soluẽdo z petendo cõiugij debitum par habeãt dñiũ. Scdo ondit quõ reddere ꝯiugale debitũ nulli⁹ sit crimis Tertõ subiũgit quõ nõ quolibet die nec vir nec mulier licite p̃t petere. Primum z scdm a p̃ncipio distin. vsq̃ ibi. Et lz debitum poscẽti. Tertium xo vsq̃ ad finẽ distin. In speciali snia mgri stat i trib⁹ ꝓpositionibus quarum ꝓma ẽ hec. In soluendo et reddendo carnis debitum vir z vxor habent par dñium. Hanc magister insinuãs ꝓponit primo q̃ cum vir in oibus p̃sit mulieri sicut caput corpi. in redditiõe tñ debiti pares sunt. qz alter habet alterius corpis potestatẽ vt alteri poscenti nõ licet alteri debitum denegare. siue poscat causa prolis procreande siue incontinentie causa qđ autoritatibus confirmat. vbi etiam dicit q̃ sic habet alter alterius corpis potestatẽ. q̃ siẽ nec mulier ad aliuz virum nec vir ad aliã mulierem potestatẽ habet accedendi ita nec ad continendum sui corpis hz ptãtem nisi mutuo consensu. Scda ꝓpositio est hec. Lz nullius criminis sit reddere debitum coniugale. tñ exigere vltra generandi necessitatẽ est delictum veniale. fornicari vero aut mechari est mortale. Hanc magister insinuans subdit q̃ reddere cõiugale debituz nullius est criminis. exigere vero vltra generãdi necessitatẽ venialis est culpe. sed fornicari aut mechari puniendi est criminis. Postea ꝓbat pluribus autoritatibus q̃ cõiuges ne fraudenk ad inuicem carnale debitum sine cõsensu communi tenere nõ possunt. quod supra supposuerat. Postea querit si vir vxori consenserat vt continẽtiã deo offerat z a suo iure eã absoluat. vtrum possit licentiã datã reuocare. Et respondet q̃ in hoc casu si et ꝯsenserat vouere continẽtiam z votuz phiberet hoc implere. hoc bene potest sin autẽ post reuocare non põt. Tertia ꝓpositio est hec. Nullus in matrimonio licite põt debituz carnis quolibet die exigere seu poscere. Hanc magister insinuans dicit. q̃ licet debituz poscenti sit ꝓsoluẽduz non tamen licet quolibet die exigere seu poscere siẽ in diebus festiuis siue ꝓcessionis. et ieiuniozum. qđ autoritatibus confirmat. Postea ostendit q̃ beatus Hieronymus vult q̃ reddere debitum sit quandoq̃ peccatum quod est contra predicta Dicit em beatus Hieronymus qui vxori debitum reddit non põt orationibus vacare nec sumere carnes agni. i. eucharistiam. Dicit etiã q̃ nõ sempest reddendum debitum vt in diebus quibus est orationib⁹ vacandum vl eucharistia sumenda. Et respondet q̃ dictum Hieronymi referenduz est ad ecclesie ministros quibus nõ licet sacramenta offerre vel ministeria celebrare tpe coniugalis amplexus. Vltimo dicit q̃ sicut in carnali commixtione sic et in celebrãdis nuptijs sunt tempora obseruanda. quia non quibuscunq̃ temporib⁹ sunt nuptie celebrande. Tempa q̃bus non sunt nuptie celebrande sunt a septuagesima vsq̃ ad octauã pasce. et trib⁹ septimanis ante festum Johannis baptiste. et ab aduentu domini vsq̃ post epiphaniam: quod si factum fuerit separentur vt dicit magister. Et tñ in speciali.

Hieron. ad Bonif. et Alex. Bigam. matrim.

De diuersis cõiugij legibus. a

DI. XXXIII

Jsta est distinctio. xxxviij. huius quarti libri. In qua mgr̃ post̃q supi⁹ determinauit de impedimento ordinis. Hic aũt determinat de impedimento voti. Et tria facit. Primo eñ distinctionem voti ꝓmittit. Scõdo quale votũ matrimoniũ impediat subdit. Tertio quõ viri longe a feminis ꝓpt̃ captiuitatẽ sequestrati eas repetere possint subiũgit. Primũ facit a principio dis. vsq; ibi. Qui eñ solẽniter. Scõm vsq; ibi. Hic q̃ritur de illis feminis. Tertium vsq; ad finẽ dis. In speciali sñia magistri stat in tribus ꝓpositionibus quaꝝ prima est hec. Votum commune est qõ oñs accipiunt cũ spondẽt dyabolo et eius pompis renunciare. Singulare ẏo est cũ qs spondet virginitatẽ seruare. Hanc magister insinuans ꝓponit primo quid sit votũ. Et dicit q votũ est testificatio quedã ꝓmissionis spontanee que de his que dei sunt, ꝓprie fieri debet. Sunt tñ aliqua stultorum vota que frangenda sunt. Postea distinguit de voto. et ostendit q votũ matrimoniũ impedit. et dicit q votoꝝ aliud est votũ commune ꝛ aliud singulare. Cõmune est illud qõ in baptismo faciunt oẽs cũ spondent se renunciare dyabolo et pompis eⁱ⁹. Singulare est cũ qs sponte ꝓmittit virginitatẽ vel aliud hmõi. Item votoꝝ singulariũ aliud est priuatum vt illud qõ est factũ in abscondito. Aliud solenne vt illud quod est factũ in facie ecclesie. Priuatũ aũt votũ ũ violet peccatũ mortale est. Si aũt solenne violetur peccatũ mortale et scandalũ est. Secunda ꝓpositio est hec. Omne qõ licite ꝓmittimus debemus seruare totũ siue sit priuatũ siue solenne votũ. Hanc mgr̃ insinuans dicit. q qui priuatũ votũ ꝓtinentie facit matrimoniũ cõtrahere nõ debẽt. qz ꝓtrahẽdo mortaliter peccãt. Si aũt ꝓtrahunt nõ sepañ qz ꝓbari nõ põt qõ occulte actũ est. Qui aũt solenniter vouẽt nullatenus inire queunt. Cõtinentiã igit̃ vouẽtes sine sint ẏgnes siue vidue siue velate siue nõ velate. ꝓiugiũ nullaten⁹ sortiri pñt̃qz qõ añ fuit licitũ p⁹ votũ fit illicitũ. qõ autoritatu⁹ ꝓfirmat. Postea dic̃ q isti q̃ cõtinentiam solenniter vouerũt si aliquo tẽpore cõtrahunt dñt ab ingressu ecclie et a cetu fideliuꝫ separi. donec humiliter satisfaciant ꝛ ad bonum qõ cepant siue inuite siue voluntarie redeant. qõ autoritatibus ꝓbat. Objcit tamen in cõtrariũ p Innocentij auctoritatem. qui dicit illos qui pmo spiritualiter nubent si postea publice nupserũt. nõ solũ ad cõiugium sed nec ad pñiam recipiendos esse nisi quib⁹ se cõiunxerunt de mũdo recedant. Et rñdet magist̃ q intelligenda est autoritas Innocentij de illis qui ab incestus copula desistere nolũt qui nõ sunt ad penitentiã admittendi tñ qui digne pñiam agere volũt a pña nõ excludunt̃ et talibus ab illicitis cõplexib⁹ recedentibus illi quib⁹ se cõiunxerũt defuncti sunt. Postea dicit q qñ vir et mulier legitime sũt ꝓiuncti nõ põt alter altero vuẽte ad aliam copulã transire. Alioquin adulterũ cõmittit qõ est grauissumũ pctũ ẏz grauius incestus ꝛ adhuc ampli⁹ vitiũ ꝓtra naturã. qõ autoritatib⁹ ꝓbat. Ex p̃dictis infero. q tñ illud votũ qõ p susceptionẽ sacri ordinis ꝛ pfessionẽ est solẽnizatũ. dirimit matrimoniũ cõtractũ ꝛ nullũ aliud q̃tũcũq; etiã sit publicatũ. Tertia ꝓpositio ẽ hec. Viri redeuntes ex longa captiuitate quos femine putabant fore mortuos pñt vxores suas repetere ex iuris ptãte. Hanc mgr̃ insinuans querit ꝺ illis feminis q̃ putantes viros suos interfectos in captiuitate vel nũq̃ liberãdos ad alioꝝ ꝓiugia trãsierũt. si illi q̃ putabañ pisse remeauerint. vtrũ eis reddi debeãt. ꝛ an ipe sunt ree adulterij. Et rñdet q p̃ma copula ltima erat. q̃ tñ sic ꝓiugunt̃ ꝓpter ignozantiaꝫ hñt aliquã excusationẽ de pctõ. sed tñ nõ caruerunt opprobrio male voluntatis. exigit ergo iusticia vtri

ris reuersis vxores reformẽt̃ que si hoc voluerint laudãde sunt. Si aũt ad legitimũ cõsortiũ redire noluerint sed cuꝫ posteriozibus viris remanere merito sunt excõmunicãde. et ecclĩastica cõmunione priuãde q de re excusabili cõtaminationẽ elegerũt criminis. et hoc autoritate cõfirmat Ultimo querit ꝺ isto qui vxore sua relicta in patria sua abit in longinquã regionẽ ꝛ ibi aliã ducit. pña ductus vult eã dimittere asserens se habuisse aliã que viuit nec ecclesia permittat q̃ qõ ille asserit ignozat. Querit̃ vtrũ in hac copula sit ꝓiugiũ. Et rñdet q nõ. tñ mulier ꝓpt̃ ignozãtiã a crimine excusat̃. vir aũt cõmisit adulteriũ ẏz exquo vult ad pmã redire nec põt cogi iudicio ecclesie hãc tenere. ꝛ tũc p obediẽtiã ꝛ timozẽ ĩcipit excusari. Uñ reddere ꝺz ei debitũ sed nũq̃ ꝺz ab ea exigere seu poscere. Et tñ in speciali.

De disparí. a

DIST. XXXIX

Post hec dedispari cultu videndu⁹ est. hec est eñ vna de causis q̃b⁹ pso ne illegitime fiũt ad ꝓhendũ matrimoniũ. Nõ eñ lz xp̃iano cũ gẽtili vt iudea inire ꝓiugiũ. qz etiã in veteri testõ prohibitũ est fideles viros infideles ducẽ vxozes. dño dicente. Nõ accipias vxozes de filiab⁹ alienigenaꝝ filijs tuis. ne traducãt eos post deos suos. Juxta hꝰ dñi ꝓceptuꝫ iudeoꝝ cõiugia cũ alienis inita hesdras separauit. Hoc idẽ etiã in nouo testõ ꝟuat̃. Unde Aug. Ne nubat femina nisi sue religionis viro. vel ne vir talẽ ducat vxozem Jd eñ vt dicis iubet domin⁹. docet apostolus. vtrunq; precipit testamentũ. Jteꝫ Ambro. Caue xp̃iane gentili vel iudeo filiam tuã tradere. caue ne gentilẽ vel iudeaꝫ vel alienigenam. i. hereticam et omnẽ alienã a fide tua vxorẽ accersias tibi. Jteꝫ. Si quis iudee siue christiana iudeo siue iudea christiano carnali consortõ misceatur. qui cũq; tñ nephas admiserit a christiano cetu protinus segregetur Ex his alijsq; pluribus testimonijs aparet non posse cõtrahi coniugium ab his qui sunt diuerse religionis et fidei.

Ambr. in li. ꝓtiarchis.

De coniugio fidelis et infidelis et duorũ infidelium. b

Huic aũt videtur obuiare qõ apl's ait ꝺ imparibus ꝓiugijs. Ego dico nõ dñs. Si q̃s frat̃ hz vxorẽ infidelẽ ꝛ hꝰ ꝓsentit habitare cũ illo: nõ dimittat illã. ꝛ si q̃ mulier ꝛc̃. Sz aliud hoc esse: aliud illud euident̃ oñdit Aug⁹. Ibi enim agit̃ ꝺ illis ꝓiugijs fideliũ et ifideliũ. q̃ cõtrahunt̃ ab eis in dispari religione et fide manẽtibus. Apl's ẏo ait de illis qui vni/

Au. ad polentium.

us eiusdēq; infidelitatis fuerunt qñ cōiuncti sunt. Sed cū venisset euangelium alter sine altera credidit. Intelligis ne q̄d dicā Attende vt rem ipsam diligentius explanem. Ecce cōiuges duo vnius infidelitatis fuerunt qñ coniuncti sunt. nulla de his q̄stio est que ꝑtineat ad illud preceptū veteris et noui testamenti. quo ꝓhibet fidelis cū infideli copulare cōiugium. Jam sūt cōiuges et ambo adhuc sūt infideles. Tales sunt adhuc quales coniuncti sunt. Venitq; euangelij p̄dicator: credidit eoꝝ vnus vel vna. sed ita vt infidelis cū fideli habitare consentiat. nō iubet dñs vt fidelis īfidelem dimittat taliter coniunctū. Nec apl's iubet vt nō dimittat. sed consulit. vt si q̄s aliter agat nō sit transgressor. sicut ⁊ d̄ virginibus cōsulit. Monet aūt qd̄ est lucrandi occasio cū possit licite relinquere sed nō expedit. Tunc enim nō expedit id quod licitum est quādo ꝑmittit quidem. sed impius vsus alijs aufert impedimentū salutis. sicut discessio fidelis ad infideli. quam nō ꝓhibet dñs. qꝛ corā illo non est iniusta sed apl's ne fiat consilio charitatis suadet. vt nemo in ea re iussionis necessitate teneatur. sed consilij voluntate libere faciat.

Ex his monstratur inter fideles ꝯiugium esse. ⁊ consiliū apl'i nō obuiare p̄cepto dñi. quo iubet fidelem non iungi infideli. et si coniuncti fuerint separari. Legit eniz ꝙ hesdras ꝓpheta. imo dñs ꝑ euz iussit israelitis vxores dimittere alienigenas. per quas ibant ad deos alienos. non ille ꝑ maritos acquirebatur deo. Recte hoc precepit. qꝛ per moysen iusserat dominus ne q̄s vxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant domio prohibente. domino iubente dimiserunt. qꝛ vt ait Amb. Non est imputandū matrimonium qd̄ extra decretum dei factum est. sed cognoscitur emendandum. vt qñ fidelis infideli copulatur. Sed vt ait Aug. cum cepisset gētibus euangeliū p̄dicari. iā cōiunctos gētiles gentilibus comperit cōiugibus. ex q̄bus si nō ambo crederent. ꝫ vnus vel vna et infidelis cum fideli consentiret habitare nec ꝓhiberi a domio debuit fidelis infidelem dimittere nec iuberi. Jdeo non prohiberi. quia iusticia permittit a fornicāte discedere. Et infidelis hominis fornicatio ē maior in corde. nec vera eius pudicitia cū coniuge dici potest. quia omne quod non est ex fide peccatum est. q̄uis verā fidelis habeat pudicitiam. etiam cū infideli cōiuge que nō habet veram. Jdeo aūt nec iuberi. qui nec cōtra iussionē domini gētiles fuerūt ambo cōiuncti Licitū ḡ erat ꝑ iusticiam fideli infidelem dimittere. sed licituz nō erat faciendum propter liberā beniuolentiam. Euidenter apparet et inter infideles coniugium esse. et apostoluz de illis agere. qui in infidelitate coniuncti fuerūt et post alter ad fidem cōuersus est. cū quo etiā fidelis habitare cōsensit. ⁊ hunc nō dimittere fideli cōsulit apl's. qꝛ forte ꝑ fidez saluabitur infidelis.

Ambrosi.

August. ad pollentium.

Nō est vera pudicitia fidelis cū īfideli

De fornicatione spirituali ob quā potest dimitti coniunx. c

Potest tamen licite dimittere. qꝛ in infideli est fornicatio. si nō corpis tñ mentis. Causam em̄ fornicationis dñs excepit. Fornicationē vero generalem ⁊ vniuersalē intelligere cogimur nō mō. s. corpalem sed et spiritualē. d̄ qua Aug. ait. Jdolatria et quelibet noxa supstitio fornicatio est. Dñs aūt ꝑmisit cā fornicationis vxorem dimitti. sed nō iussit. et sic dedit apostolo locū monendi. vt q̄ voluerit nō dimittat. pōt talē licite dimittere Si em̄ fornicatio carnis detestāda ē in cōiuge. q̄tomagis fornicatio mētis. id est infidelitatis.

Aug. in sermone domini in mōte.

Pro q̄bꝰ vitijs possit dimitti. d

Si autē queris an ꝓpter aliud vitium nisi ꝓpter infidelitatē vel ydolatriam possit dimitti? Attēde q̄d Augu. ait. Si infidelitas fornicatio est. et ydolatria īfidelitas. et auaricia ydolatria non est dubitandum et auariciam fornicationem esse. Quis ergo q̄libet illicitā concupiscentiam potest a fornicationis genere seperare. si auaricia fornicatio est? Ex q̄ intelligitur ꝙ propter illicitas cōcupiscentias non tm̄ que in stupris cum alienis viris vl' feminis committuntur. sed ob quaslibet que animam a lege dei aberrare faciunt ⁊ perniciose corrumpi. possit sine crimine et vir vxorem suam dimittere et vxor virū. Jtem. Rectissime dimittitur si viro suo dicat. non ero vxor tua. nisi mihi d̄ latrocinio diuitias congreges. vel nisi solita lenocinia exerceas aut si quid aliud facinorosum vel flagitiosum a viro suo expetat. Tunc ille si veraciter penitens est. habetq; fidem ꝑ dilectionem operantē. mem

Augꝰ. ī li. d̄ ſmone dñi ī monte.

Aug. d̄ fide et opibus.

brũ qđ eũ scandalizat amputabit. Ex his appet q nõsolũ infidelitas sed etiam quelibet concupiscentia q̃ pniciose turpiterq; corrũpit: fornicatio spiritualis est. p quaz vir vxorẽ vel vxor viz dimittere põt. Cõsulit tñ apls ne fidelis dimittat infidelẽ volentẽ cohabitare. nec a deo reuocare.

Si fideli liceat aliã ducere infideli discedente vel dimissa. e

Hic queritr si fidelis dimittat infidelem. vl infidelis a fideli discedat. an liceat fideli aliã ducere? Videtur autoritas testari q illa viuente alterã ducere nõ valeat. Amb. em verba apli exponens ait. Alioquin si disceditis ab inuicem z volẽtes cohabitare dimittitis. z alijs vos copulatis: adulteri estis. z filij vri q̃ de hac copula nascunt. immundi. i. spurij sunt. Itẽ. Si quis habuerit vxorem virginem añ baptismũ: viuente illa post baptismũ alteram habere nõ potest. Crimia enim in baptismo soluũtur nõ coniugia.

Ambrosi.

Ex concilio meldensi.

Que premissis contraria videtur. f

Sed econtra Ambro. testat Si infidelis dicit apls discedit: discedat. Nõ em est seruituti subiect' frater aut soror in huiusmodi. q nõ debet reuerentia cõiugij ei q̃ horret autorẽ ꝯiugij. Nõ est em ratũ matrimoniũ qđ sine deuotione dei est. z ideo nõ est pctm ei q̃ dimittitur ꝓpter deũ. si alij se copulauerit. Contumelia em creatoris soluit ius matrimonij circa eũ q̃ reliquit ne accusẽt alij copulatus. Infidelis aũt discedens z in deum peccat z in matrimoniũ. nec est seuanda ei fides ꝯiugij. q̃ iõ recessit ne audirz xp̃m eẽ deũ xp̃ianoz ꝯiugioz. Si vo ambo crediderint p cognitionẽ dei ꝯfirmat cõiugiũ.

Determinatio. g

Attende hic predictis cõtraria posse videri. ita vt sibi ambrosius ꝯtradicere videatur. Sed distinguendum est hic aliud esse dimittere volentẽ cohabitare. aliud dimitti ꝓpter deuz ab illo q̃ horret nomen xp̃i. Ibi em lex beniuolẽtie nõ fuat. Hic veritas custodit. z iõ cuz liceat dimittere volentẽ cohabitare. nõ tñ ea viuente aliã ducere lz. Discedẽtẽ vo se qui nõ oportet. et ea viuẽte aliã ducere lz. Sz hoc nõ est intelligendũ nisi ꝺ his q̃ i infidelitate sibi copulati sunt. Sed si ad fidẽ vterq; ꝙuersus est. vel si vterq; fidelis matrimonio cõiunctus est. et post alter eoz a fide discesserit. et odio fidei cõiugem reliq̃rit. dimissus discedentẽ nõ comitabit. nec tamen illa viuẽte alterã ducere poterit. qz inter eos fuerat ratum coniuniuz. qđ non potest dissolui.

Quidã dicunt ꝯiugium nõ esse inter infideles. et quare. h

Sũt tamẽ nõnulli q̃ inter infideles asserũt nõ esse cõiugiũ. qz nec rata nec legitima est eoz copula Rata nõ ẽ. qz solui põt. nec legitima. qz apls ait. Omne qđ nõ est ex fide: peccatũ est. Eorũ aũt ꝯiuctio nõ ẽ ex fide. z ideo pctm ẽ. Nõ est ergo ꝯiugiũ. qz nullũ ꝯiugiũ pctm est. Aug. etiã dicit. qz nõ est vera pudicitia infidelis cũ fideli. Sed vero negat esse pudicitia. nõ q̃ infideliũ ꝯingiũ nõ sit verũ. sed qz nõ habet illud triplex bonũ qđ excusat coitũ et merẽt p̃mium. Item illud apli. Omne qđ nõ est ex fide: peccatũ est. nõ ita intelligendũ est. vt quicquid fit ab infidelibus peccatũ sit. sed omne quod fit cõtra fidez. i. conscientiã: male sit. et ad gehennã edificat. Vel in omni eo qđ infidelis facit peccat. non quia illud facit. sed qz non eo modo illud facit quo debet. non referens ad debitum finem.

Qđ legitimum sit cõiugiũ infideliũ sed non ratum. et quare. i

Copula ergo maritalis que est inter infideles coniugium est legitimum. sed nõ ratum Legitimũ q̃a est inter legitimas personas. sed non ratum. quia sine fide. Coniugium vero fidelium ẽ legitimum z ratum. si tamen legitime sunt persone. Qz autem legitima sit infidelium coniunctio Augusti. testatur dicens. Uxor legitima societate cõiuncta sine vlla culpa relinquitur si cum viro christiano pmanere noluerit. Ex hoc etiam probat q̃ infideli ad fidem conuerso apostolus consuluit infidelem non dimittere. Quod nõ faceret. si non esset inter eos legitimũ cõiugium. Legitimũ est qđ legali institutione vl prouincie moribus nõ contra iussionẽ domini contrahitur.

Aug. iii. de fide et opib?

Jsta est distinctio .xxxix. h⁹ quar
ti libri. In qua mgr̃ post̃ sup⁹ determinauit ō im
pedimentis matrimonij q̃ faciūt psonā simplr illegi
timā. Hic determinat ō impedimēto qō facit eā ille-
gitimam respectu alterius psone. Et tria facit. Pri-
mo eñ oñdit q̄ dispar cult⁹ psonas illegitimas facit
ad cōtrahendū. Scōo declarat vtr̄ duor̄ infideliuz
mr̃imonialit̃ cōiunctor̄ vn⁹ ad fidē cōuersus posset
relinquere nō ꝓuersum. Tertio quō duor̄ infideliū
nō possit cē ver̄ mr̃imoniū. Prima ps vsq̄ ibi. Hu-
ic aūt videt obuiare. Scōa vsq̄ ibi. Sz hoc nō ē in-
telligēdū Tertia v̄o vsq̄ ad finē dis. Jn spēciali sen
tentia mgr̃i stat i trib⁹ ꝑpōib⁹ quar̄ ꝑma ē hec. Di
uersē religionis psone ad cōtrahēdū sūt mr̃imonialr
sunt illegitime. Hāc mgr̃ ponēs ꝑponit ꝑmo q̄ mr̃i
moniū ꝓtrahi nō pōt ab his q̃ sunt diuerse religio-
nis. Dispar eñ cultus facit psonas illegitimas ad ꝓtra
hēdū. qō plurib⁹ autoritatib⁹ ꝓbat. Postea obijcit
in ꝓtrariū p aplm q̃ dicit q̄ si q̄s hz vxorē infidelē et
hec ꝓsentit habitare cū isto. nō dimittet illā r silr di
cit de muliere. Et rñdet q̄ qz illud dictū ē. s. q̄ q̃ sūt
dispares i cultu cōtrahere nō pñt intelligendū est ō
illis q̃ existūt in dispi religiōe. cultu seu fide. q̃. s. sic
manētes ꝓtrahere nō pñt. Ad aplm ait intelligēdū
est de illis q̄ vnius infidelitatis fuerunt qñ coniuncti
sūt postmodū vn⁹ sine altero ad fidē ꝓuers⁹ ē. qñ eñ
sic est. si infidelis cū cohabitare ꝓsentit. tunc suadet
aplm fideli vt eā nō dimittat. qñ forte p fidelē saluā-
da est. pōt tñ licite fidelis infidelē dimittere. etiā co-
habitare volētē. qz ipa infidelitas est q̃dā fornicatio
spiritualis ꝑpter quā pt vxor dimitti sicut ꝑpt for-
nicationē corpalē. q̄ oīa autoritatib⁹ ꝓbat. Ex his
infert scōam ꝓpositionē q̄ est. Fidelis vir pt licite in
fidelē vxorē dimittere et ecōuerso. pz ex pmissis. Po
stea querit. Utr̄ ꝑpter aliō vitiū q̄ infidelitatē pos
sit dimitti. Et rñdet q̄ vir sine crimine pōt vxorem
dimittere et ecōuerso vxor vir̄ ꝑpter quasdā cōcu-
piscētias q̃ aberrare faciūt aīam a lege dei r̄ñ solū
ꝑpter infidelitatē. qō autoritatib⁹ ꝓbat. Postea q̃
rit si fidelis infidelē dimittat vel infidel⁹ a fideli rece-
dat. vtr̄ liceat fideli aliā ducere. Et arguit p autori-
tates ad vtrāq̄ partē. r cōtrarietates dissoluens di
cit. q̄ si fidelis dimittat infidelē volentē secum coha
bitare sine cōtumelia saluatoris nō pōt alterā duce
re ea viuente. si v̄o infidelis discedat et dimittit fide
lem volentē secum habitare nō tenet sequi disceden
tem sed licet ei alterā ducere. hoc aūt intelligendum
est de illis qui in infidelitate coniuncti sunt. Sz si vter
q̄ ad fidelitatē conuersus est. vel si vterq̄ fidelis ex
istens matrimonio cōiunctus et postea alter illorum
a fidelitate discesserit et fidelē derelinq̄t nō debet di
missus discedentē infidelē sequi. tñ illa viuente non
pōt aliā ducere. qz inter eos fuit cōiugiū ratū qō dis
solui nō pt. Tertia ꝑpō est hec. Cōiugiū infidelium
minime esse ratū patet ex hoc q̄ omnis eor̄ actio ve
rissime est pctm̃. Hanc mgr̃ insinuans dicit inter in-
fideles nō esse cōiugia. qz eor̄ copula nō est rata cū
solui possit. nec eor̄ cōiugia esse legitima. cū nō sint
ex fide. omne aūt qō nō est ex fide pctm̃ est ꝑm aplm
Hoc idē etiā oñdit p Aug. Magister aūt dicit q̄ in-
ter ifideles est legitimū matrimoniū qz est inter legi
timas personas. sed nō est ratū qz nō est cū fide qō
p autoritates ꝓbat. Coniugium aūt fideliū est legiti
mū et ratū si legitime sint persone. Et soluit dicendo
ad autoritatē beati Aug. Cōiugiū aūt infideliū ve-
rum est. sed nō habet illud triplex bonuz qō excusat
coitū nec mereť ꝓmiū. Exponit etiā illud aplī. om
ne quod non ex fide est pctm̃ est. Et tñ in speciali de
sententia huius distinctionis.

Aug⁹ de fide ad

De cognatione carnali r spūali et ꝓius de carnali. a DI. XL

Nunc sup est
in de cognatione aliq̄d dicere.
Est aūt cognatio alia carna-
lis. alia spiritualis. ꝑimuz
de carnali cognatione r affinitate inspicia
mus. Cognati ergo vel affines in septimo
gradu vel infra copulari nō dñt. Eñ Gre Greg⁹. epis gallie.
go. ꝑogeniem suā vnūquēq̄ vsq̄ ad se-
ptimā obseruare decernim⁹ generationez
et q̄diu se agnoscūt affinitate ꝓpinquos.
ad ꝓiugalem copulā accedere denegam⁹.
qō si fecerint. sepent̃. Jtē Nicolaus papa Nicola⁹ pa.
De consanguinitate sua nullus vxorē du
cat vsq̄ p⁹ generationē septimā vel q̄usq̄
pentela cognosci pōt. Jtē. Nulli ex ꝓpin
q̄tate sui sāguinis vsq̄ ad septimū gradū
vxores ducant. His autoritatibus alijsq̄
plurib⁹ consanguineor̄ cōiunctiones p/
hibentur vsq̄ ad septimū gradum.

De computatione graduum cō sanguinitatis. b

Quomodo autez
gradus ꝓsanguinitatis computandi sint.
Jsidorus ostendit sic. Series ꝓsangui- Jsidorus
nitatis sex gradibus dirimit̃ hoc mō. Fi-
lius et filia qō est frater r sozor. sit ipe trū-
cus. Jllis seozsum seiunctis: ex radice illi⁹
trunci egrediunt̃ isti ramunculi. nepos et
neptis ꝑmus. ꝓnepos r ꝓneptis scōs. ab-
neptos r ab neptis tertius. adnepos r ad
neptis quartus. trinepos et trineptis q̃n/
tus. trinepotis nepos r trinepotis neptis
sext⁹. Attēde q̄ sex g̃dus tm̃ ponit Jsido.
q̃a truncū inter gradus nō ꝓputat. Alij ve
ro q̄ septē grad⁹ ponūt. trūcū inter grad⁹
ꝓputant. varie nāq̄ cōputant̃ gradus cō
sanguinitatis. Alij eñ patrē in ꝑmo g̃du.
filios in scōo ponūt. Alij ꝑmū gradū filios
apellāt. negantes gradū cognatiōis inter
patrez et filiū esse. cū vna caro sint pat̃ r fi-
lius. Autoritates g̃ q̃ ꝓsanguinitatis cau
telā vsq̄ in septimū gradū ꝓhibent. patrē
ponūt i ꝑmo gradu. Alle v̄o q̄ vsq̄ ad sex
tū gradū ꝓhibent. ꝑmū gradū filios apel
lant. atq̄ ita fit vt eedem psone ꝑm hāc di
uersitatem inueniant̃ in. vj. et. vij. gradu.
Patrē v̄o in ꝑmo gradu ponit qui fratres
dicit esse scōm gradū. Hoc mō computat Zacharias
Zacharias papa inquiens. Patrēte le gra alij cōputat

P

dus taliter cõputamus. Ego et frater meus vna generatio sumus. primũ q̃ graduz efficimus. Rursus fili⁹ me⁹ ⁊ fratris mei filius scḋa generatio sunt. ⁊ scḋm gradũ faciunt. ad hũc modũ cetere successiões. Inter illos ꝟo q̃ sex cõputãt gradus ⁊ illos q̃ septẽ cõputant gradus. nulla in sensu existit diuersitas. cuius in numero graduum varietas videatur. Ultima ꝟo generatio si a fratrib⁹ sumat initiũ numerandi septima inuenitur.

Quare sex grad⁹ conputant. c

Quare ꝟo sex com

putet Jsidorus. ipe aperit dicens. Cõsanguinitas dũ se paulatim ꝓpaginũ ordinibus dirimẽs vsq̃ ad vltimũ gradũ ꝓtraxerit ⁊ propinquitas esse desierit. tunc primũ lex in matrimoniũ vinculũ eã recipiet. ⁊ quodãmodo incipiet reuocare fugientẽ Jdeo aũt vsq̃ ad sextũ generis gradũ cõsanguinitas ꝓstituta est. vt sicut. vj. etatibus mũdi generatio et hois stat⁹ finit. ita ꝓpinquitas generis tot gradib⁹ terminet. In his sex gradib⁹ oia ꝓpinquitatũ noia ꝓtinent. vltra quos nec affinitas inueniri nec successio põt ampli⁹ ꝓpagari. Scḋm alios septẽ gradus ideo cõputãt vt ita p⁹ septem gradus sponsus sponse iungat. sic post hanc vitã que septẽ diebus agitur ecclesia christo iunget. His aũt occurrit illud q̃ Greg⁹. Augustino anglorũ episcopo a quo requisitus fuerat. quota generatiõe debeãt copulari. rescribit sic. Quedã lex romana ꝑmittit. vt siue fratris vl sororis seu duoꝝ fratꝝ germanoꝝ seu duaruz sororꝝ. fili⁹ et filia misceant. Sed experimẽto didicimus ex tali ꝯiugio sobolẽ nõ posse succrescere. An̄ necesse est vt quarta vl quinta generatõ fideliũ licenter sibi coniũgatur Sed post multũ tpis idẽ grego. a felice messine sicilie ꝓsule requisitus. vtrum augustino scripserit vt anglorũ quarta generatione cõtracta matrimonia non soluerentur. inter cetera talem reddidit rõnem Nõ scripsi Augustino anglo ꝝ epo. ipi etiam anglo ꝝ genti que nup ad fidẽ venerat ne a bono quo cepat metuendo austeriora recedere. spetialiter et nõ generaliẽ me cognoscas scripsisse. Nec ideo hec eis scripsi vt postq̃ in fide fuerint solidati. si infra ꝑ pziam ꝯsanguinitatẽ inuenti fuerint nõ seperen̄. aut infra affininitatis lineã. i. vsq̃ ad septimã generationẽ iungantur.

Quaꝛ septẽ

De dispẽsatione greg. erga anglos.

Johes Christosto. Cõstantinopolitan⁹ episcopus.

Jsta est distinctio. xl. huius quarti libꝛi. In qua magister post q̃ superius determinauit de impedimentis matrimonij disparis cultus q̃ reddit ꝓsonã illegitimaz ad contrahendum respectu alicuⁱ⁹ ꝓsone ꝓpter ꝓpinq̃tatẽ ad ipam. Dic determinat de impedimẽtis matrimonij q̃ faciunt ꝓsonã illegitimã ad cõtrahendũ respectu alicuⁱ⁹ ꝓsone ꝓpter ꝓpinq̃tatẽ ad ipam. Et tota snia mgri versat i hac distinc. circa hoc. s. q̃ cognatio carnal⁹ ⁊ spiritualis matrimoniũ impediũt. Sententia in hac distinctiõe stat in ista ꝓpositione. Cognatio quedã dicit carnal⁹ quedã ꝟo spiritualis. et infra quartũ gradũ nõ põt cognati inire matrimoniũ. vt dicit decretalis. Hanc mgr insinuans ꝓponit ꝑmo de cognatione et affinitate esse dicendũ. ꝺ quib⁹ duab⁹ subdit q̃ cognati ⁊ affines in septimo gradu ⁊ infra copulari nõ debẽt. qõ ꝑ autoꝛitates ꝓbat. Postea dicit q̃ grad⁹ cõsanguinitatis a diuersis diuersimode ꝓputant. Quidã enim vt Jsi. cõputat sex gradus. ipm em̄ consanguinitatis truncũ inter gradus nõ cõputat qꝛ inter patrẽ et filiũ negat esse ꝯsanguinitatis g̃dus. cum q̃si sint vna caro. Si ergo supposito filio ⁊ filia fratre ⁊ sorore quasi trunco. in primo nepos ⁊ neptis. in scḋo ꝑnepos et ꝓneptis. in tertio abnepos ⁊ abneptis. in quarto adnepos et adneptis. in quinto trinepos et trineptis. i sexto trinepotis nepos ⁊ trinept⁹ neptis Alij ꝟo q̃ patrẽ in ꝑmo gradu ponũt. in patrẽ quidem et filiũ ponunt esse cognationis g̃dum. Et hi sic ꝑtem gradus cõputant. et q̃ quisvarij in numero graduũ inueniãt. nulla tñ eristit diuersitas q̃tũ ad tminũ sz tñ q̃ntũ ad initiũ. Postea mgr assigt h⁹ ꝓputatiõis graduũ rationez. Ultimo opponit in ꝓtrariũ ꝑ Grego. qui scribens Aug. anglicorũ epo a quo req̃ situs fuerat quota generatione deberent cõnubia fieri dicit q̃ pñt licite fieri in quarta et quinta generatione. Sed ad hoc rñdet ipm dictũ Greg⁹. qui dicit se hoc nõ generaliter dixisse sed specialiẽ concessisse genti anglicorũ qui nup ad fidem venerunt ne a bono qõ incepant metuendo austeriora recedant. quibus tamen postea in fide solidatis dicit hoc non licite imo si infra ꝯsanguinitatis lineã ꝓpriam aut affinitatis lineã ꝓpriã septimã. s. generationẽ inuẽti fuerint copulati nõ sepan̄. His dictis mgri addo ex dictis doctorũ aliorum q̃ magistri snia de gradibus cõsanguinitatis dudum habita ꝑ summum pontificem est remota. Et tñ in speciali.

De gradibus affinitatis. a

Nunc de affi-

nitate videndum est. de qua Greg. ait. Porro de affinitate quã dicitis parentelaz esse q̃ ad vir ex ꝑte vroris seu que ex parte viri ad vxorem ptinet. manifesta ratõ est. q̃ si ꝙm diuinã sententiã ego et vxor mea sumus vna caro. pfecto mihi et illi mea suaq̃ parentela ꝓpinquitas vna efficit Quo circa et soror vroris mee in vno et primo gradu erimus. filius vero eius secũdo gradu erit a me. neptis vero in tertio. Jdq̃ vtrinq̃ in ceteris agendum est in successionibus. Uxorem vero ꝓpinqui cuiuscũq̃ gradus sit. ita me oportet attẽdere. quem-

DI. XLI

admodum ipsius quoq; gradus aliqua femina ppie propinquitatis sit. Quod nimirum vxori mee de ppinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus cõuenit obseruare. Qui vero aliorsuz sentiũt anti xpi sũt. Itẽ Julius papa. Equalit vir cõiũgatur cõsanguineis ppriis et cõsanguineis vxoris. Item Isidorus. Sane ꝯsanguinitas que in ppio viro conseruãda ẽ. etiam in vxoris parentela de legenuptiaꝝ custodienda est. quia constat eos duos fu isse in carne vna. Jdeoq; communis est illis vtraq; parentela. Item Julius papa. Nullũ in vtroq; sexu pmittimus ex ppin quitate sui sanguinis vel vxoris vsq; in septimũ generationis graduz vxorem ducere. vel incesti macula copulari. quia sic nõ licet cuiq; de sua consanguinitate christiano. sic nec de ꝯsanguinitate vxoris coniugem ducere ppter carnis vnitatem. Item Grego. De affinitate consanguinitatis p gradus cognationis placuit vsq; ad septimam generationem obseruare. Nam t hereditas rerũ p legales instrumentorũ diffinitiones sancita. vsq; ad septimuz gradũ heredum ptendit successionem. Non em eis succederent. nisi de ppagine cognationis deberet. His autoritatibus insinuat. et que sit affinitas t vsq; ad quem graduz sit obseruanda. s. vsq; ad septimũ.

Ex concilio macienſi.

In concilio medenſi.

Varie traditiões ō affinitate. b

Sed alii videntur

concedere in quinta generatione inter affines contrahi coniugium. et in quarta etiã si contractum fuerit nõ separi. Ait em Fabianus papa. De ppinquis q̃ ad affinitatem p virum et vxorem veniunt. defuncta vxore vel viro in quinta generatione iungantur. In quarta si inuenti fuerint nõ separentur. In tertia vero ppinquitate nõ licet vxorẽ alterius accipere post obitum eius. Equaliter vir iungatur in matrimonio eis qui sibi consanguinei sunt. et vxoris sue consanguineis. post mortez vxoris Ecce hic conceditur in quinta vel quarta propinquitate affinium fieri coniugiũ Julius etiam papa ait. Statutũ est vt relictã patris vxoris sue. relictam fratris vxoris sue. relictam filij vxoris sue. nemo sibi i matrimonium sumat. relictam vxorem ꝯsanguineorum vxoris sue vsq; in tertiam progeniem nemo in vxorem sumat. In quarta vero et quinta si inuenti fuerint nõ separentur. Ecce q̃ varie de affinitatis obseruatione loquuntur autores. Alij em vsq; ad septimũ gradũ eam obseruari sanciunt Alij vero in quinto vel quarto matrimonia contracta non diuidunt. Sed illi veritatis rigorem, isti misericordie dispensatõnem videtur pponere. Potest enim ecclesia dispensare in copula affiniũ vsq; ad tertium gradũ. sicut Gregori. dispansauit in quarto gradu ꝯsanguinitatis. Illud autẽ non est pretereundum quod Grego. venerio episcopo scripsit Sedem apostolicam ꝯsuleredecreuisti. si mulier copula nuptiali extraneo viro coniuncta cognationi ei pertineat. si eo defuncto cognatio maneat vel sub alio viro cognatiõis vocabula dissoluantur. vel si suscepte soboles possunt legitime ad priorꝭ viri cognationis transire copulam. Si vna caro fuerit. quomodo aliquis eorum potest propinquus vni ptinere. nisi pertineat alteri? Hoc minime posse fieri credendum est. Postro vno defuncto. In superstite affinitas nõ deletur nec alia copula coniugalis affinitatem copule priorꝭ soluere valet. sed nec alterius coniunctionis soboles placet ad affinitatẽ priorꝭ viri cõsortiũ trãsire. Si quis ergo sacrilego t temerario ausu in defuncto q̃rit ppinquitatem extinguere. vel sub altero affinitatis vocabula dissipare vel suscep tas soboles alterius copule propinquitati priorꝭ credit legitime sociari. hic negat dei verbum validũ esse quod dixit. Erũt duo in carne vna. Ecce hic phibet si mortuo primo viro vxor eius alij nupserit. filios de secundo viro genitos ducere vxores de cognatione priorꝭ viri. qa filij mediante matre ad cognationem priorꝭ viri pertinent. cum quo mater eorum vna caro extiterat. Hoc idem etiam Innocentius papa ait. Si qua mulier ad secundas nuptias transierit. t ex eis sobolem genuerit. nil latenus potest ad consortium cognationis priorꝭ viri pertingere. Hoc autem obseruandum est vsq; ad septimum generl gradum. sed maxime vsq; ad tertium et quartum sicut supra positum est.

Gregorii papa.

Innocẽtius papa.

Si cõiugiũ sit inter eos qui nota cõsanguinitate diuidunt. c

Et est sciendũ q; ec-

clesia infra predictos gradus cõsanguinitatis coniunctos separat. Si autẽ igno-

Fabianus papa.

Julius papa.

ranter coniuncti fuerint in cõspectu eccle-
sie et postmodum ꝓbata consanguinitate
eiusdem iudicio separati. Queritur vtruz
copula illa coniugium fuerit? Quibusdaz
videtur non fuisse coniugium. qz nõ erant
legitime ꝑsone. sed tamen de crimine excu
santur p ignorantiam. et quasi ꝯiugiuz re
putatur. quia bona fide z p manũ ecclesie
conuenerunt. Unde et filij eoꝝ legitimi ha
bentur. Alij vo dicunt fuisse ꝯiugiuz li
cet nõ essent legitime ꝑsone. quia taliuz cõ
iunctiones vocant canones ꝯiugia. vbi ð
ꝑsonis agitur quarũ testimonio cõsangui
neozum sit dirimenda cõiunctio. Uñ Ur-
banus papa. Si duo viri vel tres ꝯsaguini-
tatem iureiurando firmauerint. vel ipsi
forte confessi fuerint: ꝯiugia dissoluantur
Si vero neutrum cõtigerit eꝑi eos p fidẽ
christi obtestenꝫ. quatinus palam fatean-
tur si se recognoscunt ꝯsanguineos. Si se
iudicio episcopoꝝ segregauerint i alia ma
trimonia nõ ꝓhibeanꝫ contrahere Idem
Notificamus tibi vt cũ tres vel duo ex p
pinquiozibus eius qui accusantur banc p
pinquitatem iuramento firmauerint. vt si
duo vel tres ex antiquiozibus ianuensib⁹
quibus hec ꝓpinquitas est nota qui bone
fame z veracis testionũ sint. remoto amo-
re. timore precio et omni malo studio. ꝑdi
cta firmauerint. sine moza coniugia disso-
luantur. Consanguineos vero extraneozũ
nullus accuset. vel consanguinitatez in sy
nodo computet. sed ꝓpinqui ad quozũ no
ticiam pertinet. Si autẽ ꝓgenies tota de-
fecerit. ab antiquiozibus et veraciozibus
quib⁹ ꝓpinquitas tota nota sit. episcopus
canonice requirat. et si inuẽta fuerit. sepa-
rentur. Ecce quibus accusantibus z testi
ficantibus dirimenda sit cõsanguineoꝝ cõ
iunctio que coniugiũ vocaꝫ.

Quib⁹ ꝑso-
nis testifican
tibus sint di
uidenda con
iugia.

Urban⁹ pa.

Fabian⁹ pa.

Distinctio vtilis. ð

Hic dicenduz estꝙ aliud est fornicatio. aliud stuprũ. aliud ad
ulterium. aliud incestus. aliud rapt⁹. Foz
nicatio licet sit genus omnis illiciti coitus
qui fit extra vxorem. tamen specialiter in-
telligitur in vsu viduarũ vel meretricum
vel cõcubinarũ. Stuprũ ꝓprie est virginũ
illicita defloratio. Adulterium est quasi a-
lieni thori violatio. vnde adulterium dici
tur quasi alterius thori accessio Incestus
est consanguinearuz vel affinium abusus.
Unde incestuosi dicuntur qui consangui

Quid sit for
nicatio.

Quid sit stu
prum.

Quid sit ad
ulterium.

Quid sit ince
stus.

neis vel affinibus suis abutunꝫ. Raptus
admittiꝫ cũ puella violenꝫ a domo patris
educitur. vt corrupta in vxorez habeatur
siue puelle siue parentibus vis illata con-
stiterit. hic morte mulctaꝫ. sed si ad eccle
siam cum rapta confugerit. priuilegio ec-
clesie mortis impunitatem mereꝫ. Attẽ
dendũ est etiaz illud alexandri qui ait. Q
frater soroz vel vxoris tue cognati dicũtur
equiuocationis iure fit. et necessitate vul-
garis appellationis potius ꝙ vlla cogna
tionis causa. Uxoz eñ fratris fratissa po-
tius ꝙ cognata vocatur Mariti frater le
uir dicit. Duozũ fratrũ vxozes ianitrices
vocanꝫ quasi eandem ianuam intrantes.
Uiri sozoz glos appellatur. Sozozis autẽ
vir non habet speciale nomen nec vxoris
frater.

Quid sit ra-
ptus.

Alexander
papa

Jsta est distinctio. xlj. huiꝰ quar-
ti libri In qua magister postꝙ supius determinauit
de impedimento consanguinitatis. Hic determinat
de impedimento affinitatis. Et tria facit. Primo ei
ostendit q affinitas matrimonium impedit cõtrahẽ
dum et contractum dissoluit. Secundo quedã vicia
distinguit. Tertio nomina affinitatũ adiungit. Pri-
mum facit vsqz ibi. Hic dicenduz est. Scõm vsqz ibi
Attendendum est etiã illud Alexandri. Tertiũ ve-
ro vsqz ad finem distinc. In speciali sententia magi-
stri stat in tribus ꝓpositionibus quarũ prima ẽ hec
Qui infra affinitatis gradum ꝓhibitũ coniungunꝫ
habita noticia ab inuicẽ sepantur. z coꝝ filij legiti-
mi habeanꝫ. Hanc magister insinuans ꝓponit ꝑmo
quid sit affinitas dicens q est parentela que ad virũ
ex parte vxoris et ad vxorẽ ex parte viri ꝓtinet. Ut
eñ vir et vxoz vna sunt caro rõnabiliter ꝓpinq̃tas
et parentela vnius efficiꝫ alterius vt sit vna vtriusqz
vnde vir et sozoz vxoris sunt in primo gradu. filij ve
ro sozoris sunt in scõo gradu a viro. neptis vero in
tertio gradu et sic deinceps. Dicit eñ q affinitas vs
qz ad septimũ gradũ generationis matrimoniuz im-
pedit sicꝫ et ꝯsanguinitas qõ autoritatib⁹ ꝓbat. Po
stea obijcit in cõtrariũ ꝙ autoritates que dicũt q in-
ter affines põt coniugium cõtrahi in quarta et q̃nta
generatione. Et respondet q autoritates sunt intel
ligende ꝑm misericordie dispensationẽ. põt tñ etiam
dispensari in copula affiniũ vsqz ad tertiã gradum. si
cut etiam Grego. dispensauit in quarto gradu con-
sanguinitatis. Postea querit vtrũ affinitas maneat
q̃uis transeat mr̃imoniũ. vt si mulier alicui viro co
pulata ad cognationem eius pertineat vtrum eo de
functo matrimoniũ maneat vel dissoluaꝫ. Et deter-
minat per plures autoritates q maneat affinitas ma
trimonio transeunte que affinitas impedit matrimo
nium ad põ determinatos gradus acsi matrimonium
ꝑmaneret. Postea dicit q cõiunctos infra predictos
gradus consanguinitatis vl affinitatis ecclesia sepa
rat Querit etiam si ignoranter in conspectu ecclesie
coniunguntur et postmodũ cõsanguinitate probata
eiusdem iudicio eccesie separanꝫ vtrũ illa copula fu
it coniugium. Et respondet q quidã dicunt q nõ e-
rant ꝑsone legitime ideo nõ fuit coniugium. Excusa
tur tamen p ignorantiã a crimine. qz bona fide et p
manum ecclesie conueniunt. Uñ et filij eorum legiti
mi habenꝫ. Alij vero dicunt fuisse cõiugiũ q̃uis non

fuerint persone legitime quia canones tales coniunctiones legitimas vocant. Addit etiã quoꝝ testimonio hec coniunctio sit diuidenda. et dicit q̃ per tres vel duos ex ꝓpinquioribus qui iuramento ꝓfirmãt hoc verum esse quod dicunt. vt si ꝓgenies tota deficeret ꝑ antiquiores quibus tota ꝓpinquitas nota sit assertum fuerit q̃ affines sint. sine mora separandi sunt. quod autoritatibus ꝓbat. Secunda ꝓpositio est hec. Que sit differentia inter stuprũ. adulterium incestum. et fornicationem. hec littera dat sufficientem explanationem. Dãc insinuans distinguit diuersa peccata. s. fornicationem. stuprũ. adulteriũ. incestum. et raptum dicens. q̃ q̃uis fornicatio sit genus omnis illiciti coitus qui fit extra vxorem. tñ specialiter intelligenda est abusus viduarum vel meretricũ vel cõcubinarum. Stuprũ ẋo est virginũ illicita defloratio. Adulterium est aliena thori violatio. Incestus vero est cõsanguineaꝝ vel affinium abusus. Raptus vero est cũ puella violenter de domo ꝑis educitur vt corrupta in vxorẽ habeaẽ. Tertia ꝓpositio est hec. Ut cautius fiant cõiugia ponit magister quedam affinitatũ noia. que insinuans dicit q̃ frater vxoris et sororꝫ eius dicunẽ cognati viri ꝓpter nominũ carentiam. vxor vero fratris dicit potius fratrissa q̃ cognata. Frater vero maritꝰ dicit Leuir. vxores vero duorũ fratrum ianitrices vocanẽ. quasi eandẽ ianuam intrantes. Sororꝫ vero viri vocaẽ glos. vir autem sororis nõ habet speciale nomen nec sororis frater. Et dicit notanter quedam affinitatũ nomina. qm̃ nomina singularũ affinitatũ nõ sunt imposita ꝓpter occultas rerꝫ ꝓprietates nos latentes. ſz circũloquũtur alijs nominibus. ideo necesse est vnum nomen plura significare vt in quit philosophꝰ. Et tñ in spãli de sententia huius distinctionis.

De spirituali cognatione. a

DI. XLII

Deparẽtaliuꝫ graduum famosa questione aliquid licet minus sufficienter diximus. Jaꝫ de spirituali cognatiõe addamus. que etiam psonas impedit vt nõ sint legitime ad ineũdas nuptias. Tria quedam sunt consanguinitas affinitas. et spiritualis germanitas. Consanguinitas est inter eos qui iungunẽ ẽm lineã generis. Affinitas inter eos qui gene re quidem nõ sunt coniuncti. sed mediante genere sunt sociati. verbi gratia. Uxor filij fratris mei que non est de genere meo ꝑ ipm qui est ẽ genere meo mihi affinis facta est et ego illi. Spiritualis ꝓximitas est inter compatrem et commatrem. ꝛ inẽ eos quorum vnus alterum de sacro fonte leuauit vel in cathezizatione aut cõfirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdez hominis carnales et spirituales.

Qui sint filij spirituales. b

Spũales filij sunt quos de sacro fonte leuamus vel in cathezizatione seu cõfirmatione tenemus. Filij etiã et filie spirituales eoꝝ sunt. qui trine mersionis vocabulo eos sacro baptismate tingunt. Dicit etiam spiritualis filia sacerdotis que ꝛ peccata sua ꝓfitet. Uñ Simachus papa. Omnes quos in penitẽtia suscipimus ita nostri spirituales sunt filij: vt et ipsi quos vel nobis suscipientibꝰ vel sb trine mersiõis vocabulo mergẽtibꝰ vnda baptismi regenerauit Siluester etiam admonet vt ad suam filiam penitentialẽ nullus sacerdos accedat quia scriptũ est Omnes quos in penitentia accepimus ita nostri filij sunt vt in baptismo suscepti. quoꝝ omniũ flagitiosa est commixtio. Qꝫ autez compater et commater sibi iungi nequeãt nec pater spiritualis nec mater filie vl filio spirituali. ex concilio maguntinensi docet Be eo quod interrogasti si aliquis filiolaꝫ suam duxerit vxorez. et de eo qui cõcubuit cũ matre spirituali. et de eo qui filium suum baptizauit ꝛ vxorẽ eiꝰ eũ de fonte suscepit: hac causa vt discidiũ fieret coniugij: si post in tali copula possunt ꝑmanere? sic respondendum est. Si filiolam aut cõmatrẽ suam aliquis in coniugiuꝫ duxerit. Separandos esse iudicamus. et graui penitẽtia plectẽdos. Si vero coniuges legitimi vel vnus vel ambo ex industria hoc fecerit vt filiũ suũ de fonte susciperent. si innupti manere voluerint bonũ est. Sinautẽ. grauis penitẽtia insidiatori iniungaẽ ꝛ simul maneant. et si preuaricator coniugij supuixerit. acerrima penitentia mulctẽ et sine spe ꝓiugij maneat. Ex his apparet q̃ aliquis filiolam suam vel cõmatrem nõ potest sibi copulare nuptialiter. et si ꝑsumptum fuerit separandi sunt. Qui aũt legitime ꝓiuncti sunt nõ ideo separandi sunt. quia alter eoꝝ insidiose filiũ de fonte leuauit Quod etiam Nicolaus cõfirmat dicẽs. Nosse desideras vtrum mulier que viri filiũ ex alia femina genitũ de sacro fõte leuauerit post modũ possit cũ eodẽ viro copulari Quos ideo coniungi posse decernimus. qꝛ ẽm canones sacros nisi amboꝝ consensu. nulli? religionis obtentu debet cõiuꝝ dimittere coniugem. cũ apls ꝑcipiat. Nolite fraudari inuicem nisi forte ex ꝓsensu ad tẽpus ꝛẽ Item. Dictum est nobis quasdam feminas desidiose. quasdã ẋo fraudulenter vt a viris suis separenẽ. ꝓprios filios coram episcopis ad cõfirmandũ tenuisse. Unde nos dignũ duximus. vt si qua mulier filiũ suũ desidia aut aliqua fraude coram episcopo

Simachus papa.

Siluest pa.

In concilio magũtinẽsi.

Nicolaꝰ pa.

Ex ꝓcilio tabilonensi.

tenuerit ad cõfirmandũ ꝓpter sallaciã vl' fraudez. q̃diu viuat penitentiam agat. tamen a viro suo nõ separet. Itẽ Johes papa. Ad limina sancti Petri homo nomie stephanus veniens. nostro presulatui in/notuit ꝙ filium suũ in extremo vite positũ nõdum baptismi vnda lotum. absentia sacerdotum cogente baptizauit. eumq; pro prijs manibus suscepit. atq; pro huiusmodi negocio: reuerẽtia tua prefatum hominem a sua cõiuge iudicauit esse separãduz Quod fieri nullaten⁹ debet dicẽte scriptura. Quod deus coniuuxit homo non separet. Et dominus nõ dimittere vxorem nisi cã fornicatiõis iubet Et nos tãta autoritate freti dicimus dimittendũ esse ⁊ inculpabile iudicandũ qd̃ necessitas intulit Nam baptizandi opus laicis fidelibus: si tamẽ necesse fuerit libere cõceditur. Unde si supradictus homo filium morientẽ aspiciẽs ne aĩaz perpetuo ꝑire dimitteret. vnda baptismi lauit vt eum d̃ patestate mortis eriperet. bene fecisse laudat. Ideoq; sue vxori sibi iam olim legitime sociate impunedum vixerit iudicamus manere coniũctũ nec ob hoc separari d̃bere. His alijsq; pluribus autoritatibus edocetur cõiuges nõ esse separandos si post legitimam copulaz alter alterius filiũ de fonte leuauerit. vel i ꝯfirmatione tenuerit.

Johãnes papa anselinocene ecclesie episcopo.

Quid premissis obuiat. c

His autẽ obuiare

videtur quod Deusdedit papa ait. Peruenit ad nos dyaconus sanctitatis vestre epistolã deferẽs ꝙ quidã viri et mulieres preterito sabbato pascali ꝑ magno populi incursu nescientes filios suos suscepissẽt de lauacro Cupis ergo scire an ꝓpter hoc debeant viri ac mulieres ad propiiũ vsuz redire vel non? Nos vero hac re mesti. priorum inquisiuimus dicta. et inuenimus in archinis. i. in armarijs apostolice sedis. iã talia contigisse in pluribus ecclesijs. quaꝝ episcopis ab hac apostolica sede volẽtib⁹ scire vtrum viri ac mulieres redirent ad ꝓpriũ thorũ. Beate memorie sancti patres Julius papa. Innocentius ⁊ Celestinus cum episcoporum plurimorum cõsensu in apostolorum principis ecclesia presidẽtes talia rescripserunt et ꝯfirmauerũt. vt nullo modo se i ꝯiugio reciperent viri ac mulieres quicunq; hac ratiõe susceperunt natos. sed separarent se. ne suadente dyabolo tale vitium inualescat. Itẽ. Si quis filiastrum vel filiastram suam ante episcopũ tenuerit ad cõfirmationem. separet ab vxore sua. et aliam nunq̃ accipiat. Hec autẽ vel ad terrorem dicta sunt non ꝙ ita esset faciendum. sed ne illud fieret summopere cauendum. vel de illis est intelligendũ. q̃ prius filios suos vicissim de fonte susceperũt. q̃ fierẽt cõiuges. Premissis ãt autoritatibus omnino cõsentiendũ est. vt siue ꝓprium siue tm̃ viri filiũ. mulier de fonte susceperit nõ ideo a viro separet. Qd̃ d̃ viro similiter oꝑtet intelligi.

Deusdedit papa

De copula spiritualiũ vel adoptiuoꝝ et naturaliũ filioꝝ. d

Qꝛ aũt spirituales

vel adoptiui filij naturalibus copulari nequeant. Nicolaus papa testat ita inquiẽs Ita diligere debz homo eũ qui se suscepit de sacro fonte sicut patrem. Inter fratres et filios spirituales gratuita ⁊ sancta communio est. que dicenda non est consanguinitas sed habenda spiritualis ꝓximitas. vnde inter eos arbitror nõ posse fieri legale ꝯiugiũ. qꝛ nec int' eos q̃ natura et eos q̃ adoptiõe filij sunt: venerande leges matrimonia cõtrahi ꝑmittunt. Itẽ Si inter eos nõ cõtrahitur matrimoniũ quos adoptio iungit. quãto potius a carnali oportet int' se ꝯtubernio cessare. quos ꝑ celeste sacr̃m regeneratio sanctispiritus vincit.

Nicola⁹ pa. ad consulta bulgarorũ.

Si filij qui ante paternitatẽ vel p⁹ nati valent coniugi. e

Hoc autẽ quidam

volunt intelligere de illis tm̃ filijs. quibus compatres facti sint. De alijs vero qui ante compaternitatem vl' post geniti sunt cõcedunt ꝙ legitime et licite possunt. Quibus videtur cõsentire Urbanus secũdus dicens Sup quibus consuluit nos tua dilectio. hic videt rñdendũ. vt et baptism⁹ fit: si instante necessitate femina pueruz in nomine trinitatis baptizauerit. et ꝙ spũalium parentum filij vel filie. ante vel p⁹ cõpaternitatem genite possunt legitime coniungi. p̃ter illã personam qua compatres effecti sunt.

De copula filioꝝ q̃ añ cõpaternitatẽ vl' p⁹ nati sẽt Urban⁹ pa.

Pascalis papa. f

Pascalis v̄o secundus.

post cõpaternitatẽ genitos copulari

phibet scribens regino epō. ¶Post susceptum filiū de fonte vel filiā spiritulē qui ex compatre vel ex cōmatre fuerint nati matrimonio iungi nō pñt. Illud etiaz notandū est qđ in triburiensi concilio legit. Si quis sue spiritualis commatris filiā fortuitu z ita contingēte rerū casu in cōiugiū duxerit. maturiori seruato ꝯcilio habeat atq; legitimo connubio honeste opam det.

Extriburiē si concilio.

Si quis ducere possit duas cōmatres alterā post alterā. g

Bolet etiam queri

si commatrem vxoris post eius obituz ꝙs ducere valeat: De hoc Nicolaus papa sic scribit. Scisciatur a nobis sanctitas vra: si quis duas cōmatres habere valeat. vnā post alterā: In quo meminisse debes scriptum esse. erūt duo in carne vna. Cum ergo constet q̄ vir et mulier vna caro efficiūtur. restat virū cōpatrem ꝓstitui muli eri. cuius assumpta vxor. commater erat. z iō virum illi femine nō posse coniūgi que cōmater eius erat. cum qua idem fuerat vna caro effectus. Huic aūt illud cōtrariū videtur. Qui spiritualē habet cōpatrem cuius filium de lauacro accepit. et vxorē ei⁹ commater non est. licet ei defūcto cōpatre suo eius viduā ducere i vxorē. quos nulla generatio spiritualis secernit. Item ex epla pascalis pape. ¶Post vxoris obitū cū commatre vxoris cōiugio copulari. nulla ratō vel autoritas videt phibere. Nō em̄ p carnis vnionem. ad vnionē spiritus ptrasit.

Nicolaꝰ papa. Cōstañ epo.

Extriburiē si concilio.

Determinatio

Sed sciendum est q̄ autoritas nicolai ꝺ illo ait q̄ vxori sue debitū reddidit postq̄ commater illius extitit. Alie vo autoritates de illo agunt cuius vxor postq̄ a viro suo derelinquit illius commater efficitur. nec post compaternitatez a viro suo agnoscitur. vel de viro potius agunt. cuius vxor añ defungit q̄ ab eo agnoscat.

Si vir et vxor possint simul tenere puerū. h

Bolet etiam queri

Si vxor cum viro simul debeat in baptismo suscipe puez: De hoc Urbanꝰ ait. Q vxor cū marito in baptismo simul nō debeat suscipe puez. nulla autoritate videt vt reperit phibitū. ꝑ vt ipa puritas spiritualis paꝛnitatis ab omni labe et infamia cōseruetur immunis. decreuimus vt vtriq; simul ad hoc aspirare nō presumant. quia vero piaculare flagitiū cōmisit q̄ duabus commatrib⁹ vel sororibus nupsit. magna penitentia debet ei iniungi.

Urbanꝰ pa.

De secundis et tertijs nuptijs t deinceps. i

Sciendū est etiam

q̄ nō solū prime vel scde nuptie sūt licite ꝑ etiā tertie z quarte nō sunt damnāde. Añ Aug. Scdas nuptias omnio licitas apls ꝓcedit. De tertijs aūt et quartis z ꝺ vltra pluribus nuptijs solent homies mouere questionez. Sz ꝙs audeat diffinire qđ nec apl̄s video diffinisse. Ait em̄. Si dormierit vir eius cui vult nubat. Nō dicit primus vel scds vel tertiꝰ vel quotuslibet. nec nobis diffiniendū est. qđ nō diffinit apl̄s. vñ vt breuiter rñdeā nec illas nuptias debeo damnare. nec eis verecūdiā numerositatꝭ auferre. nec ꝓtra humane verecūdie sensū audeo dicere. vt quotiēs voluerint nubāt nec ex meo corde p̄ter p̄scripture autoritatē quotaslibet nuptias damnare. Idem testat Hiero. Ego nūc libera voce exclamo nec damnari in eccl̄ia bigamā imo nec trigamā z ita licere quinto z sexto quēadmodū scdo marito nubere. Apl̄s tñ bigamos a sacerdotali honore excludit. Sz hoc nō facit p vitio bigamie. imo p sacri virtute vt sit vna vnius sicut vnica vnici. Illd tñ cesarienꝭ ꝓcilij videt innuere bigamiā eē pctm̄. ¶Presbyterū inquit in nuptijs bigami prandere nō ꝓuenit qz cū pnia bigami indigeat. ꝙs erit p̄sbr̄ q̄ talib⁹ nuptijs possit p̄bere ꝓsensuz? Sz ꝺ illo intelligi p̄t q̄ pme vxori insidiatus putat desiderio secūde. vel p signaculo sacri illud ꝺr. qđ i bigamo nō fuat. Ambro. etiaz dicit. q̄ pme nuptie tm̄ a dño sunt institute. scde vo sūt pmisse. z pme nuptie sub bñdictione dei celebrantur sublimiter. Secunde vo etiā in presenti carent gloria.

Aug. iii. de viduitate.

Amb. super epl̄am ad corinth

¶Ista est distinctio. xlij. huiꝰ quarti libri. In qua mgr̄ postq̄ supius egit ꝺ impedimēto ꝓpinq̄tatis carnalis. Hic aūt agit de impedimento ꝓpinq̄tatis spūalis. Et q̄tuor circa hoc fac̄. Primo em̄ oñdit quō ꝓsanguinitas et affinitas etiaz cognatō spūalis impediūt mr̄imoniū. Scdō quō ex baptismo z cōfirmatiōe cognatio q̄dā cōtrahit ꝓpter qđ mr̄imoniū iuste dissoluit. Tertio quō vir z vxor licite ꝺ baptismo puez simul leuare nō pñt. Quarto quō tertie vel quarte nuptie nec ꝓhibite nec dānabiles exist̄t. Primū facit a ꝓnci. dis. vsq; ibi. Spūales filij sunt. Scdm ab inde vsq; ibi. Solet etiā q̄ri. Tertiū vsq; ibi. Sciendū etiā. Quartū vsq; ad finē

